IN illo tempore. Cum audisset iohannes in vinculis opera christi: mittens duos de discipulis suis ait illi. Tu es qui vēturꝰ es an aliū expectamꝰ? Et respondens iesus: ait illis. Euntes renunciate iohanni que auditis & viditis. Ceci vident: claudi ambulabāt: leprosi mūdantur. Surdi audiūt: mortui resurgūt/ pauperes euangelizātur. Et beatus est: qui nō fuerit scandalizatꝰ i me. Illis aūt abeuntibꝰ: cepit iesus dicere ad turbas de iohanne. Quid existis in desertu videre? Arūdinē vēto agitatam? Sed quid existis videre? Hoiem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur: in domibus regum sunt. Sed q̄d existis videre? Pzophetā? Etiā dico vobis/ et plusq̄ pzophetā. Hic est enim de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelum meū ante faciē tuam: qui pzeparabit viā tuā: ante te. ℟ redo. Offr. Bñdixisti domine terrā tuā auertisti captiuitatē iacob remisisti iniquitatē plebi tue. Secr.

DEuotionis nostre tibi dñe ōs hostia iugiter immoletur: q̄ et sacri peragat instituta mysterij & salutare tuum nobis misericorditer operetur. Per dñm. Pzefa. cōis. Cōio. Dicite pusillanimes cōfortamini et nolite timere: ecce deꝰ noster veniet et saluabit nos. Postcōmunio.

IMploramus dñe clemētiam tuam: vt hec diuina subsidia a vicijs expiatos: ad festa ventura nos pzeparent. Pdo. ¶Feria.ij.iij. & .v. ficut in dñica precedēti. ¶Fer. iiij. quatuor temporū. Introitus.



Orate celi de super: & nubes pluant iustum: aperiatur terra: et germinet saluatorem. ℣s. Celi enarrant gloriā dei et opera manuū eiꝰ annunciat firmamētū. Gloria patri. Sicut erat. Kyrie el̄. Oco sine Dñs vobiscū. sed dꝫ tñ Oremꝰ. Oratio.

PRocta quesumus omnipotēs deꝰ: vt redēptionis nostre vētura solennitas: et pzesentis nobis subsidia cōferat: et eterne beatitudinis pzemia largiatur. Per dñm nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecū viuit & regnat in vnitate. ¶Lectio Esaie prophete. ij.

IN diebꝰ illis: dixit elaias pzopheta. Erit in nouissimis diebus pzeparatus mons domus dñi: in vertice montiū: & elevabitur super colles. Et fluēt ad eum oēs gentes: et ibunt populi multi: et dicent Venite ascēdamus ad montē dñi: et ad domum dei iacob: et docebit nos vias suas: et ambulabimus in

semitis eiꝰ: quia de syon exibit lex: & verbū dñi de hierusalem. Et iudicabit gētes: & arguet populos multos. Et conflabunt gladios suos in vomeres: et lanceas suas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium: nec exercebūtur vltra ad pzeliū. Domus iacob venite & ambulemus: in lumine dñi dei nostri. ℣. Tollite portas pzīcipes vestras et eleuamini porte eternales et introibit rex glorie. ℣. Quis ascendet in montē dñi aut quis stabit in loco sancto eiꝰ: innocēs manibꝰ et mūdo corde. Dñs vobiscum. Oremus.

HEcclina quesumus dñe ne tardaueris: & auxilium nobis superne virtutis impende: vt aduentus tui consolatione subleuentur/ qui in tua pietate cōfidunt. Qui vivis et regnas deus. Per oia secula. ¶Lectio Esaie prophete. vij.

IN diebus illis. Locutus est dñs ad achaz dicens. Pete tibi signum a dño deo tuo in pzofundum inferni siue in excelsum supza. Et dixit achaz. Non petā: & non tētabo dominū. Et dixit. Audite ergo domus dauid. Nūquid parū est vobis molestos esse hominibꝰ quia molesti estis et deo meo? Pzopter hoc dabit dominꝰ ipse vobis signū. Ecce virgo concipiet et pariet filiū et vocabitur nomen eius emanuel. Butyrum et mel comedet: vt sciat repzobare malum et eligere bonū. ℣. Pzope est dñs omnibus invocantibus eum: omnibus qui invocāt eū in veritate. ℣. Laudē dñi loquetur os meū: & benedicat oīs caro nomen sanctum eius. Secundum Lucam. j.

IN illo tēpore. Missus est angelus gabriel a deo in ciuitatem galilee cui nomen nazareth: ad virginē desponsatā viro cui nomē erat ioseph/ de domo dauid: et nomen virginis: maria. Et ingressus angelus ad eā dixit. Aue gratia plena dñs tecum: benedicta tu in mulieribꝰ. Que cum audisset/ turbata est in sermone eiꝰ: & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria inuenisti enim gratiam apud deum. Ecce cōcipies in vtero & paries filium: & vocabis nomen eiꝰ iesum. Hic erit magnus & filiꝰ altissimi vocabitur. Et dabit illi dñs deus sedem dauid patris eius & regnabit in domo iacob in eternū: & regni eius nō erit finis. Dixit autē maria ad angelū. Quomodo fiet istud/ quoniam virum nō cognosco? Et respondens angelus dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te: et virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei. Et ecce elizabeth cognata tua & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi que vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud deum omne verbū. Dixit autem maria. Ecce ancilla domini fiat mihi scōm verbū tuum. Offr. Aue maria gratia plena dñs tecum: benedicta tu in mulieribus: et benedictus fructus vētris tui. Secreta.

ACcepta tibi sint quesumꝰ domine nostra ieiunia: q̄ et expiando nos tua gratia dignos efficiāt: & ad remedia perducāt eterna. Per dñm nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritussancti deus. Per oia secula seculorum. Amen.

Pzefatio. cōis cōio. Ecce virgo concipiet et pariet filium: et vocabitur nomē eius emanuel. Postcōmunio.

SAlutaris tui domine munere saciati supplices te depzecamur: vt cuius letamur gustu/ renouemur effectu. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritussancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Feria sexta quatuor temporum. Ad missam. Introitus.

DRope esto dñe: ꝙ nes vie tue veritas: mitio cognoui de testimonijs tuis: quia in eternũ tu es. ℣s. Beati immaculati in via qui ambulant in lege domini. Gl̃ia patri. Kyrie eleyson. Dominus vobiscum. Oratio.

EXcita dñe potẽtiã tuã ⁊ veni: vt hi q̃ in tua pietate cõfidũt: ab omni citi⁹ aduersitate liberẽtur Qui vi. ¶ Lectõ ysaie pphete. xj.

HEc dicit dñs de⁹. Egredietur virga de radice iesse/ ⁊ flos de radice ei⁹ ascẽdet. Et requiescet sup eũ spũs dñi/ spũs sapiẽtie et intellectus: spũs cõsilij et fortitudinis/ spiritus scientie ⁊ pietatis/ ⁊ replebit eũ spũs timoris dñi. Nõ secũdũ visionem oculorũ iudicabit: neq; secũdũ auditum auriũ arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes: ⁊ arguet in equitate pro mansuetis terre. Et percutiet terram virga oris sui: et spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit iustitia cingulum lumborũ eius: et fides cinctorũ renum eius. ℟m. Ostende nobis dñe miam tuam: ⁊ salutare tuũ da nobis ℣. Benedixisti domine terram tuã: auertisti captiuitatem iacob.

¶ Secundum Lucam. primo.

IN illo tẽpore. Erurgens maria abijt in mõtana cum festinatione in ciuitatem iuda: et intrauit in domum zacharie et salutauit elizabeth. Et factũ est vt audiuit salutationem marie elizabeth exultauit infans in vtero eius. Et repleta est elizabeth spiritu sancto: et exclamauit voce magna et dixit. Benedicta tu inter mulieres et benedictus fructus vẽtris tui. Et vnde hoc mihi vt veniat mater dñi mei ad me. Ecce eñ vt facta est vox salutatiõis tue in auribꝰ meis exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata que credidisti: quoniã perficiẽtur ea q̃ dicta sũt tibi a dño. Et ait maria Magnificat anima mea dñm. Et exultauit spũs meus: in deo salutari meo. Oꝛ. Deus tu cõuersus viuificabis nos ⁊ plebs tua letabitur in te: ostende nobis dñe miam tuã ⁊ salutare tuum da nobis. Secreta.

MUneribus nostris q̃s dñe precibusq; susceptis: et celestibꝰ nos munda mysterijs: et clementer exaudi. Per do. Pꝛefa. cõis. Cõio. Ecce dñs veniet ⁊ oẽs sancti ei⁹ cũ eo et erit in die illa lux magna. Postcõ.

TUi nos dñe sacramenti libatio sancta restauret: et a vetustate purgatos in mysterij salutaris faciat transire cõsortium. Per.

¶ Sabbato. tiij. tẽporũ. Introit⁹.

VEni ⁊ ostende nobis faciẽ tuã dñe qui sedes super cherubin/ et salui erimus. ℣s. Qui regis israel intẽde qui deducis velut ouem ioseph. Gloria patri et filio et spiritui. Kyrie eleison. Oratio sine Dñs vobiscũ. Oremus.

DEus qui cõspicis quia ex nostra pꝛauitate affligimur cõcede pꝛopitius: vt ex tua visitatione consolemur. Qui viuis et regnas.

¶ Lectio ysaie pꝛophete. xix.

IN diebus illis. Clamabunt ad dñm a facie tribulantis: et mittet eis saluatorem ⁊ pꝛopugnatorem qui liberet eos. Et cognoscetur dñs ab egypto et cognoscẽt egyptij dñm in die illa: ⁊ colent eum in hostijs et in muneribus: et vota vouebunt dño et soluent. Et percutiet dñs egyptum plaga: et sanabit eã. Et reuertentur ad dñm et placabitur eis: et sanabit eos/ dñs deus noster. ℣. A summo celo egressio eius. ⁊ occursus eius vsq; ad summũ eius.

℣. Celi enarrãt gloriã dei: ⁊ opa manuum eius annũciat firmamentum. Oratio sine Dñs vobiscũ. Oremꝰ.

QUoncede q̃s ops deꝰ: vt q̃ sub pcti iugo ex vetusta seruitute depimimur: expectata vnigeniti filij tui noua natiuitate liberemur. Qui te. ¶ Lectõ ysaie pphete. xxv.

HEc dicit dñs de⁹. Letabitur deserta et inuia: ⁊ exultabit solitudo: ⁊ florebit quasi liliũ. Germinans germinabit: ⁊ exultabit letabũda ⁊ laudãs. Gl̃ia libani data est ei: decor carmeli ⁊ saron. Ipsi videbũt gloriã dñi: et decorẽ dei nri. Cõfortate manꝰ dissolutas: ⁊ genua debilia roborate Dicite pusillanimes cõfortamini ⁊ nolite timere. Ecce deꝰ noster vltionẽ adducet retributiõis deꝰ ipse veniet ⁊ saluabit nos. Tũc aperiẽtur oculi cecorũ ⁊ aures surdorũ patebũt. Tũc saliet sicut cervus claudꝰ: ⁊ aperta erit lingua mutorũ: quia scisse sũt in deserto aque et torrentes in solitudine. Et q̃ erat arida in stagnũ et sitiens in fontes aquarũ. Ait dñs oipotẽs. ℣. In sole posuit tabernaculũ suũ: ⁊ ipse tanq̃ sponsus pcedẽs de thalamo suo. ℣. A summo celo egressio eiꝰ: ⁊ occursꝰ eius vsq; ad summum eius. Oratio sine Dñs vobiscum. Oremus.

INdignos nos quesumus dñe famulos tuos quos actionis pꝛprie culpa cõtristat: vnigeniti filij tui aduẽtu letifica. Qui tecũ vi. ¶ Lectio ysaie pꝛophete. xl.

HEc dicit dñs deus. Super mõtem excelsum ascende/ tu qui euãgelizas syon exalta in fortitudine vocẽ tu qui euangelizas hierusalem. Exalta noli timere: dic ciuitatibus iude. Ecce deus vester. Ecce dñs deus in fortitudine veniet ⁊ brachium eius dominabitur. Ecce merces eius cum eo: et opus illius coram ipso. Sicut pastor gregem suum pascet: et in brachio suo congregabit agnos: et in sinu suo lenabit eos dominꝰ deꝰ noster. ℣. Dñe deꝰ virtutum cõuerte nos: et ostẽde faciẽ tuã et salui erimꝰ. ℣. Excita dñe potentiã tuã et veni/ vt saluos facias nos Oratio sine Dñs vobiscũ. Oremꝰ

PResta q̃s omps deus: vt filij tui ventura solennitas ⁊ pꝛesentis nobis vite remedia conferat et pꝛemia eterna cõcedat. Per eũdem. ¶ Lectio ysaie pꝛophete. xlv.

HEc dicit dñs de⁹ xpo meo cyro cui⁹ appꝛehẽdi dexterã vt subiiciam ante faciẽ ei⁹ gentes: ⁊ dorsa regũ vertã. Et aperiã coram eo ianuas: ⁊ portꝰ nõ claudẽtur. Ego ante te ibo: ⁊ gloriosos terre humiliabo. Portas creas cõterã et vectes ferreos cõfringã. Et dabo tibi thesauros abscõditos: ⁊ archana secretorũ vt scias quia ego dñs: q̃ invoco nomen tuũ deus israel. Pꝛopter seruũ meũ iacob ⁊ israel electũ meũ. Et vocaui te noie tuo: assimilaui te: ⁊ nõ cognouisti me. Ego dñs ⁊ nõ est amplius/ extra me nõ est deꝰ. Accinxite ⁊ nõ cognouisti me. Ut sciãt hi q̃ ab ortu solis: ⁊ qui ab occidẽte: q̃m absq; me non est deus. Ego dñs et non est alter. Formãs lucẽ et creãs tenebras. Faciẽs pacem: et creans malũ. Ego dñs faciens oia hec. Rorate celi desuper: et nubes pluãt iustum aperiatur terra ⁊ germinet saluatorẽ. Et iustitia oriatur simul: ego dñs creaui eum. ℣. Excita dñe potẽtiã tuã et veni vt saluos facias nos. ℣. Qui regis israel intẽde q̃ deducis velut ouẽ ioseph: q̃ sedes sup cherubin appare coram effraim benjamin ⁊ manasse. Oratio sine Dñs vo. Oremꝰ

PReces populi tui q̃s dñe clementer exaudi: vt qui iuste pro peccatis nostris affligimur: pietatis tue visitatione cõsolemur. Qui vi. ¶ Lectio danielis pꝛophete. iij.

IN diebus illis. Angelus dñi descendit cũ azaria et sociis

eiꝰ in foꝛnacē: ⁊ excussit flāmā ignis de foꝛnace: et fecit mediū foꝛnacis quasi vētū roꝛis flantē. Flāma aūt diffusa est sup foꝛnacē / cubitis quadꝛagintanouē: ⁊ incēdit quos repperit iuxta foꝛnacē / de caldeis ministros regis / qui eā incēdebāt. Illos aūt nō tetigit ignis neq; cōtristauit nec quicq; molestie intulit. Tunc hi tres quasi ex vno oꝛe laudabant et glozificabāt ⁊ būdicebāt deū in foꝛnace dicētes. Būdictus es dñe deꝰ patrū nostroꝛū: et laudabilis et gloꝛiosus ⁊ supereꝛaltaꝰ in secula. Et būdictū nomē gloꝛie tue sanctū / et laudabile ⁊ superaltatū in oibus seculis. Būdictꝰ es in tēplo sctō gloꝛie tue: ⁊ suplaudabilis ⁊ supgloꝛiosus in secula. Būdictꝰ es in thꝛono regni tui ⁊ suplaudabilis ⁊ supeꝛaltatꝰ in secula. Būdictꝰ es qui intueris abyssos / ⁊ sedes sup cherubin et superlaudabilis et supereꝛaltatꝰ in secula. Būdictus es dñe in firmamēto celi: et superlaudabilis et gloꝛiosus in secula. Benedicite omnia opera dñi dño: būdicite celi domino Benedicite angeli domini domino hymnū dicite et supereꝛaltate eū in secula. Būdicite aque oēs que sup celos sunt domino: būdicite omnes virtutes dñi dño. Benedicite sol et luna dño: hymnū dicite ⁊ supereꝛaltate eum in secula. Būdicite stelle celi dño benedicite imber et ros dño. Būdicite omnis spūs det dño hymnū dicite et supereꝛaltate eum in secula. Būdicite ignis ⁊ estus domino: būdicite noctes et dies dño. Būdicite lux ⁊ tenebꝛe dño: hymnū dicite et supereꝛaltate eū in secula. Būdicite frigus ⁊ cauma dño: benedicite pꝛuina et nines dño. Benedicite fulgura et nubes dño: hymnū dicite ⁊ supereꝛaltate eum in secula Būdicat terra dñm: benedicite mōtes ⁊ colles dño. Benedicite oia nascentia terre dño: hymnum dicite et supereꝛaltate eū in scꝛa. Būdicite maria et flumina dño: būdicite fontes domino. Benedicite cete et oia que mouētur in aquis dño: hymnū dicite et supereꝛaltate eū in secula. Būdicite omnes volucres celi dño: benedicite bestie et vniuersa pecoꝛa domino. Benedicite filij hoim domino: hymnū dicite et supereꝛaltate eū in secula. Būdicat israel dño: benedicite sacerdotes domini dño. Benedicite serui dñi dño hymnum dicite et supereꝛaltate eū in secula. Benedicite spūs ⁊ anime iustoꝛū domino: benedicite scti et humiles coꝛde dño: hymnum dicite ⁊ supereꝛaltate eū in secula. Būdicite ananias azaria misael dño: hymnum dicite ⁊ supeꝛaltate eū in secula. Tract⁹.

Benedictꝰ es dñe deꝰ patrū nostroꝛū. Et laudabilis et gl'iosꝰ in secula. ℣. Et būdictū nomē gloꝛie tue quod est sanctū. Et laudabile et gloꝛiosum in secula. ℣. Būdictus es in tēplo sctō gl'ie tue quod est sāctū Et laudabilis et gl'iosus in secula. ℣. Būdictuses super sceptrū diuinitatis tue. Et laudabilis ⁊ gl'iosus in secula. ℣. Būdictus es super sanctā sedē regni tui. Et laudabilis ⁊ gl'iosus in secula. ℣. Būdictus es qui sedes supꝛa cherubin ⁊ intueris abyssos. Et laudabilis et gl'iosus in secula. ℣. Būdictꝰ es qui ābulas sup pennas vētoꝛū. Et laudabilis ⁊ gl'iosus in secula. ℣. Būdicāt te oēs āgeli. Et sancti tui laudēt et glozificent in secula. ℣. Būdicāt te celū ⁊ terra mare ⁊ oia que in eis sunt. Et glozificent et laudēt in secula. ℣. Gloꝛia patri et filio et spūi sancto. Et laus / ⁊ honoꝛ / ⁊ potestas ⁊ imperiū. ℣. Sicut erat in pꝛincipio ⁊ nūc et semp: ⁊ in secula scꝛoꝛū amen. Et laus / et honoꝛ / et potestas / ⁊ imperiū. Et reincipit tractus et dicitur tantum pꝛimus versus. Benedictus es domine, ⁊c. Dominus vobiscum. Oꝛemꝰ. Oꝛo.

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas igniū: concede pꝛopitius: vt nos famulos tuos nō exuꝛat flamma vitioꝛum. Per dñm.

℣ Lectio epistole beati pauli apostoli. Ad thessalonicenses. ij. ij.

Fratres. Rogamꝰ vos p aduentū dñi nꝛi ihesu xpi et nostre cōgregatiōis in ipsū: vt nō cito moueamini a vō cēsu: neq; terreamini. Neq; per spiritū / neq; per sermonē / neq; per epistolā tāq; per nos missā: quasi instet dies dñi. Ne quis vos seducat vllo modo. Qm̄ nisi venerit discessio pꝛimū: ⁊ reuelatꝰ fuerit homo peccati filiꝰ perditiōis qui aduersatur et extollitur super omne quod dicitur deus / aut quod colitur: ita vt in templo dei sedeat: ostēdens se tanq; sit deus. Non retinetis q; cū adhuc essem apud vos hec dicebam vobis? Et nunc quid detineat scitis vt reueletur in suo tempoꝛe. Nām mysterium iam operatur iniquitatis tātū: vt qui tenet / nunc teneat: donec de medio fiat. Et tūc reuelabitur ille iniquus: quē dñs ihesus interficiet spū oꝛis sui: ⁊ destruet illustratiōe aduētꝰ sui. Tractus.

Qui regis israel intēde: q̄ deducis velut ouem ioseph. ℣. Qui sedes sup cherubin: appare coꝛā efraim bēiamin et manasse. ℣. Excita dñe potentiā tuā et veni: vt saluos faciasnos. Nō reicipit. Sequentia sc̄i luce.

Anno q̄ntodecimo imperij tyberij cesaris pcurāte pontio pylato iudeā: tetrarcha aūt galilee herode / philippo aūt fratre eius tetrarcha ituree ⁊ traconitidis regionis: ⁊ lisania abilene tetrarcha / sub pꝛincipibꝰ sacerdotū anna ⁊ caypha factū est verbū dñi sup iohannē zacharie filiū in deserto. Et venit in omnē regionē iozdanis: pꝛedicans baptisma penitentie in remissionem peccatoꝛū: sicut scriptū est in libꝛo sermonū ysaie pꝛhete. Voꝛ clamantis in deserto: parate viam dñi rectas facite semitas eius. Oīs vallis implebitur: ⁊ oīs mons et collis humiliabitur. Et erunt pꝛana in directa: ⁊ aspera in vias planas: ⁊ videbit oīs caro: salutare dei. Offert. Exulta satis filia syon pꝛedica filia hierusalem: ecce rex tuus venit tibi sanctus et saluatoꝛ. Secreta.

Sacrificijs pꝛesentibꝰ quesumꝰ domine intende placatus vt et deuotioni nostre pꝛoficiāt et saluti. Per dñm. Pꝛefatio cōis. Cōio. Exultauit vt gygas ad currendā viā a summo celo egressio eiꝰ: et occursꝰ eius vsq; ad summum eiꝰ. Postcōio.

Quesumus dñe deus noster: vt sacrosancta mysteria que pꝛo reparationis nostre munimine contulisti: et pꝛesens nobis remedium esse facias ⁊ futurum. Per dominū.

℣ Nota q̄ in quacūq; fer. dies natiuita. dñi cōtigerit semp iemnia. iij. tēpoꝛū in tertia ebdo. aduētꝰ dñi celebꝛetur. Si vigi. nati. in dñica. iij. euenerit tunc fer. iij. pꝛeceb: dicetur missa de. iij do. nullā mētionē facie to de. iij. ℣ Do. iij. aduē. Introitꝰ.

Memento nostri dñe in bñplacito populi tui: visita nos i salutari tuo: ad videndū in bonitate electoꝛū tuoꝛū in letitia gentis tue: vt lauderis cum hereditate tua. ps. Confitemini domino quoniam bonus: quoniā in seculū mia eiꝰ. Gl'ia pa. Kyrie. Nō dicitur Gloꝛia in cel. Oratio.

Excita dñe potentiā tuā ⁊ veni: ⁊ magna nobis virtute succurre: vt p auxiliū gratie tue quod nra peccata pꝛepediūt indulgentia tue pꝛopitiatiōis acceleret. Qui vivis.

℣ Ad philippenses. iij.

Fratres. Gaudete in domino semper iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit oibꝰ hoibꝰ

dñs enim ppe est. Nihil solliciti sitis: sed in oi oratione ⁊ obsecratiõe cũ gratiarũ actione petitiões vestre innotescant apud deũ. Et pax dei q̃ exuperat oẽm sensũ: custodiat corda vestra et intelligentias vestras. In xpo iesu dño nostro. ℟. Prope est dñs oĩb⁹ inuocantib⁹ eũ: oĩbus q̃ inuocãt eũ in veritate. ℣. Laudẽ dñi loquetur os meũ et bñdicat oĩs caro nomẽ sãctũ ei⁹. Si do. fue. Alla. ℣. Veni dñe ⁊ noli tardare, relaxa facinora plebis tue. Si do. fue. Prosa.

IUbilemus oẽs vna. Deo nostro qui creauit oia. Per quẽ cuncta cõdita sunt secula. Cui q̃ plurima luce corruscat ⁊ diuersa sidera. Sol mundi scema noctiũ decus luna, cetera splendentia. Mare solũ, alta, plana ⁊ profunda fluminina. Aeris ampla spacia: quo discurrunt aues, venti atq; pluuia. Hec simul cuncta: tibi deo soli patri militant. Nunc ⁊ in euũ sine fine per secla laus eorum tua gloria. Qui pro salute nostra prolẽ vnicã. Patri in terra miserit sine culpa sed ob nostra delicta. Te trinitas precamur vt corpora nostra ⁊ corda regas ⁊ protegas: ⁊ dones peccatorũ veniam. Amen. Scõm iohannẽ. j.

IN illo tempore. Miserunt iudei ab hierosolymis sacerdotes et leuitas ad iohannẽ: vt interrogarent eũ tu quis es? Et cõfessus est ⁊ non negauit. Et confessus est: quia nõ sum ego christus. Et interrogauerunt eũ. Quid ergo. Helyas es tu? Qui dixit. Nõ sum. Prophetа es tu? Et respondit. Non. Dixerũt ergo ei? Quis es? vt responsum demus his qui miserunt nos? Quid dicis de te ipso? Ait. Ego vox clamãtis in deserto dirigite viam dñi sicut dicit esaias propheta. Et qui missi fuerant erant ex phariseis. Et interrogauerũt eum: ⁊ dixerunt ei. Quid ergo baptizas: si tu non es christus, neq; helyas neq; propheta Respondit eis iohãnes dicẽs. Ego baptizo in aqua medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Ipse est qui post me venturus est: qui ante me factus est: cuius ego nõ sũ dignus, vt soluã eius corrigiã calciamẽti. Hec in bethania facta sũt trans iordanem: vbi erat iohannes baptizans. Credo. Si fiat die dñico. Offr. Confortamini et iã nolite timere: ecce enĩ deus noster retribuet iudicium ipse veniet et saluos nos faciet: Secreta.

SAcrificijs presentibus domine q̃s placatus intende: vt et deuotioni nostre proficiant et saluti. Per do. Prefa. cõis. Cõio. Ecce virgo cõcipiet ⁊ pariet filium: ⁊ vocabitur nomen eius emanuel Postcõio.

SUmptis domine muneribus quesumus: vt cum frequentatione mysterij: crescat nostre salutis effectus. Per dominum nostrum iesum christum. Per ebdomadam missa de dominica: sine alleluya pro sa, ⁊ Credo. In vigilia natiuitatis dñi. Ad missam. Introitus.

MOdie scietis quia veniet dñs et saluabit vos: ⁊ mane videbitis gloriam ei⁹. ℣. Dñi est terra et plenitudo ei⁹ orbis terrarũ et vniuersi qui habitant in eo. Gloria patri. Kyrie eleyson. Nõ dr. Gloria in ex. Ofo.

DEus qui nos redẽptionis nostre annua expectatione letificas: presta vt vnigenitũ tuũ, quẽ redemptorẽ leti suscipim⁹: venientẽ quoq; iudicẽ securi videamus: do minũ nr̃m iesũ xp̃m filiũ tuũ. Qui. Memoria nulla. De. esaie pphete.

HEc dicit dñs de⁹. Propter syõ non tacebo: ⁊ propter hierusalem nõ quiescã: donec egrediatur vt splẽdor iustus ei⁹: ⁊ saluator ei⁹ vt

lãpas accẽdatur. Et videbũt gẽtes iustũ tuũ: et cũcti reges inclitũ tuũ. Et vocabitur tibi nomẽ nouũ qđ os dñi nominauit. Et eris corona gloriẽ in manu dñi: ⁊ dyadema regni i manu dei tui. Non vocaberis vltra derelicta: ⁊ terra tua nõ vocabitur amplius desolata. Sed vocaberis bolũtas mea in ea: et terra tua inhabitabitur. Quia cõplacuit domino in te. Lectõ epistole beati pauli apostoli. Ad romanos. primo.

FRatres. Paulus seruus xp̃i iesu vocat⁹ apostol⁹: segregatus in euãgeliũ dei qđ ante promiserat per pphetas suos: in scripturis sanctis de filio suo: q̃ fact⁹ est ei ex semine dauid scõm carnẽ. Qui predestinat⁹ est filius dei in virtute scõz spũ sanctificatiõis: ex resurrectione mortuorũ iesu xp̃i dñi nr̃i: p quẽ accepim⁹ gr̃am ⁊ apostolatũ: ad obediẽdũ fidei in oĩbus gẽtib⁹ pro nomine eius. In quib⁹ estis ⁊ vos vocati: iesu xp̃i dñi nr̃i. ℣. Hodie scietis quia veniet dñs, ⁊ saluabit vos: et mane videbitis gr̃iam ei⁹. ℣. Qui regis israel intẽde: q̃ deducis velut ouẽ ioseph. q̃ sedes sup cherubĩ appare coram effraim bẽiamin ⁊ manasse. Si do minica fuerit. Alla. ℣. Crastina die delebitur iniquitas terre: ⁊ regnabit sup vos saluator mũdi. Si dñica fuerit prosa. Jubilemus oẽs vna. vt̃s. ko. precedenti. Si vero dñica nõ fuerit: tunc alla ⁊ Sequentia ptermittantur. Scõm Mattheum primo.

IN illo tpe. Cũ esset desponsata mater iesu maria ioseph anteq̃ cõuenirẽt, inuẽta est in vtero habẽs de spũ sctõ. Joseph autẽ vir eius, cũ esset iust⁹ ⁊ nollet eã traducere: voluit occulte dimittere eam. Hec autẽ eo cogitante: ecce angel⁹ dñi in somnis, apparuit ei dicens. Joseph fili dauid: noli timere accipere mariã cõiugẽ tuã. Quod enim in ea natũ est, de spũ sctõ est. Pariet







nuit iacob. Jacob autē genuit iu

dam et fratres eius. Judas autē

genuit phares et zaram de tha-

mar. Phares autē genuit esrom

Esrom autem genuit aram. Arā

autē genuit aminadab. Amina-

dab aut em genuit naason. Naa

son aūt genuit salmon. Salmon

autē genuit booz de raab. Booz

aūt genuit obeth ex ruth. Obeth

autem genuit iesse. Jesse autē

genuit dauid regem. Dauid au-

tem rex genuit salomonem ex ea

que fuit vrie. Salomon autem ge

nuit roboam. Roboam autem ge

nuit abyam. Abyas autē genuit

asa. Asa autem genuit iosaphat.

Josaphat autē genuit iozam. Jo

ram autem genuit oziam. Ozias

autem genuit ioatham. Johatā

autem genuit achaz. Achaz aūt

genuit ezechiam. Ezechias au-

tem genuit manassen. Manas-

ses autem genuit amon. Amon

autem genuit iosiam. Josias

autem genuit iechoniam et fra-

tres eius in transmigratione ba

bylonis. Et post trāsmigrationē

babylonis iechonias genuit sala

thiel. Salathiel autem genuit

zozoba bel. zozobabel autem

genuit a biud. Abiud autem

genuit elyachim. Elyachim

autem genuit azor. Azor au-

tem genuit sadoch. Sadoch au

tem genuit achim. Achim au-

tem genuit e liud. Eliud

autem genuit elea zar. Elea

zar autem genuit mathan. Ma-

than autē genuit iacob. Jacob



antem genuit ioseph virū marie



tio sic erat. Cū esset desponsata

De qua natꝰ est ihesus qui vocat

mater iesu maria ioseph / anteꝙ

christus. Oēs ergo generatio

cōuenirēt inuēta est in vtero ha

nes ab abrahā vsq; ad dauid ge

bens de spiritu sancto. Te deum laudamus. ¶ In die natalis dñi. Missa in gallicantu. Introitus.

neratiōes quatuordeci: Et a da

Omin⁹ dixit ad me filius me⁹ es tu ego hodie genui te. ps. Quare fremuerunt gentes ⁊ populi meditati sunt inania. Gloria patri. Kyrie leyson. Gloria in excelsis deo. Nec ante prefationem. Oratio.

uid vsq; ad trālmigrationē baby

DEus qui hanc sacratissimam noctem veri luminis fecisti illustratione claresce re: da quesum⁹ vt cuius lucis mysteria in terra cognouimus eius quoq; gaudijs in celo perfruamur. Per do. ¶ Memoria nulla. Lectio ysaie prophete.

lonis generatiōes quatuordeci.

HEc dicit dñs. Populus gētis qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnā: habitantibus in regione vmbre mortis lux orta est eis. Parvulus enī natus est nobis: et filius datus est nobis. Et factus est principatus super humerū eius: et vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius / deus fortis / pater futuri seculi / princeps pacis. Multiplicabitur eius imperiū et pacis nō

Et a trālmigratiōe babylōis vsq; ad christū generationes qua

tuordecim. Christi autē genera

erit finis. Super soliū dauid / ⁊ sup regnum eius sedebit vt confirmet illud et corroboret in iudicio et iustitia amodo et vsq; in sēpiternū. Lectō eple beati pauli apli. Ad titū. ij.

CArissime. Apparuit gratia dei saluatoris nostri omnib⁹ hominibus erudiens nos: vt abnegantes impietatē et secularia desideria: sobrie ⁊ iuste / ⁊ pie / viuamus in hoc seculo. Expectantes beatam spem / et aduentū glorie magni dei et saluatoris nostri ihesu christi. Qui dedit semetipsum pro nobis: vt nos redimeret ab omni iniquitate ⁊ mū daret sibi populū acceptabilē sectatorem bonorū operū. Hec loquere: et exhortare. In christo iesu domino nostro. ℣. Tecū principiū in die virtutis tue in splendoribus sanctorū: ex vtero ante luciferū genui te. ℟. Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos: scabellum pedum tuorum. Alla. ℣. Dominus dixit ad me filius me⁹ es tu: ego hodie genui te. Prosa.

SAlus eterna indeficiēs mundi vita. Lux sempiterna ⁊ redemptio vere nostra. Condolēs humana perire secla p tētantis numina. Nō linquēs excelsa adisti ima pprie clemētia. Mor tua spōtanea grā assumēs humana. Que fuerāt perdita oia saluasti terrea. Herēs mūdo gaudia. Tu aias ⁊ corpora. Nostra xpe expia. Ut possidēas lucida. Nosmet habitacla. Hanc duētu primo iustifica. In scō nos libera Ut cū facta luce magna iudicabis oia. Cōpti stola incorrupta nosmet tua subsequamur mox vestigia quo cunq; visa amen. ¶ Secūm Lucā ij.

IN illo tēpore. Exijt edictum a cesare augusto vt describeretur vniuersus orbis. Hec descriptio prima facta est: a preside syrie cyrino. Et ibāt oēs: vt profiterentur singuli in suā ciuitatē. Ascēdit autem et ioseph a galilea de ciuitate nazareth: in iudeā ciuitatē dauid que vocatur bethleem eo q; esset de domo ⁊ familia dauid: vt profiteretur cū maria desponsata sibi vxore pregnāte. Factū est autem cū essent ibi: impleti sunt dies vt pareret. Et peperit filium suū primogenitū. Et pānis eū inuoluit: et reclinauit eū in presepio: quia non erat eis locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadem: vigilantes ⁊ custodientes vigilias noctis super gregē suū. Et ecce angelus dñi stetit iuxta illos et claritas dei circūfulsit illos. Et timuerūt timore magno. Et dixit illis angelus. Nolite timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudiū magnum quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie saluator / qui est christus dñs in ciuitate dauid. Et hoc vobis signum. Inuenietis infantē pānis inuolutum et positū in presepio. Et subito facta est cū angelo multitudo milicie celestis exercitus: laudantiū deum et dicentiū. Gloria in altissimis deo: ⁊ in terra pax hominibus bone voluntatis. Credo. Offr. Letentur celi ⁊ exultet terra: ante faciem domini quoniam venit. Secreta.

ACcepta tibi sit dñe ḡs hodierne festiuitatis oblatio vt tua gratia largiente: per hec sacrosancta cōmercia: in illius inueniamur forma in quo tecū est nostra substātia ihesus christus filius tuus dñs noster. Qui tecū viuit ⁊ re. Prefatio. Eterne deus. Quia per incarna. ℟.

ACommunicātes ⁊ noctē sacratissimā celebrantes qua beate marie intemerata vginitas: huic mundo edidit saluatorem. Sed et memoriā venerantes. Imprimis. ¶ Caueat sacerdos scām dei tertiā missam celebraturus: ne scām potionē sumat: ⁊ sic in missa sequenti. Cōio. In splēdoribus sanctorū ex

vtero ante luciferū genui te. ℂ Dicta cōtone stati laudes incipiūtur. ān.

QUē vidistis pastores dicite/annunciate nobis in terris quis apparuit. natū vidimus in choro angelorū: saluatorē dñm/ venite adorem⁹. ℣s. Dñs regnauit. ān. Genuit puerpera regē/cui nomen eternum: et gaudiū matris habens cum virginitatis honore: nec primam similem visa est nec habere sequentem al'a. ℣s. Jubilate. ān. Angelus ad pastores ait annuncio vobis gaudiū magnum quia natus est vobis hodie saluator mūdi al'a. ℣s. Deus de⁹ me⁹. ān. Facta est cum angelo multitudo celestis exercitus laudantium et dicentium gloria in excelsis deo ℟ in terra pax hoibus bone voluntatis al'a al'a. ℣s. Bñ dicite. ān. Paruul⁹ filⁱ⁹ hodie natus est nobis: ℟ vocabit de⁹ fortis alleluya. ℣s. Laudate dñm.

ℂ Nec capitulū/nec hymnus/nec ℣. dicitur: sed finita ān. statim incipit sacerdos hanc antiphonam.




Gloria in excelsis de o ℟ in terra



pax hominib⁹ bone volūta tis al-



leluya alleluya. Sequ⁹ amen. ℟.



Et terminātur laudes et missa hac oratiōe sequēti. Dñs vobiscum ℣. dictus. Et cū spiritu. Postcō.

DA nobis qs dñe de⁹ noster vt qui natiuitatē dñi nostri ihesu christi nos frequētare gaudem⁹: dignis conuersationib⁹ ad ei⁹ mereamur peruenire consortiū. Qui tecū.

ℂ Missa in aurora. Introitus.



TUr fulgebit hodie super nos/quia natus est nobis dñs: ℟ vocabitur admirabilis deus/princeps pacis/pater futuri seculi: cui⁹ regni nō erit finis. ℣s. Dñs regnauit decorē indut⁹ est indut⁹ est dñs fortitudinē ℟ precinxit se. Gl'ia. Gl'ia in ex. Ore.

DA nobis qs omps deus vt qui noua incarnati verbi tui luce perfūdimur: hoc i nostro resplēdeat opere: quod per fidē fulget in mēte.

ℂ Iste due ōnes dicuntur ad vnū Per dñm. De sctā anastasia. Ore.

DA quesumus omnipotēs de⁹: vt qui beate anastasie martyris tue solennia colimus: eius apud te patrocinia sentiamus. Per dñm.

ℂ Lectio Ysaie prophete. Ixj.

HEc dicit dñs deus. Spiritus dñi super me/eo q̄ vnxerit me ad annūciandū māsuetis misit me. Ut mederer contritis corde ℟ predicarē captiuis indulgentiā ℟ clausis apertionē. Ut predicarē annū placabilē dño: ℟ diē vltionis deo nostro Ut cōsolarer oēs lugentes: ℟ ponerē fortitudinē lugentib⁹ syō. Et darē eis coronā pro cinere oleū gaudij pro luctu palliū laudis pro spū meroris. Et vocabūtur in ea fortes in iustitie: plantatio dñi ad glorificandū Ecce dñs auditum fecit i extremis terre. Dicite filie syon. Ecce saluator tuus venit: ecce merces eius cū eo: ℟ opus illius cora ipso. Et vocabunt eos populus sanctus: redēpti a dño deo nostro. ℂ Lectio epistole beati pauli apostoli. Ad titum. iij.

CHarissime Apparuit benignitas et humanitas saluatoris nostri dei. non ex operibus iustitie que fecimus nos: sed secundum suā misericordiā saluos nos fecit. Per

lauacrum regenerationis et renouationis spiritus sancti/quem effudit in nos abunde per iesum christū saluatorem nostrum. Ut iustificati gratia ipius: heredes simus secundū spem vite eterne. In christo iesu domino nostro. ℣. Benedictus qui venit in nomine dñi: deus dñs et illuxit nobis. ℣. A domino factum est: ℟ est mirabile i oculis nostris. Alleluya. ℣. Dñs regnauit decorem induit: induit dominus fortitudinem et precinxit se virtute. Prosa.

REgnantem sempiterna per secla susceptura. Concio deote concrepa. Factori reddendo debita. Quem iubilant agmina celica/ eius vultu exhilarata. Quem expectant omnia terrea eius nutu examinanda. Districtum ad iudicia. Clementem in potentia. Tua nos salua christe clemētia: propter quos passus es dira. Ad poli astra subleua nitida: qua sorde tergis secula. Influe salus vera effuga pecicula. Omnia vt sint munda tribue pacifica. Ut hinc tua salui misericordia. Leti regna post adeamus supera. Quo regnas secula p infinita. Amen.

ℂ Secundum Lucam. ij.

IN illo tempore. Pastores loquebantur adinuicem. Transeamus vsq̄ bethleem: ℟ videamus hoc verbum quod factum est/quod fecit dominus et ostendit nobis. Et venerunt festinantes: et inuenerūt mariam et ioseph: et infantem positum in presepio. Videntes autem eum: cognouerunt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierant miratī sunt: et de his que dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia verba hec: conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes et laudantes deū/ in omnibus que audierant et viderant: sicut dictum est ad illos. Credo. Offr. Deus enim firmauit orbē terre qui nō cōmouebitur parata sedes tua de⁹ ex tūc a seculo tu es. Sec.

MUnera nostra quesumus dñs natiuitatis hodierne mysterijs apta proueniant: vt sicut homo genitus idem refulsit deus sic nobis hec terrena substātia conferat quod diuinū est. Per dñm nostrū iesum.

ℂ De sancta anastasia. Secreta.

ACcipe quesum⁹ domine munera dignanter oblata ℟ beate anastasie suffragantibus meritis: ad nostre salutis auxilium peruenire concede. Per dñm nostrū ie.


Prefatio. Quia per incarnati. ℟ Communicantes et diē. vtō. Cōio. Exulta filia syon: lauda filia hierusalem: ecce rex tuus venit sanctus ℟ saluator mundi. Postcōmunio.

HAius nos domine sacramēti semp nouitas natalis instauret: cui⁹ natiuitas singularis/ humanam repulit vetustatem.

ℂ De sancta anastasia. Postcōio.

SAciasti domine familiam tuā muneribus sacris: eius quesumus semper interuentione nos refoue: cuius solēnia celebram⁹. Per dñm nostrum.

ℂ In die natiuitatis dñi. Ad magnā missā. Introit⁹.



DEus nat⁹ est nobis: ℟ filⁱ⁹ dat⁹ est nobis cui⁹ ipe rūs sup humerū ei⁹ ℟ vocabit⁹ nomē eius magni ꝓsilij angel⁹. ℣s. Cātate dño canticum nouū: quia mirabilia fecit. Gl'ia pa. Kyrie el'. Gl'ia in ex. Ore.

ADuocede qs omnipotens de⁹: vt nos vnigeniti tui noua p

carnem natiuitas liberet quos sub peccati iugo/vetusta seruitus tenet Per eundem. ¶Memoria nulla. ¶Lectio Ysaie prophete. lij.

HEc dicit dñs deus. Propter hoc sciet popul⁹ meus nomẽ meum in die illa: quia ego ipse qui loquebar ecce adsum. Quã pulchri super montes pedes annunciantis et predicãtis pacẽ: annũciãtis bonũ predicãtis salutẽ: dicentis: syon regnabit deus tuus. Vox speculatorum tuorũ leuauerunt vocẽ: simul laudabunt: quia oculo ad oculũ videbũt: cũ cõuerterit dñs syon. Gaudete & laudate simul deserta hierusalem quia consolatus est dñs populum suum. redemit hierusalẽ. Parauit dominꝰ brachium sanctũ suũ in oculis omnium gentiũ. Et videbunt omnes fines terre: salutare dei nostri. ¶Lectio epistole beati pauli apostoli. Ad Hebreos. primo.

FRatres. Multipharie multisq; modis/olim deus loquens patribꝰ in prophetis: nouissime diebus istis locutus est nobis in filio: quem constituit heredem vniuersorum: per quem fecit et secula. Qui cum sit splendor glorie & figura substantie eius: portansq; omnia verbo virtutis sue/purgationem peccatorum faciens: sedet ad dexterã maiestatis eius in excelsis. Tanto melior angelis effectus quanto differẽtius pre illis nomen hereditauit. Cui enim dixit aliquando angelorum/filius meꝰ es tu: ego hodie genui te. Et rursũ. Ego ero illi in patrem: et ipse erit mihi in filiũ. Et cũ iterũ introduxit primogenitũ in orbem terre dixit. Et adorent eũ oẽs angeli eius. Et ad angelos quidem dixit. Qui facit angelos suos spũs: & ministros suos flãma ignis. Ad filium aũt. Thronus tuus deus in seculũ seculi: virga equitatis virga regni tui. Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem: propterea unxit te deus tuus oleo exultationis pre participibus tuis. Et tu in principio domine terrã fundasti: & opera manuum tuarum sunt celi. Ipsi peribunt tu autẽ permanebis: & oẽs vt vestimẽtum veterascent: et velut amictum mutabis eos: et mutabuntur. Tu autem idem ipse es: et anni tui non deficiẽt. ℣. Viderũt oẽs fines terre: salutare dei nostri: iubilate deo oĩs terra. ℣. Notũ fecit dñs: salutare suũ ãte cõspectũ gẽtiũ/ revelauit iustitiã suã. Alla. ℣. Dies sctificatus illuxit nobis: venite gẽtes & adorate dominũ: quia hodie descẽdit lux magna super terram. Prosa.

LEtabundꝰ exultet fidelis chorus alleluya. Regem regum intacte profudit thorus res mirãda. Angelus consilij: natus est de virgine sol de stella. Sol occasum nescies: stella semper rutilans semper clara. Sicut sydꝰ radium: profert virgo filium/pari forma. Nec sydus radio nec mater filio fit corrupta. Cedrus alta libani: conformatur ysopo valle nostra. Verbum ens altissimi/ corporari passũ est carne sumpta. Gaia cecinit: synagoga meminit: nunq; tamen desinit esse ceca. Si non suis vatibus credat vel gentilibus/ sibillinis versibus hec predicta. Infelix propera: crede vel vetera: cur damnaberis/gens misera. Quem docet littera natũ cõsidera ipsũ genuit puer pera. Dñs vobiscũ. Et cum spiritu tuo. ¶Initium sancti euangelij. secundum Johannem. primo.

IN principio erat verbum: et verbum erat apud deum: et deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil. Quod factum est in ipso vita erat. Et vita erat lux hominũ: & lux in tenebris lucet: et tenebre eam nõ

comprehẽderũt. Fuit homo missus a deo: cui nomen erat iohãnes. Hic venit in testimoniũ vt testimoniũ perhiberet de lumine: vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientẽ in hunc mundum. In mundo erat et mundus per ipsum factus est: et mũdus eum non cognouit. In propria venit: et sui eum non receperũt. Quot quot autem receperunt eum: dedit eis potestatẽ filios dei fieri: his qui credunt in nomine eius. Qui nõ ex sanguinibus: neq; ex voluntate carnis/neq; ex volũtate viri/sed ex deo nati sunt. Et verbum caro factum est: et habitauit in nobis. Et vidimus gloriã eius gloriã quasi vnigeniti a patre plenũ gratie & veritatis. ¶Credo. Ofer. Tui sunt celi. et tua est terra orbẽ terrarũ et plenitudinẽ eius tu fundasti: iustitiã & iudiciũ preparatio sedis tue. Secreta.

OBlata domine munera nouã vnigeniti tui natiuitate sanctifica: nosq; per hec a peccatorum nostrorũ maculis emũda. Per eundẽ. Prefatio Quia per incarnati. &c.

QVmmunicãtes & diem sacratissimũ celebrãtes quo beate marie intemerata virgũitas/huic mundo edidit saluatorẽ. Sed & memoriã venerantes. Imprimis eiusdem gloriose semper virginis marie: genitricis eiusdem dei & do. &c. Tota Viderunt omnes fines terre salutare dei nostri. Postcõmunio.

LAeta quesumus omnipotẽs deus vt natus hodie saluator mundi: sicut diuine nobis generationis est auctor: ita et immortalitatis sit ipse largitor. Qui tecum. In hac misse euangelio Pastores. vt̃s. in aurora. ¶Nota q; amodo vsq; ad epyphaniã: quãdo fit de beata maria dicitur Introitus Puer. &c.

vt in missis cõmunib⁹ continetur. Alie autẽ misse cões non mutãtur. In ipsis tamen fit memoria de beata maria per oratiõẽ Deus qui salutis. quere i missa cõt beate marie post cõe sctõrũ. folio. xix. ¶Dñica infra octa. natiuita. dñi. Introitus.

DUm mediũ silentiũ tenerent oia: et nox in suo: cursu mediũ iter haberet omps sermo tuus dñe/de celis a regalib⁹ sedibus venit. ps. Dñs regnauit decorẽ indut⁹ est indutus est dñs fortitudinem & precinxit se. Gloria pa. Kyrie el. Gloria in excelsis. quacunq; die euenerit. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus qui vnigenito tuo nouã creaturam nos tibi esse fecisti / custodi opera misericordie tue: et ab omnibus nos maculis vetustatis emunda: vt per auxilium gratie tue: in illius inueniamur forma/in quo tecum est nostra substantia. Qui tecum. ¶Sequũtur memorie de sancto stephano: de sancto iohanne: de innocentib⁹: & de beata maria Deus qui salutis quere post cõe sanctorũ. folio. xix. Lectio epistole beati pauli apostoli. Ad galathas. iiij.

FRatres. Quanto tempore heres paruulus est: nihil differt a seruo/cum sit dñs omniũ: sed sub tutoribus et actoribus est: vsq; ad prefinitum tempus a patre. Ita et nos cum essemus paruuli: sub elementis mundi eramus seruientes. At vbi venit plenitudo temporis: misit deus filium suum/natum ex muliere: factum sub lege: vt eos qui sub lege erãt/redimeret: vt adoptionem filiorum reciperem⁹. Quoniã autem filij estis dei: misit deus spiritum filij sui in corda vestra clamãtem abba pater. Itaq; iam non est seruus: sed filius. Quod si filius: et

heres per deum. ℣. Speciosus forma pre filijs hominū diffusa est gratia in labijs tuis. ℟. Eructauit cor meū verbū bonū dico ego opera mea regi lingua mea calamus scribe velociter scribentis. Alleluya. ℣. Dominus regnauit decorem induit: induit dominus fortitudinem & precinxit se virtute. Prosa.

SPlendor patris & figura: se cōformans homini. Potestate non natura: partum dedit virgini. Adam vetus tandem letus: nouū: promat canticum. Fugitiuus et captiuus prodeat in publicū. Cuius luctum: vite fructum virgo gaudēs edidit. Nec sigillum propter illum castitatis perdidit. Sicut crystallus sūt humecta: atq; soli sūt obiecta scintillat ignis iaculum. Nec crystallus rūpitur: nec in partu soluitur / pudoris signaculum. Super tali genitura: stupet vsus et natura / deficitq; ratio. Res est ineffabilis: tam pia tā humilis / christi generatio. Frondem florem nucem sicca virga profert: et pudica virgo dei filiū. Fert celestē vellus rorem: creatura creatorem / creature precium. Frondis floris nucis roris pietati saluatoris congruunt mysteria. Frons est christus protegendo / flos dulcore nux pascendo / ros celesti gratia. Cur quod virgo peperit: est iudeis scandalum: cum virga produxerit / sicca sic amigdalum. Contemplemur adhuc nucē nam prolata nux in lucem / lucis est mysterium. Crinem gerens vnctionem: tria confert vnctionem / lumē & edulium. Nux est christus corter nucis: circa carnem pena crucis / testa corpus osseum. Carne tecta deitas: et christi suauitas / signatur per nucleum. Nux est cecis et vnguentum: christus egris & fomentum / phis animalibus. O ꝙ dulce sacramentum: fenum carnis in frumentum: conuertit fidelibus. Q. nos sub vmbra sacramēti: iesu pascis in presenti / tuo vultu satia. Splendor patri coeterne: nos hinc transfer ad paterne: claritatis gaudia. Amen.

Secundum Lucam. ij.

IN illo tempore. Erāt ioseph & maria mater iesu mirantes super his que dicebantur de illo. Et benedixit illis symeō: et dixit ad mariam matrem eius. Ecce positus est hic in ruinam: et in resurrectionem multorum in israel & in signum cui contradicetur. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius: vt reuelētur ex multis cordibus cogitationes. Et erat anna prophetissa: filia phanuel de tribu aser. Hec processerat in diebus multis: & vixerat cū viro suo annis septem a virginitate sua. Et hec vidua erat vsq; ad annos octoginta quatuor: que nō discedebat de templo / ieiunijs et obsecrationibus seruiens domino nocte ac die. Et hec ipsa hora superueniēs confitebatur domino & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem israel. Et vt perfecerunt omnia secundum legem domini: reuersi sunt in galileam: in ciuitatem suam nazareth. Puer autem crescebat et confortabatur: plenus sapientia. Et gratia dei erat in illo. Credo. Offr. Deus enim firmauit orbem terre qui non commouebitur parata sedes tua deus ex tunc a seculo tu es. Secreta.

HEc munera quesumus domine et vincula nostre prauitatis absoluant: et tue nobis misericordie dona consilient. Per dñm nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecū viuit & regnat. Prefatio. Quia per incarnati. Cōmunicātes. vtq; Cōmunio. Tolle puerum & matrem eius et vade in terram iuda: defuncti sunt enim qui querebant animam pueri. Postcōio.

PResta ꝙs dñe vt per hec munera que dñi nostri iesu christi archane natiuitatis mysterio gerimus: purificate mentis intelligētia cōsequamur. Per eū. In die circūcisiōis dñi. Ad missā. Introit.



DEus natus est nobis: & filius datus est nobis cui⁹ imperiū sup humerū eius & vocabit⁹ nomē eius magni cōsilij angel⁹. ps. Cātate dño canticum nouū: quia mirabilia fecit. Gloria pa. Kyrie el. Gloria in ex. Oro.

DEus qui nobis nati saluatoris diē celebrare cōcedis octauum: fac nos quesumus eius perpetua diuinitate muniri cuius sumus carnali cōmercio reparati. Qui te. Memoria nulla. Lectio epistole beati pauli apostoli. Ad titum. ij.

CHarissime. Apparuit gratia dei saluatoris nostri omnib⁹ hominibus erudiens nos: vt abnegantes impietatem et secularia desideria sobrie / et iuste / et pie / viuamus in hoc seculo. Expectātes beatam spem / & aduentum glorie magni dei et saluatoris nostri iesu christi. Qui dedit semetipsum pro nobis vt nos redimeret ab omni iniquitate: et mundaret sibi populum acceptabilem sectatorem bonorum operum. Hec loquere: et exhortare. In christo iesu dño nostro. ℟. Viderūt oēs fines terre: salutare dei nostri: iubilate deo oīs terra. ℣. Notū fecit dñs / salutare suū: ante conspectū gētiū / reuelauit iusticiā suā. Alla. ℣. Dies sanctificatus illuxit nobis: venite gentes & adorate dominū: quia hodie descendit lux magna sup terram. Prosa. Letabundus. quere supra folio. x. Secūm Lucam. ij.

IN illo tēpore. Postq̄ cōsummati sūt dies octo vt circūcideretur puer: vocatū est nomen eius iesus. Quod vocatum est ab angelo priusq̄ in vtero cōciperetur. Credo. Offr. Tui sunt celi et tua est terra orbem terrarum & plenitudinem eius tu fundasti: iusticia et iudicium preparatio sedis tue. Secreta.

PResta ꝙs dñe: vt per hec munera que dñi nostri iesu christi archane natiuitatis mysterio gerimus: purificate mentis intelligentia cōsequamur. Per eūdē. Prefatio. Quia per incarnati. et cetera.

COmmunicantes & diē sacratissimū celebrātes quo beate marie intemerata virginitas / huic mundo edidit saluatorē. Sed & memoriam venerātes. Imprimis. &c. Cōio. Viderunt omnes fines terre: salutare dei nostri. Postcōmunio.

PResta ꝙs dñe vt quod saluatoris nostri iterata solennitate percepimus perpetue nobis redēptionis conferat medicinā. Per eūdē dñm nostrū. In vigilia epyphanie dñi. Ad missam. Introitus.



LUx fulgebit hodie sup nos / quia natus est nobis dñs: & vocabitur admirabilis deus princeps pacis pater futuri seculi: cui⁹ regni nō erit finis. ps. Dñs regnauit decorem indutus est indutus est dominus fortitudinē & precixit se. Gloria patri. Kyrie el. Non dicit Gloria in excelsis. nec Credo. nisi in dñica. Oratio.

COra nostra quesumus dñe ventura festiuitatis splendor illustret quo et mundi huius tenebris carere valeamus: et peruenire ad patriam claritatis eterne. Per dñm nostrum iesum christum filiū.

Memoria symeonis. Da ꝗs. In cō: folio. ix. de beata maria. Deus qui salutis. Quere post cōe sanctoꝝ folio. xix. Lectio epistole beati pauli apostoli. Ad Tytum. iij.

Caríssime. Apparuit benignitas et humanitas saluatoris dei nostri: nō ex operibus iustitie que fecimus nos sed secundū suam misericordiam saluos nos fecit. Per lauacrum regenerationis et renouationis spiritussancti quē effudit in nos abūde: per iesum christum saluatorem nostrum. Ut iustificati gratia ipsius heredes simus: secūdū spem vite eterne. In christo iesu: dño nostro. ℟. Benedictus qui venit in noīe dñi: deus dñs ⁊ illuxit nobis. ℣. A dño factū est: ⁊ est mirabile in oculis nostris. Alla. ℣. Dñs regnauit decorē induit: induit dñs fortitudinem ⁊ precinxit se virtute. Nō dicit. prosa: etiā si do. fuerit. Dicitur aūt Alla. quacunq; die euenerit. Secundum. Mattheum. ij.

In illo tempore: Defuncto herode: ecce apparuit angelus dñi in somnis ioseph in egypto dicens. Surge et accipe puerū et matrem ei⁹: et vade in terrā israel. Defuncti sunt enim qui querebāt aiam pueri. Qui cōsurgēs accepit puerū et matrē ei⁹: et venit in terrā israel Audiens aūt q archelaus regnaret in iudea p herode patre suo: timuit illo ire. Et ammonitus in somnis secessit in partes galilee. Et veniēs habitauit in ciuitatem que vocatur nazareth vt adimpleretur qō dictū est per prophetas: quoniam nazareus vocabitur. Offr. Deus enim firmauit orbem terre: qui nōcōmouebitur: parata sedes tua deus ex tunc a seculo tu es. Secreta.

Tribue quesumus domine: vt deum presentibus immolem⁹ sacrificijs et sumamus: quem venture solennitatis pia munera prelo-

quuntur: iesum christum dñm nrm Qui tecum vi. Cōio. Colle puerum et matrem eius et vade in terram iuda: defuncti sunt enim qui querebant animam pueri. Postcōmunio.

Illumina quesum⁹ dñe populum tuum: et splēdore gratie tue cor eius semper accende: vt salutaris mū di stella famulante manifestata natiuitas: mentibus eorū reueleť semp et crescat. Per eund.

In die Epyphanie. Introitus.



Ece aduenit dominator dñs: ⁊ regnū i manu ei⁹ ⁊ potestas ⁊ imperiū eos. Deꝰ iudiciū tuū regi da: et iustitiā tuam filio regis Glia pa. Glia in excelsis. Dño. Deus qui hodierna die vnigenitum tuum gentibus stella duce reuelasti: cōcede propitius: vt qui iam te ex fide cognouim⁹ vsq; ad cōtēplandā speciem tue celsitudinis ꝑducamur. Per eūd. Memo. nulla. Lectio ysaie prophete. lx.

Surge illuminare hierusalem: quia venit lumen tuum: ⁊ gloria dñi super te orta est. Quia ecce tenebre operiēt terram / ⁊ caligo populos. Sup te aūt orietur dominꝰ: et gloria ei⁹ in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo: et reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos et vide oēs isti congregati sunt / venerunt tibi. Filij tui de lōge venient / ⁊ filie tue de latere surgent. Tunc videbis et affluēs: et mirabitur / ⁊ dilatabitur cor tuum: quando cōuersa fuerit ad te multitudo maris fortitudo gentium venerit tibi. Inundatio camelorum operiet te: dromedarij madian et epha. Oēs de saba venient: aurum ⁊ thus deferentes: ⁊ laudē dño annūciātes. ℟. Oēs de saba veniēt aurū et thus deferētes: ⁊ laudē dño annūciantes. ℣. Surge ⁊ illuminare hierl'm. quia gl'ia dñi sup te orta est. Alla. ℣. Vidim⁹ stellā ei⁹ in oriēte et venim⁹ cū muneribꝰ adorare dñm

Epyphaniā dño ca- Prosa.

nam⁹ gloriosam. Qua prolē deiberē magi adorant. Immēsam caldei cuius perseq; venerātur potētiam. Quē cuncti prophete cecinere vēturū gētes ad saluādas. Cui⁹ maiestas ita est inclinata vt assumeret serui formam. Ante secula qui deus ⁊ tēpora: homo factꝰ est in maria. Balaā de quo vaticinās: exibit er iacob rutilās inquit stella. Et cō fringet ducū agmina regiōis moab marima potentia. Huic magi munera deferūt preclara aurum simul thus et myrrā. Thure deū predicāt auro regē magnum: hoiem mortalem myrra. In somnis hos monet angelus ne redeant ad regem commotum propter regna. Pauebat etenim nimium regē natum: berēs amittere regni tura. Magi stella sibi micante prenia. Pergūt alacres itinera: patriam que eos ducebat ad propriam linquētes herodis mādata. Qui percussus corde nimiū preira: extemplo mādat eludia magica. Non linqui taliter impunita sed mor priuari eos vita. Omnis nunc caterua tinnulum iungat laudibus organi pneuma. Mystice offerens regi regum xpō munera preciosa. Poscens vt per orbem regnoia protegat in scla sēpiterna. Amē

Secundum Mattheum. ij.

Cum natus esset iesus in bethleem iude: in diebus herodis regis: ecce magi ab oriente venerūt hierosolymam dicētes. Ubi est qui natus est rex iudeorum? Vidimus enim stellam ei⁹ in oriente: et venimus adorare eum. Audiens autem herodes rex turbatus est: et omnis hierosolyma cū illo. Et cōgregans omnes principes sacerdotū ⁊ scribas populi sciscitabatur ab eis vbi christus nasceretur. At illi dixerunt ei. In bethleē iude: Sic enim scriptū est per prophetam. Et tu bethleem terra iuda nequaq; minima es in principibus iuda. Ex te enim exiet dux q regat populum meū israel. Tunc herodes clam vocatis magis diligēter didicit ab eis tempus stelle que apparuit eis. Et mittēs eos in bethleem dixit. Ite / et interrogate diligenter de puero. Et cum inueneritis / renunciate mihi: vt et ego veniens / adorem eum. Qui cum audissent regem / abierunt. Et ecce stella quam viderant in oriente / antecedebat eos vsq; dum veniens staret supra vbi erat puer. Videntes autem stellam: gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domū inuenerunt puerum cū maria matre eius. Et procidentes adorauerūt eum. Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera: aurum thus et myrram. Et respōso accepto in somnis ne redirent ad herodē: per aliā viam: reuersi sunt in regionem suā Credo. Offr. Reges tharsis et insule munera offerent: reges arabum ⁊ saba dona adducent: et adorabunt eum omnes reges terre omnes gentes seruient ei. Secreta.

Ecclesie tue qs dñe dona propitius intuere: quibus nō tam aurum thus et myrra profertur: sed quod hisdem muneribus declaratur immolatur et sumitur: iesus christus dñs noster. Qui tecum vi. Prefatio. Quia cum vnigenitus. Et per octauas. Iuxta.

Communicantes et diē sacratissimū celebrantes quo vnigenitus tuus in tua tecum glia co-

eternus in veritate carnis nostre visibiliter corporalis apparuit. Sed et memoriã venerantes eiusdẽ gloriole semp virginis marie genitricis eiusdẽ dei ℟ dñi nri ihesu xpi. Sed et btorũ. Cõio Vidimus stellã eius in oriente et venimus cum muneribus adorare dominum. ℣ Postcõio.

℟Resta quesum⁹ oipotẽs deus vt que solenni celebrẽ⁹ officio: purificate mentis intelligentia consequamur. ℣per dominum nrm.

¶In crastino nisi sit dñica. Et tũc feria secunda sequenti. Introitus.



Ece aduenit dominator dñs: ℟ regnum in manu ei⁹ ℟ potestas et imperiũ. ps. Deꝰ iudiciũ tuum regi da et iustitiã tuã filio regis. Gloria patri et filio et spiritui. Kyrie eleyson. Gloria in ex. Oco.

Deus qui hodierna die vnigenitum tuũ gentibus stella duce reuelasti: cõcede propitiꝰ: vt q̃ iã te ex fide cognouim⁹: vsq; ad contẽplandam speciẽ tue celsitudinis perducamur. ℣per eundẽ dominum no.

¶Ad Romanos iij.

Hatres. Scim⁹ qm̃ q̃cũq; lex loquit: his q̃ in lege sunt loq̃tur. Vt oẽ os obstruat℟ subditꝰ fiat ois mũdꝰ deo: q̃a ex oib⁹ legis nõ iustificabit ois caro coraꝫ illo. ℣per legẽ em̃: cognitio pcti. Nũc aũt sine lege: iustitia dei manifestata est: testificata a lege et ꝓphetis. Justitia autẽ dei est p fidẽ ihesu xpi: in oẽs et sup oẽs q̃ credũt in eũ. Nõ em̃ est distinctio. Oẽs em̃ peccauerũt: ℟ egẽt gl̃ia dei. Justificati gratis per gratiã ipsiꝰ / p redẽptionẽ q̃ est i xpo iesu. Quẽ ꝓposuit deus ꝓpitiatorẽ per fidẽ in sanguine ipsiꝰ / ad ostentionẽ iustitie sue: ꝓpter remissionẽ ꝓcedentiũ delictorũ / in sustentatiõe dei ad ostẽtionẽ iustitie eius in hoc tpe: vt sit ipe iustus et iustificãs eũ / q̃ ex fide ihesu christi: dñi nri. ℣. Omnes de saba venient / aurũ ℟ thus deferentes: ℟ laudẽ dño annũciãtes. ℟. Surge et illumin̄are hierl'm: q̃a gl'ia dñi sup te orta est. Alla. ℟. Vidim⁹ stellam eius in oriente: ℟ venim⁹ cũ muneribus adorare dñm. Dicitur ꝓsa diuisim per octa. videlz una pars una die: alia vero / alia die.

¶Secundum Johannem ꝓtimo.

In illo tpe. Vidit iohãnes iesum venientẽ ad se: ℟ ait. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mũdi. Hic est de quo dixi. Post me venit vir q̃ ante me factꝰ est q̃ ꝓtior me erat: et ego nesciebã eum. Sed vt manifestetur in israel: propterea veni ego in aqua baptizans. Et testimonium perhibuit iohannes dicens. Quia vidi spiritum descẽdentem quasi columbã de celo: et mansit sup eum: et ego nesciebã eũ. Sed qui misit me baptizare in aqua: ille mihi dixit. Super quẽ videris spiritum descendentẽ ℟ manentẽ sup eũ hic est qui baptizat in spũ sctõ. Et ego vidi: et testimoniũ perhibui: q̃a hic est filiꝰ dei. ℣ redo. Offr Reges tharsis et insule munera offerent: reges arabũ et saba dona adducent. Et adorabunt eum omnes reges terre: omnes gẽtes seruient ei. Secre.

℟Clesie tue q̃sumꝰ dñe dona ꝓpitius intuere: quibus nõ iam aurũ / thus / ℟ myrrha: proferꝛ sed quod hisdẽ muneribus declaratur immolat et sumitur: iesus xpꝰ dñs nr̃. Qui tecũ viuit. Prefatio et Cõmunicãtes. vt in die. Cõio. Vidimus stellã eiꝰ in oriẽte: ℟ venimꝰ cũ muneribꝰ adorare dñm Postcõio.

℟Resta q̃sumꝰ oipotẽs deꝰ: vt que solenni celebrẽ⁹ officio: purificate mentis intelligentia consequamur. ℣per do. ¶Alijs diebus octa. nisi sit dñica / vel fiat officium dominice fiat sicut in die festi.

¶Dñica infra octa epy. Introitꝰ.

In excelso throno vidi sedere virũ: quem adorat multitudo angelorũ psallẽtes in vnũ: ecce cuiꝰ imperiũ permanet in eternũ. ps. Jubilate deo omnis terra: psalmũ dicite nomini eius / date gloriã laudi eius. Gloria patri et fi. Kyrie ele. Gloria in excel. Oratio.

Deota dñe quesumꝰ supplicantis populi celesti pietate ꝓsequere: vt ℟ que agẽda sunt videãt et adimplenda que viderũt cõualescant. ℣per do. ¶Nõ fit alia memoria de epyphania. ¶Lectio epistole beati ℣pauli apli. Ad romanos. xij.

Fratres. Obsecro vos p misericordiã dei: vt exhibeatis corpora vestra hostiã viuentẽ / sanctam / deo placẽtem: rationabile obsequiũ vestrum. Et nolite cõformari huic seculo: sed reformamini in nouitate sensus vestri: vt ꝓbetis q̃ sit volũtas dei bona ℟ beneplacẽs ℟ pfecta. Dico enim p gratiã q̃ data est mihi / oib⁹ q̃ sunt inter vos: nõ plus sapere q̃ oportet sapere / sed sapere ad sobrietatẽ. Et vnicuiq; sicut deꝰ diuisit mẽsurã fidei. Sicut enim in vno corpore multa mẽbra habem⁹ omnia autẽ mẽbra non eundẽ actũ habẽt: ita ℟ multi vnũ corp⁹ sumus in christo. Singuli autẽ: alter alterius membra. In xpo ihesu dño nr̃o. ℣. Benedictꝰ dñs deꝰ israel: qui facit mirabilia magna solꝰ a seculo. ℟. Suscipiãt mõtes pacẽ populo tuo: ℟ colles iustitiam. Alla. ℟. Jubilate deo ois terra: seruite dño in letitia. Prosa. Epyphaniã. vt̃s in die. fol. xiij. ¶Scõm Lucam. ij.

In illo tẽpore. Cũ factꝰ esset iesus annorum duodecim: ascendẽtibus illis hierosolymã scõm cõsuetudinẽ diei festi cõsummatisq; diebꝰ cũ redirẽt: remãsit puer iesus in hierusalẽ: ℟ non cognouerũt parentes eius. Existimãtes autẽ illũ esse in comitatu: venerũt iter diei: ℟ requirebãt eũ inter cognatos ℟ notos. Et nõ inuenientes / reuersi sunt in hierusalẽ / requirentes eũ. Et factũ est post triduum: inuenerũt illũ sedentẽ in tẽplo in medio doctorũ: audiẽtẽ illos / ℟ interrogãtẽ eos. Stupebant autẽ omnes q̃ eũ audiebãt: super ꝓsudentia ℟ responsis eius. Et videntes eũ / admirati sunt. Et dixit mater eius ad illũ. Fili / quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus ℟ ego dolentes querebamus te. Et ait ad illos. Quid est q̃ me querebatis? Nesciebatis quia in his q̃ patris mei sunt: oportet me esse? Et ipsi nõ intellexerunt verbũ quod locutus est ad illos. Et descẽdit cũ eis / ℟ venit nazareth: ℟ erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia verba hec: cõferens in corde suo. Et iesus ꝓficiebat sapientia etate ℟ gratia / apud deum ℟ homines. ℣redo. Offr. Jubilate deo omnis terra / iubilate deo ois terra: seruite dño in letitia. intrate i cõspectu ei⁹ in exultatione: q̃a dñs ipse est deus. Secta.

Oblatum tibi dñe sacrificium vimficet nos semp ℟ muniat. ℣per do. Prefat Quia cũ vnigenit⁹. Infra. Communicãtes. vt̃s. Cõio. Fili q̃d fecisti nobis sic: ego ℟ pater tuus dolẽtes q̃rebam⁹ te. ℟ q̃d est q̃ me q̃rebatis: nesciebatis q̃ in his que patris mei sunt oportet me esse.

Supplices te rogam⁹ Postcõ. omps deꝰ: vt quos tuis reficis sacramẽtis: tibi etiã placitis moribꝰ dignãter deseruire cõcedas. ℣per do.

¶In octa. epyphanie. Introitus.



Ece aduenit dñator dñs ℟ regnũ i manu ei⁹ / ℟ potestas ℟ imperiũ. ps. Deus iudicium tuũ regi da: ℟ iustitiã tuam filio regis. Gloria patri.

rentes eius. Existimãtes autẽ illũ esse in comitatu: venerũt iter diei: ℟ requirebãt eũ inter cognatos ℟ notos. Et nõ inuenientes / reuersi sunt in hierusalẽ / requirentes eũ. Et factũ est post triduum: inuenerũt illũ sedentẽ in tẽplo in medio doctorũ: audiẽtẽ illos / ℟ interrogãtẽ eos. Stupebant autẽ omnes q̃ eũ audiebãt: super ꝓsudentia ℟ responsis eius. Et videntes eũ / admirati sunt. Et dixit mater eius ad illũ. Fili / quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus ℟ ego dolentes querebamus te. Et ait ad illos. Quid est q̃ me querebatis? Nesciebatis quia in his q̃ patris mei sunt: oportet me esse? Et ipsi nõ intellexerunt verbũ quod locutus est ad illos. Et descẽdit cũ eis / ℟ venit nazareth: ℟ erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia verba hec: cõferens in corde suo. Et iesus ꝓficiebat sapientia etate ℟ gratia / apud deum ℟ homines. ℣redo. Offr. Jubilate deo omnis terra / iubilate deo ois terra: seruite dño in letitia. intrate i cõspectu ei⁹ in exultatione: q̃a dñs ipse est deus. Secta.

Oblatum tibi dñe sacrificium vimficet nos semp ℟ muniat. ℣per do. Prefat Quia cũ vnigenit⁹. Infra. Communicãtes. vt̃s. Cõio. Fili q̃d fecisti nobis sic: ego ℟ pater tuus dolẽtes q̃rebam⁹ te. ℟ q̃d est q̃ me q̃rebatis: nesciebatis q̃ in his que patris mei sunt oportet me esse.

Supplices te rogam⁹ Postcõ. omps deꝰ: vt quos tuis reficis sacramẽtis: tibi etiã placitis moribꝰ dignãter deseruire cõcedas. ℣per do.

¶In octa. epyphanie. Introitus.

Ece aduenit dñator dñs ℟ regnũ i manu ei⁹ / ℟ potestas ℟ imperiũ. ps. Deus iudicium tuũ regi da: ℟ iustitiã tuam filio regis. Gloria patri.

Kyrie el.C loria in excelsis. Ois.

DEus cuius vnigenitus in substãtia nostre carnis apparuit presta quesumus: vt per eum quem similem nobis foris agnouimus: intus reformari mereamur. Qui te.

CLectio Ysaie prophete. xlj.

DOmine deus meus honorificabo te: laudem tribuã nomini tuo/qui facis mirabiles res. Cõsilium tuum antiquum: verum fiat Dñe excelsum est brachium tuum: deus sabaoth corona spei/que ornata est gloria. Exultet desertũ: et exultent solitudines iordanis. Et populus meus videbit altitudinẽ domini: ⁊ maiestatem dei nostri: ⁊ erit congregatus ⁊ redemptus per deũ. Et veniet in syon cum laude et letticia sempiterna: sup caput eius laus et exultatio. Et aperiam in montibus flumina: in medijs campis fontes dirũpam: et terram sitientem sine aqua confundã. Ecce puer meus exaltabitur/ et eleuabitur: et sublimis erit valde. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris: ⁊ dicetis in illa die. Confitemini domino: et inuocate nomen eius. Notas facite in populis virtutes eius. Cãtate dño: quia mirabilia fecit. Annũciate hoc i vniuersa terra: dicit omnipotens. ℟. Omnes de saba venient/aurũ ⁊ thus deferentes ⁊ laudẽ dño annũciantes. ℣. Surge et illuminare hierusalẽ: quia gloria dñi sup te orta est Alla. ℣. Vidimus stellã eius in oriente: ⁊ venimus cũ muneribus adorare dñm. Prosa. Epyphaniã. vbi.i die. Scdz matthẽũ ij

IN illo tẽpore. Venit iesus a galilea in iordanẽ ad ioh̃ẽ vt baptizaretur ab eo. Johãnes aũt prohibebat eũ dicens. Ego a te debeo baptizari ⁊ tu venis ad me? Respõdẽs aũt iesus/dixit ei. Sine modo. Sic enim decet nos implere omnẽ iusticiã. Tũc dimisit eũ. Baptizatus aũt iesus/cõfestim ascendit de aqua Et ecce aperti sunt ei celi ⁊ vidit spiritũ dei descendentẽ sicut colũbã: et venientẽ sup se. Et ecce vox de celis dicens. Hic est filius meus dilectus: in quo mihi bene cõplacui. Credo.

Offr. Reges tharsis ⁊ insule munera offerẽt: reges arabũ et saba dona adducẽt ⁊ adorabũt eũ oẽs reges terre: oẽs gẽtes seruiẽt ei. Secreta.

HOstias tibi domine pro nati filij tui apparitione dedicatas suppliciter exorantes: vt sicut ipse nostrorũ auctor est munerũ: ita ipse sit misericors ⁊ susceptor iesus/christus dñs noster. Qui te. Prefatio. Quia cum vnigenitus. Infra. Cõmunicãtes. vbi. Cõio. Vidimus stellã eius in oriente: et venimus cum muneribus adorare dñm. Postcõio.

CElesti lumine qs dñe semper et vbiq nos preueni: vt mysteriũ cuius nos participes esse voluisti: et puro cernamus intuitu: et digno percipiamus effectu. P dñm.

CDñica.j.post octa.epy. Introit.

OMnis terra adoret te deus ⁊ psallat tibi psalmũ dicat nomini tuo altissime. ps. Jubilate deo oĩs terra: psalmũ dicite nomini eius date gloriã laudi eius: Gloria patri. Kyrie el. Si dñica fuerit dicit Gloria in excel. et Credo. alias non. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus qui celestia simul ⁊ terrena moderaris supplicationẽs populi tui clemẽter exaudi: ⁊ pacẽ tuã nostris cõcede tẽporibus. P do. CMemo. q occurrerit Et de bt̃ã maria Deus q salutis ãre i mil. cõi bt̃ẽ ma. post cõi. fo. xix. Et sic fiat vsq ad puri. Ad romanos. xij

FRatres. Habentes donationes secundũ gratiã que data est nobis differentes. Sive prophetiã/secundũ rationẽ fidei. Sive ministeriũ in ministrando? Sive qui docet: in doctrina? Qui exhortatur in exhortando? Qui tribuit in simplicitate? Qui preest in solicitudine? Qui miseretur in hylaritate? Dilectio: sine simulatione? Odientes malũ: coherentes bono. Charitatem fraternitatis inuicem diligẽtes: honore inuicẽ preueniẽtes. Solicitudine non pigri: spiritu feruentes: dño seruientes. Spe gaudentes: in tribulatione patientes. Orationi instãtes: necessitatibus sanctorũ cõicantes. Hospitalitatem sectãtes Bñdicite persequẽtibus vos bñdicite ⁊ nolite maledicere. Gaudere cũ gaudentibus: flere cum flẽtibus. Idipsum inuicẽ sentiẽtes. Nõ alta sapientes: sed hominibus cõsentiẽtes. ℟. Misit dñs verbũ suum et sanauit eos. ⁊ eripuit eos de iteritu eorũ ℣. Cõfiteãtur dño mĩe ei⁹ et mirabilia eius filijs hoim. Alla. ℣. Laudate dñm oẽs angeli ei⁹: laudate eum omnes virtutes eius. Prosa nulla.

CSecundum Johannem. ij.

IN illo tpe. Nuptie facte sunt in chana galilee: et erat mater iesu ibi. Vocatus est aũt iesus et discipuli eius ad nuptias. Et deficente vino: dicit mater iesu ad eũ. Vinũ nõ habẽt. Et dicit ei ies⁹. Quid mihi et tibi est mulier? Nõdum venit hora mea. Dicit mater eius ministris. Quodcunq dixerit vobis facite. Erant autẽ ibi lapidee hydrie sex posite/secũdum purificationem iudeorum: capientes singule metretas binas/vel ternas. Dicit eis iesus. Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsq ad summum. Et dicit eis iesus. Haurite nunc et ferte architriclino. Et tulerũt. Ut autem gustauit architriclinus aquã vinum factum/et non sciebat vnde esset: ministri autẽ sciebant qui hauserant aquã: et vocat sponsum architriclinus ⁊ dicit ei. Omis homo primum bonum vinum ponit: ⁊ cũ inebriati fuerint: tunc id quod deterius est. Tu autem seruasti vinum bonum vsq adhuc. Hoc fecit initium signorum iesus in chana galilee: et manifestauit gloriam suã. Et crediderunt in eum discipuli eius. Credo.

Offr. Jubilate deo vniuersa terra/iubilate deo vniuersa terra: psalmũ dicite nomini eius: venite et audite: et narrabo vobis omnes qui timetis deum: quanta fecit dominus anime mee alleluya. Secreta.

OBlata tibi domine munera sãctifica: noscq a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per do. Cõio. Dixit dominus implete hydrias aqua/⁊ ferte architriclino: dum gustasset architriclinus aquam vinum factũ/dixit sponso: seruasti vinũ vsq adhuc: hoc signum fecit iesus primum coram discipulis suis. Postcõio.

AUgeatur in nobis dñe que sumus tue virtutis operatio: vt diuinis vegetati sacramentis: ad eorum promissa capienda tuo munere preparemur. Per dominũ.

CFeria quarta. Ad collossenses. j.

FRatres. Auditis dispensationem gratie dei q data est mihi in vobis: vt impleã verbum dei mysteriũ quod absconditũ fuit a seculis/⁊ generationibus. Nũc aũt manifestũ est sctis eius: quibus voluit deus notas facere diuitias glorie sacramenti huius in gentibus/quod est xps in vobis spes glorie/quẽ nos annũciamus. Corripiẽtes omnem hominem: ⁊ docẽtes in omni sapiẽtia: vt exhibeamus omnẽ hominẽ pfectũ In christo iesu domino nostro.

CSecundum Lucam. iij.


IN illo tẽpore. Regressus est iesus in virtute spiritus in galileam: et fama exiit per vniuersam regionem de illo. Et ipse docebat in synagogis eorum: et magnificabatur ab omnibus. Et venit nazareth

vbi erat nutritus: ℣ intrauit secundū consuetudinē suam die sabbati in synagogam: et surrexit legere. Et traditus est illi liber esaie prophete Et vt reuolut librū: inuenit locum vbi scriptum erat. Spūs dñi super me/ propter quod vnxit me: euangelizare pauperibus misit me. Sanare contritos corde: predicare captiuis remissionem/ et cecis visum. Dimittere confractos in remissionem: predicare annū dñi acceptum: ℣ diē retributionis. Et cum plicuisset libzum: reddidit ministro et sedit. Et omniū in synagoga oculi erāt intēdentes in eum. Cepit aūt dicere ad illos: quia hodie impleta est hec scriptura in auribus vestris. Et omnes testimoniū illi dabāt: et admirabātur in verbis gratie: que procedebāt de ore eius. ¶ Feria sexta.

¶ Secundum Marcum. vj.

In illo tēpore. Egressꝰ iesus abiit in patriā suam: ℣ sequebantur eum discipuli sui. Et facto sabbato: cepit in synagoga docere. Et multi audientes: admirabātur in doctrina eius/ dicētes. Unde huic hec omnia. Et que est sapiētia que data est illi: ℣ virtutes tales que per manus eius efficiuntur? Nonne hic est faber filius marie: frater iacobi/ et ioseph/ et iude/ et symonis? Nōne et sorores eiꝰ hic nobiscum sunt. Et scandalizabantur in illo. Et dicebat eis iesus. Quia non est prophet sine honore: nisi i patria sua. et in cognatiōe sua. et in domo sua. Et non poterat ibi vllam virtutem facere: nisi paucos infirmos impositis manibus curauit. Et mirabatur propter incredulitatē eorum.

¶ Dñica.ij.post oc.epyphā. Intro.



Dorate deū omnes angeli eius: audiuit ℣ letata est syō: ℣ exultauerūt filie iude. ℣. Dominus regnauit exultet terra: letentur insule multe. Gloria patri. Kyrie eleyson. Si dominica fuerit dicitur Gloria in excelsis. ℣ Credo, alias non. Et sic vsq; ad.lxx. Oco.

Omnipotēs sempiterne deꝰ: infirmitatem nostram propitiꝰ respice: atq; ad protegendum nos dexterā tue maiestatis extēde. Per.

¶ Memo. de sanctis que occurret: et de beata maria. Ad romanos. xij.

Fratres. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos: nulli malum pro malo reddentes. Prouidentes bona: nō tantū cozā deo: sed etiam cozā oibꝰ hoibus. Si fieri potest quod ex vobis est: cū oibꝰ hoibꝰ pacem habentes. Nō vosmetipsos defendētes charissimi: sed date locū ire. Scriptū est enī. Mihi vindictā et ego retribuā dicit dominꝰ. Sed si esurierit inimicus tuꝰ: ciba illū. Si sitit: potū da illi. Hoc enim faciens carbones ignis congeres sup caput eiꝰ. Noli vinci a malo: sed vince in bono malū. ℟. Timebūt gētes nomen tuum domine: et omnes reges terre gloziā tuam. ℣. Quoniā edificauit dominus syon: et videbitur in maiestate sua. Alia. ℣. Dominꝰ regnauit exultet terra: letētur insule multe. ¶ Scōm Mattheum. viij.

In illo tempore. Cum descendisset iesus de mōte: secute sūt eum turbe multe. Et ecce leprosus veniēs adorabat eum dicēs. Domine si vis potes me mundare. Et extendens iesus manum: tetigit eū dicēs Volo. Mūdare. Et cōfestim mūdata est lepra eiꝰ. Et ait illi iesus. Vide nemini dixeris. Sed vade ostende te sacerdoti: et offer munus tuum quod pcepit moyses: in testimoniū illis. Credo. Offr. Dextera dñi fecit virtutē dextera dñi exaltauit me non moziar sed viuam: et narrabo opera domini. Secreta.

Hec hostia dñe quesumꝰ mūdet nostra delicta: et ad sacrificiū

celebzandū/ subditozū tibi cozpoza mēteq; sanctificet. Per dñz. Cōio. Mirabantur omnes de his que prodebant de ore dei. Postcōmunio.

Quos tantis domine largiris vti mysterijs q̄sumꝰ vt effectibus eozum nos veraciter aptare digneris. Per dñm. ¶ Feria quarta. Ad Thimotheum. prime. j.

Carissime. Fidelis sermo ℣ omni acceptione dignus: quia christus iesus venit in mūdum peccatozes saluos facere: quozum primus ego sum. Sed ideo misericozdiam consecutus sum: vt in me primo ostenderet iesus christꝰ omnē patiētiam: ad informationē eozum qui crediturī sunt illi in vitā eternam. Regi autē seculozū immoztali invisibili: soli deo nostro honoz ℣ gloria: in secula seculozum amen.

¶ Secundum Marcum. j.

In illo tempore. Venit ad iesum leprosus deprecans eū: et genuflexo dixit. Si vis: potes me mundare. Iesus autē misertꝰ eius extendit manū suā: ℣ tangens eum ait illi. Volo: mūdare. Et cū dixisset statim discessit ab eo lepra ℣ mūdatus est. Et comminatus est ei: statimq; eiecit illum/ et dixit illi. Vide nemini dixeris sed vade/ ostende te principi sacerdotū: et offer pro emū datione tua que pcepit moyses: in testimonium illis.

¶ Feria sexta. Ad hebreos. iij.

Fratres. Cōsiderate apostolū et pontificem confessionis nostre iesum: q̄ fidelis est ei qui fecit illum: sicut et moyses in omni domo eiꝰ. Amplioris enī glie iste pre moyse dignus habitꝰ est: quāto amplioremhonorē habet domꝰ/ qui fabricauit illā. Omnis nāq; domꝰ/ fabricatur ab aliquo. Qui aūt omnia creauit: deus est. Et moyses q̄dē fidelis erat in tota domo eius: tanq; famulus in testimoniū eozū que dicenda erant: rps vero tanq; filiꝰ in domo sua. Que domus nos sumus: si fiduciam et gloziam spei vsq; ad finem/ firmam retineamus.

¶ Secundum Marcum. x.

In illo tēpore: Offerebāt iesu parvulos: vt tangeret illos. Discipuli aūt cōminabātur offerentibus. Quos cum videret iesus indigne tulit. Et ait illis. Sinite parvulos venire ad me: ℣ ne prohibueritis eos. Talium est enim regnum dei. Amen dico vobis: quisquis nō receperit regnum dei velut parvulus/ non introibit in illud. Et complexans eos: et imponens manus super illos/ benedicebat eos.

¶ Dñica.iij.post oc.epy. Introit.



Dorate deū oēs angeli eiꝰ: audiuit ℣ letata est syō: ℣ exultauerūt filie iude. ℣. Dominꝰ regnauit exultet terra: letētur insule multe. Gloria patri. Kyrie. Si dominica fuerit ōz. Gloria in excelsis. et Credo. Et sic vsq; ad lxx. Oco.

Deus qui nos in tantis periculis constitutos/ pro humana scis fragilitate non posse subsistere: da nobis salutem mētis et cozpozis: vt ea que pro pctis nostris patimur/ te adiuuante vincamꝰ. Per.

¶ Ad Romanos. xiij.

Fratres. Nemini quicq; debeatis: nisi vt invicem diligatis. Qui enim diligit proximum: legem implevit. Nam non adulterabis/ non occides/ non furaberis non falsum testimonium dices/ nō concupisces rem proximi tui. Et si quod est aliud mandatū: in hoc verbo instauratur: diliges proximū tuū sicut teipsum. Dilectio proximi malū non operat. Plenitudo ergo legis: est dilectio. ℟. Timebunt gētes nomen tuum domine: et omnes reges terre gloziā tuā. ℣ Quoniā edifica-

uit dñs syon: & videbitur in maiesta te sua. Alla. ℣. Dñs regnauit exul tet terra: letētur insule multe. Pro sa nulla. ℭ Scōm Matthēū. viij.

In illo tēpore. Ascendēte iesu in nauiculam: secuti sunt eū discipuli eius. Et ecce motus magnus factus est in mari: ita vt naui cula operiretur fluctib⁹. Ipse vero dormiebat. Et accesserunt ad eum discipuli eius: & suscitauerūt eū dicentes. Dñe salua nos perimus. Et dicit eis. Quid timidi estis modice fidei: tunc surgens imperauit ventis & mari: & facta est tranquillitas magna. Porro homines miratisūt dicentes. Qualis est hic? Quia vēti & mare: obediūt ei. ℭ redo. Offr. Dextera dñi fecit virtutē: dextera dñi exaltauit me non moriar: sed viuā: & narrabo opera dñi. Secreta.

Ducede quesumus dñe vt hu ius sacrificij munus oblatū fragilitatē nostram ab omni malo purget semper et muniat. Per dñm nostrum iesum christum filium tuū Qui tecum viuit. Cōmunio. Mirabantur omnes de his que procedebant de ore dei. Postcōio.

Munera tua nos deus a delectationibus terrenis expediāt et celestibus semp instruāt alimentis. Per dñm nostrū iesum christū. ℭ Feria quarta. Ad romanos. v.

Fratres. Sicut per vnius delictum in omnes homines: in condēnationē mortis: sic & per vnī⁹ iusticiā in omnes homines: in iustificationē vite. Sicut enī per inobedientiā vnius hominis peccatores constituti sunt multi: ita & per vnī⁹ obeditionē: iusti cōstituentur multi. Lex autē subintrauit: vt abūdaret delictum. Vbi autē abundauit delictū: superabundauit et gratia. Vt sicut regnauit peccatum in mortem: ita & gratia regnet per iusticiam in vitam eternam. Per iesum christum dominum nostrum. ℭ Secundum Marcum. iij.

In illo tēpore. Exeuntes pharisei: statim cū herodianis: cōsiliū faciebant aduersus iesum: quomodo eū perderent. Jesus autē cū discipulis suis: secessit ad mare: et multa turba a galilea & iudea secuta est eū. Et ab hierosolymis & idumea: et trans iordanē: et qui circa tyrum: & sydonē multitudo magna audientes que faciebat venerūt ad eum. Et dixit iesus discipulis suis: vt in nauicula sibi deseruirent: propter turbā: ne cōprimerēt eū. Multos enim sanabat ita vt irruerēt in eum: vt illum tangerent: quotquot habebāt plagas. Et spiritus immūdi cum illū videbant procidebāt ei: et clamabāt dicentes. Tu es filius dei. Et vehementer comminabatur eis ne manifestarent illū. Et ascendens in montē: vocauit ad se quos voluit ipse: & venerunt ad eū. Et fecit vt essent duodeci cū illo: & vt mitteret eos predicare. Et habēt illis potestatē curandi infirmitates: et eijciendi demonia. ℭ Feria sexta. ℭ Secundum Lucam. ix.

In illo tēpore. Factū est autē euntib⁹ illis in via: dixit quidam ad iesum. Sequar te quocunq; ieris. Et ait illi iesus. Vulpes foueas habēt: et volucres celi nidos: filius autē hominis non habet vbi caput suū reclinet. Ait aūt ad alterum. Sequere me. Ille autem dixit Dñe permitte me primū ire: et sepelire patrem meum. Dixitq; ei iesus. Sine vt mortui sepeliant mortuos suos tu autē vade: et annuncia regnū dei. Et ait alter. Sequar te domine: sed permitte mihi primū renunciare his qui domi sunt. Ait ad illum iesus. Nemo mittēs manum ad aratrum & aspiciens retro aptus est regno dei. ℭ Dominica quarta post octa. epyphā. Introitus.



Orate deū oēs angeli eius: audiuit et letata est syon: & exultauerūt filie iude. ℣. Dominus regnauit exultet terra letentur insule multe. Glozia patri. Kyrie el'. ℭ Si dñica fuerit dicit Glozia in excell. et Credo Alias nō. Et sic vsq; ad. lxx. Oz.

Familiam tuam qs dñe continua pietate custodi: vt que in sola spe gratie celestis inmittitur tua semper protectione muniatur. Per dñm nostrū. ℭ Ad colossenses. iij.

Fratres. Induite vos sicut electi dei sancti & dilecti viscera miserico⁊die: benignitatem humilitatē: modestiā: patiētiam supportantes inuicē: & donātes vobismetipsis: si quis aduersus aliquem habet querelam. Sicut & dñs donauit vobis: ita et vos. Super omnia autē hec: charitatem habete: quod est vinculū perfectiōis. Et pax christi exultet in cor⁊dib⁹ vestris: in qua et vos vocati estis in vno cor⁊pore: et grati estote. Verbum christi habitet in vobis abundanter in omni sapientia: docētes & cōmonentes vosmetipsos in psalmis et hymnis: et canticis spiritualibus in gratia: cāntantes in cor⁊dib⁹ vestris deo. Omne quodcūq; facitis in verbo aut in opere: omnia in nomine dñi nostri iesu christi facite. Gratias agentes deo & patri: per iesum christum dominū nostrū. ℣. Timebunt gentes nomen tuum dñe: & oēs reges terre gloziam tuam. ℣. Quoniā edificauit dñs syon: et videbitur in maiestate sua. Alla. ℣. Dñs regnauit exultet terra: letentur insule multe. Psalma nulla. Secundum Mattheum.

In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis: parabolā hanc. Simile est regnū celoz⁊ū homini qui seminauit bonū semen in agro suo. Cum autē dormirent homines: venit inimicus eius et superseminauit zizania in medio tritici: & abiit. Cū aūt creuisset herba & fructum fecisset: tunc apparuerūt et zizania. Accedentes autē serui patrisfamilias dixerunt ei. Domine: nōne bonū semē seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei. Vis: imus & colligim⁹ ea. Et ait. Non. Ne forte colligentes zizania: eradicetis simul cū eis & triticū. Sinite vtraq; crescere vsq; ad messem: & in tēpore messis: dicā messoribus. Colligite primū zizania: et alligate ea in fasciculos ad cōburendū: triticū autē congregate in horreum meum. ℭ redo. Offr. Dextera dñi fecit virtutem: dextera dñi exaltauit me. non moriar sed viuā & narrabo opera dñi. Secreta.

Hostias tibi domine placationis offerimus: vt et delicta nostra miseratus absoluas: et mentia cor⁊da tu dirigas. Per dñm. Cōio. Mirabantur omnes de his que procedebant de ore dei. Postcōio.

Quesumus omnipotens deus: vt illius salutaris capiamus effectum: cuius per hec mysteria pignus accepimus. Per dominum. ℭ Feria. iij. Scōm mattheum. xj.

In illo tēpore. Respondēs iesus dixit. Confiteor tibi pater dñe celi et terre: quia abscondisti hec a sapientibus & prudentib⁹: et reuelasti ea parvulis. Ita pater quoniā sic fuit placitū ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo nouit filiū nisi pater: neq; patrem quis nouit: nisi filius: & cui voluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis & oneratis estis et ego reficiam vos. Tollite iugum meū super vos & discite a me: quia mitis sum & humilis cor⁊de: et inuenietis requiē animab⁹ vestris.

Jugũ enim meũ suaue est: et onus meum leue. ℂSabbato ante. lxx. ad missam vel ad memoriã si missa non fiat de tempore. Oratio.

Conserua populũ tuum deꝰ: et nomini tuo fac deuotũ: vt diuinis subiectꝰ officijs: et temporalia viriliter agat: et eterna dona percipiat. Per dñm. Secreta.

Hãs: et renouet/et gubernet et protegat. Per dñm nrm. Postcõto.

Celestibus domine pasti delicijs: quesumus: vt semper eadem per que veraciter viuimus appetamus. Per dñm nostrũ iesum.

ℂDominica in. lxx. Introitus.

Circumdederunt me gemitus mortis: dolores inferni circumdederũt me: et in tribulatione mea inuocaui dñm: ℣ exaudiuit de tẽplo sancto suo vocem meã. ℟s. Diligam te dñe fortitudo mea: dñs firmamentũ meũ ℣ refugium meũ/et liberator meus. Gloria patri. Kyrie el. ℣. Non dicitur Gloria in excelsis. vsq; ad palcha: preterq; in die purificationis et annunciationis: ℣ in dioceli Leoñ. die beati Pauli. Oratio.

Preces populi tui qs dñe clementer exaudi. vt qui iuste pro peccatis nostris affligimur: pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per dñm. ℂMemo. sctõrũ si occurrat: ℣ de btã maria/si ãte purificationẽ fuerit. Ad corinthios. j. ix.

Fratres. Nescitis q̃ hi qui in stadio currunt/ omnes quidẽ currunt/sed vnus accipit brauium. Sic currite: vt cõprehendatis. Omnis enim qui in agone contẽdit: ab omnibus se abstinet. Et illi quidem vt corruptibilem coronã accipiant nos autem incorruptã. Ego igitur sic curro: nõ quasi in incertum. Sic pugno: non quasi aerem verberans Sed castigo corpus meũ: et in seruitutem redigo ne forte cum alijs predicauerim/ ipse reprobus efficiar. Nolo enim vos ignorare fratres: quoniã patres nostri omnes sub nube fuerunt: et omues mare transierunt: et omnes in moyse baptizati sunt in nube et in mari. Et omnes eãdem escam spiritalem manducauerunt et omnes eũdem potum spiritalem biberunt. Bibebant autem de spirituali: consequente eos petra. Petra autem/erat christus. ℟. Adiutor in oportunitatibus in tribulatione: sperent in te qui nouerunt te quoniam non derelinquis querẽtes te dñe. ℣. Quoniã non in finem obliuio erit pauperis patientia pauperũ non peribit in eternum: exurge dñe non preualeat homo. Tractus.

De profundis clamaui ad te domine: dñe exaudi vocem meã. ℣. Fiant aures tue intendentes: in orationem serui tui. ℣. Si iniquitates obseruaueris dñe: dñe quis sustinebit. ℣. Quia apud te propitiatio est ℣ propter legẽ tuã sustinui te dñe. ℂPer ebdomadam non dicitur tractus: et sic deinceps.

ℂSecundum Mattheum xx.

In illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis parabolã hanc. Simile est regnũ celorum homini patrifamilias: qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suã. Conuentione autẽ facta cũ operarijs ex denario diurno: misit eos in vineã suã. Et egressus circa horã tertiã: vidit alios stãtes in foro ocios: ℣ illis dixit. Ite ℣ vos in vineã meam: ℣ quod iustũ fuerit dabo vobis. Illi autẽ abierũt. Iterũ autem exijt circa sextã ℣ nonã horã: et fecit similiter. Circa vndecimã vero exijt ℣ inuenit alios stantes: et dixit illis Quid hic statis tota die ociosi? Dicunt ei. Quia nemo nos conduxit. Dixit illis. Ite et vos in vineã meam. Cum sero autẽ factũ esset: dixit dominꝰ vinee procuratori suo. Voca operarios: ℣ redde illis mercedem/ incipiens a nouissimis vsq; ad primos. Cum venissent ergo qui circa vndecimã horam venerant: acceperunt singulos denarios. Uenientes autẽ ℣ primi: arbitrati sunt q̃ plus essent accepturi. Acceperunt autem et ipsi singulos denarios. Et accipientes/murmurabãt aduersus patrẽfamilias dicentes. Hi nouissimi vna hora fecerunt: ℣ pares illos nobis fecisti: qui portauimus pondus diei et estus? At ille respondens vni eorum dixit. Amice: non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario cõueniisti mecum? Tolle quod tuũ est et vade. Volo autẽ et huic nouissimo dare/ sicut ℣ tibi. An non licet mihi quod volo facere? An oculus tuus neq; est quia ego bonꝰ sũ? Sic erunt nouissimi primi: et primi nouissimi Multi enim sunt vocati: pauci vero electi. ℂCredo. Offr. Bonũ est cõfiteri domino: ℣ psallere nomini tuo altissime. Secreta.

Muneribus nostris qs dñe precibusq; suscepti: et celestibꝰ nos munda mysterijs: et clementer exaudi. Per dñm. Cõio. Illumina facie tuã super seruũ tuum: ℣ saluũ me fac in tua misericordia: dñe non cõfũdar quoniã inuocaui te. Postcõ.

Fideles tui deus per tua donа firmentur: vt eadẽ et percipiendo requirant: et querendo sine fine percipiant. Per dominum.

ℂFeria. iij. Ad hebreos. iiij.

Fratres. Festinemus ingredi in illam requiem: vt ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum. Uiuus est enim sermo dei et efficax: et penetrabilior omni gladio ancipiti: et pertingens vsq; ad diuisionem anime ac spiritus compagum quoq; ac medularum: ℣ discretor cogitationum et intentionũ cordis. Et non est vlla creatura inuisibilis: in conspectu eius. Omnia enim nuda ℣ aperta sunt oculis eiꝰ ad quem nobis sermo. Habẽtes ergo pontificem magnũ qui penetrauit celos/iesum filiũ dei: teneamus spei nostre confessionẽ. Nõ enim habemus pontificẽ/qui non possit cõpati infirmitatibꝰ nostris. tentatũ autẽ per oia pro similitudine absq; peccato. Adeamus ergo cũ fiducia ad thronum gratie eiꝰ vt misericordiam consequamur: et gratiam inueniamꝰ in auxilio oportuno. Per iesum christum dominum nostrũ.

ℂSecundum Marcum. ix.

In illo tempore. Egressus iesus ibat per galileam: nec volebat quẽq; scire. Docebat autem discipulos suos: et dicebat illis. Quoniã filius hominis tradetur in manus hominũ: ℣ occident eũ. Et occisus tertia die resurget. At illi ignorabãt verbũ: ℣ timebãt eũ interrogare. Et venerunt capharnaũ. Cui cum domi essent: interrogabat eos. Quid in via tractabatis? At illi tacebant. Siquidẽ in via iter se disputauerant: quis illorum maior esset. Et residẽs vocauit duodecim et ait illis. Si quis vult primus esse: erit omnium nouissimus/ ℣ omnũ minister. Et accipiẽs puerum/statuit eũ in medio eorũ: quẽ cũ cõplexus esset/ait illis. Quisquis vnũ ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo me recipit. Et quicunq; me susceperit: nõ me suscipit: sed eũ q̃ misit me. ℂFeria. vj. Scõm Lucã. ix.

In illo tẽpore. Factũ est cũ cõplerentur dies assumptionis iesu: et ipse faciem suã firmauit/ vt iret in hierusalem. Et misit nũcios ante conspectum suũ: ℣ eũtes intrauerunt in ciuitatem samaritanorũ/ vt pararent illi. Et non receperunt

illum quia facies eius erat euntis hierusalem. Cum vidissent autem eum discipuli eius iacobus ⁊ iohãnes direrunt. Domine vis dicimus vt ignis descendat de celo / ⁊ consumat illos. Et cõuersus / increpauit illos dicens. Nescitis cuius spiritꝰ estis. Filius hominis nõ venit animas perdere: sed saluare. Et abierunt: in aliud castellum. ¶ Dominica in seragesima. Introitus.

Exurge quare obdormis dñe exurge ⁊ ne repellas in finẽ quare faciẽ tuam auertis obliuisceris tribulationẽ nostram: adhesit in terra venter noster: exurge dñe adiuua nos / et libera nos. ℣. Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annũciauerunt nobis. Gloria patri. Kyrie el. Nõ dicit Gloria in ex. Orem.

DEus qui cõspicis quia ex nulla nostra actione cõfidimus: concede propicius: vt contra aduersa omnia doctoris gentiũ protectione muniamur. Per dñm no. ¶ Hec lequens epla tota legat hac die tñ quãdo vero dicitur per ebdomadã / semp incipiat ad istã clausulã Damasci prepositus: ⁊ legatur usq; ad finem. Ad corinthios. ij. xj. et. xij.

FRatres. Libenter sufferetis insipientes: cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim: si quis vos in seruitutẽ redigit: si quis deuorat: si quis accipit: si quis extollitur: si qs in faciẽ vos cedit. Secundũ ignobilitatẽ dico: quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet. In insipientia dico: audeo ⁊ ego Hebrei sunt ⁊ ego. Israelite sunt: ⁊ ego. Semen abrahe sunt: ⁊ ego. Ministri christi sunt: et ego. Ut minus sapiens dico: plus ego. In laboribꝰ plurimis: in carceribus abundantiꝰ In plagis supra modum: in mortibus frequenter. A iudeis quinies quadragenas: vna minus accepi. Ter virgis cesus sum: semel lapidatus sum: ter naufragiũ feci. Nocte ⁊ die in profundũ maris fui. In itineribus sepe. Periculis fluminum periculis latronũ / periculis ex genere / periculis ex gentibus / periculis in ciuitate / periculis in solitudine / periculis in mari: periculis in falsis fratribus. In labore ⁊ erũna / in vigilijs multis. In fame ⁊ siti in ieunijs multis. In frigore ⁊ nuditate. Preter illa que extrinsecus sunt: instantia mea quotidiana: sollicitudo omniũ ecclesiarũ. Quis infirmatur et ego non infirmor? Quis scandalizatur: ⁊ ego non vror? Si gloriari oportet: que infirmitatis mee sunt gloriabor. Deus et pater dñi nostri iesu christi scit: qui est benedictus in secula: q̃ non mentior. Diuisio. Damasci prepositus gẽtis arethe regis / custodiebat ciuitatẽ damascenorum: vt me comprehenderet. Et per fenestrã i sporta dimissus sũ per murũ: et sic effugi manus eius. Si gloriari oportet: nõ expedit quidem. Uenia autem ad visiones: et reuelationes dñi. Scio hominem in christo ante annos quatuordecim. sine in corpore / sine extra corpꝰ: nescio: deꝰ scit: raptũ huiusmodi usq; ad tertium celũ. Et scio huiusmodi hominem sine in corpore / sine extra corpus / nescio deus scit: quoniã raptus est in paradisum: ⁊ audiuit archana verba: que nõ licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor / pro me autẽ nihil: nisi in infirmitatibꝰ meis. Nã ⁊ si uoluero gloriari: non ero insipiẽs. Ueritatẽ enim dicã. Parco autẽ: ne quis me existimet supra id quod videt in me: aut audit aliquid ex me. Et ne magnitudo reuelationũ extollat me: datus est mihi stimulus carnis mee / angelꝰ sathane q̃ me colaphizet. Propter quod

ter dominũ rogaui vt discederet a me: ⁊ dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea. Nam virtꝰ in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor / in infirmitatibꝰ meis: vt inhabitet in me: virtus christi. ℣. Sciãt gentes quoniam nomẽ tibi deus: tu solus altissimꝰ super omnẽ terrã. ℣. Deus meꝰ pone illos vt rotã: ⁊ sicut stipulã ante faciem vẽti. Tractus.

QOmmouisti dñe terrã et conturbasti eam. ℣. Sana contritiones eiꝰ / q̃a mota est. ℣. Ut fugiãt a facie arcus: vt liberẽtur electi tui. ¶ Secundum Lucam. viij.

IN illo tempore. Cum turba plurima cõueniret ad iesum: et de ciuitatibꝰ properarent ad eum dixit per similitudinem. Exijt qui seminat seminare semen suum. Et dum seminat: aliud cecidit secꝰ viã / ⁊ conculcatũ est: ⁊ volucres celi comederunt illud. Et aliud cecidit super petram / ⁊ natũ aruit: quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas: ⁊ simul exorte spine suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonã / ⁊ ortum fecit fructũ centuplũ. Hec dicens clamabat. Qui habet aures audiendi audiat. Interrogabãt autem eum discipuli eius: que esset hec parabola. Quibus ipse dixit. Uobis datũ est nosse mysteriũ regni dei: ceteris autem in parabolis: vt videntes / non videant: ⁊ audientes nõ intelligãt. Est autem hec parabola. Semẽ est verbum dei. Qui autem secꝰ viam: hi sunt qui audiunt: deinde venit diabolus ⁊ tollit verbũ de corde eorum: ne credẽtes salui fiant. Nam qui supra petrã: hi sunt qui cum audierint / cum gaudio suscipiũt verbum. Et hi radices nõ habent: quia ad tempus credũt / ⁊ in tẽpore tentationis recedunt. Quod autem in spinas cecidit: hi sunt q̃ audierunt / ⁊ a solicitudinibꝰ ⁊ diuitijs ⁊ voluptatibus vite euntes suffocãtur: et non referunt fructũ. Quod autẽ in bonam terram: hi sunt qui in corde bono ⁊ optimo audientes verbum retinent. Et fructum afferũt in patientia. ℣. credo. Offr. Perfice gressus meos in semitis tuis: vt nõ moueãtur uestigia mea: inclina aurem tuam et exaudi verba mea: mirifica misericordias tuas / qui saluos facis sperantes in te domine. Secreta.

OBlatum tibi dñe sacrificiũ viuificet nos sẽp ⁊ muniat. Pro. Cõio. Introibo ad altare dei: ad deum q̃ letificat iuuẽtutẽ meã Postcõ.

SUpplices te rogamꝰ omnipotens deus: vt quos tuis reficis sacramentis. tibi etiã placitis moribus dignanter deseruire concedas. Per dñm nostrũ. ¶ Feria. ij. Secundum Matthеum. xiij.

IN illo tempore. Congregate sũt ad iesum turbe multe: ita vt nauiculam ascẽdens sederet. Et omnis turba stabat in littore: ⁊ locutus est eis multa in parabolis / dicens. Ecce exijt qui seminat seminare. Et dum seminat / quedam ceciderunt secus viã: ⁊ venerũt volucres ⁊ comederunt ea. Alia autẽ ceciderunt in petrosa / vbi nõ habebãt terram multam: ⁊ continuo exorta sunt / quia nõ habebãt altitudinem terre. Sole autẽ orto estuauerũt: et quia non habebãt radicẽ aruerunt. Alia autẽ ceciderũt in spinas: ⁊ creuerũt spine / ⁊ suffocauerũt ea. Alia autẽ ceciderunt in terrã bonã / ⁊ dabant fructũ: aliud centesimũ / aliud sexagesimum / aliud tricesimum. Qui habet aures audiendi audiat. ¶ Feria. iij. Scõm Matthеũ. xiij.

IN illo tẽpore. Accedentes discipuli ad iesum: dixerunt ei. Quare in parabolis loqueris eis. Qui respondẽs: ait illis. Quia vobis datũ est nosse mysteriũ regni celorum: illis autẽ non est datũ. Qui

enim habet: dabitur ei ⁊ abūdabit. Qui autē nō habet: ⁊ quod habet: auferetur ab eo. Vos ergo audite parabolā seminātis. Omnis qui audit verbū regni / ⁊ nō intelligit: venit malꝰ / ⁊ rapit quod seminatū est in coꝛde eiꝰ: hic est qui secus viā seminatus est. Qui autē supꝛa petrosa seminatꝰ est: hic est q̄ verbum audit / ⁊ continuo cum gaudio suscipit illud. Non autē habet in se radicē: sed est tēpoꝛalis. Facta autē tribulatione ⁊ persecutione ꝓpter verbū: continuo scādalizatur. Qui autem est seminatus in spinis: hic est q̄ verbum dei audit: et solicitudo seculi istius ⁊ fallacia diuitiarū suffocat verbū: ⁊ sine fructu efficit. Qui vero in bonā terram seminatꝰ est: hic est qui audit verbum ⁊ intelligit: et fructū affert. Et facit quidem aliud centesimū / aliud autē sexagesimū / aliud vero tricesimū. ¶ Feria tiij. Ad hebꝛeos. xij.

Hatres. Recogitate dominū iesum christū: qui talē sustinuit a peccatoꝛibꝰ aduersus semetipsum contradictionē: vt ne fatigemini animis vestris deficientes. Nōdum enim vsq; ad sanguinē restitistis aduersus peccatū repugnātes: ⁊ obliti estis consolationis q̄ vobis tanq̄ filijs loquitur dicēs. Fili mi: noli negligere disciplinam dñi neq; fatigeris dū ab eo argueris. Quem enim diligit dñs: castigat. Flagellat autem omnē filium quē recipit. In disciplina perseuerate: tanq̄ filijs vobis se offert deꝰ. Quis enim filius: quē nō coꝛripit pater? Quod si extra disciplinam estis: cuiꝰ participes facti estis? Oēs ergo adulteri: ⁊ non filij estis. Deinde patres quidem carnis nostre habuimꝰ eruditoꝛes: et reuerebamur eos. Non multomagis obtemperabimus patri spirituum: et viuemus.

¶ Secundum Marcum. iiij.

In illo tempoꝛe. Cōgregata est ad iesum turba multa: ita vt in nauim ascēdēs sederet in mari. Et omnis turba circa mare super terram erat: ⁊ dicebat illis in parabolis multa: et docebat illis in doctrina sua. Audite. Ecce exijt seminans / ad seminādum. Et dū seminat: aliud cecidit circa viā / ⁊ venerūt volucres celi ⁊ comederūt illud. Aliud vero cecidit supꝛa petrosa vbi non habuit terrā multam: ⁊ statim exoꝛtū est: quoniam nō habebat altitudinem terre. Et quādo exoꝛtus est / sol exestuauit: ⁊ eo q̄ non habebat radicem / exaruit. Et aliud cecidit in spinas: et ascenderunt spine / et suffocauerunt illud et fructum non dedit. Et aliud cecidit in terrā bonam: ⁊ dabat fructū ascendētem et crescentem. Et afferebat / vnum triginta / ⁊ vnum sexagita / ⁊ vnum centum. Et dicebat. Qui habet aures audiēdi audiat. ¶ Feria quinta. Secundum Marcum. iiij.

In illo tempoꝛe. Interrogauerunt iesum discipuli eius qui cum eo erāt parabolam. Et dicebat eis. Vobis datū est nosse mysterium regni dei: illis autem qui foꝛis sunt / in parabolis oīa fiūt: vt videntes videant / ⁊ non videāt: ⁊ audientes audiant / ⁊ non intelligant: ne quando conuertātur / ⁊ dimittantur eis peccata. Et ait illis. Nescitis parabolam hāc? Et quomodo omnes parabolas cognoscetis? Qui seminat verbum seminat. Hi autem sunt qui circa viam vbi seminatur verbū ⁊ cum audierint confestim venit satanas / et aufert verbum quod seminatū est in coꝛdibus coꝛum. Et hi sunt similiter qui super petrosa seminantur: qui cum audierint verbum / statim cum gaudio accipiunt illud. Et non habēt radicē in se: sed tēpoꝛales sunt. Deinde oꝛta tribulatione ⁊ persecutione ꝓpter verbum: confestim scandalizantur. Et alij sunt qui in spinis seminantur: hi sunt qui verbum audiunt / ⁊ erūne seculi: ⁊ deceptio diuitiarum / et circa reliqua concupiscentie introeuntes: suffocant verbum: et sine fructu efficitur. Et hi sunt qui super terram bonam seminati sunt: qui audiunt verbum et suscipiunt / et fructificāt. Vnum triginta: ⁊ vnum sexagintа: ⁊ vnum centum. ¶ Feria sexta. Secundum Matthеum. xij.

In illo tempoꝛe. Dixit iesus phariseis. Qui non est mecū: contra me est. Et qui non cōgregat mecum: spargit. Ideo dico vobis: omne peccatū ⁊ blasphemia remittetur hominibꝰ: spiritus autē blasphemie non remittetur. Et quicūq; dixerit verbū contra filiū hominis: remittetur ei. Qui autē dixerit contra spiritū sanctum / nō remittetur ei: neq; in hoc seculo / neq; in futuro. Aut facite arboꝛē bonā / et fructum eius bonū: aut facite arboꝛē malā / ⁊ fructū eius malum. Siquidem ex fructu arboꝛ cognoscitur. Pꝛogenies viperatū quomodo potestis bona loqui cum sitis mali? Ex abundantia enim coꝛdis / os loq̄tur. Bonus homo de bono thesauro ꝓfert bona. Et malꝰ homo / de malo thesauro / pꝛofert mala. Dico autē vobis quoniam omne verbū otiosum quod locuti fuerint homines: reddent rationem de eo in die iudicij. Ex verbis enim tuis iustificaberis: et ex verbis tuis condemnaberis.

¶ Sabbato. Scōm Lucam. xvij.

In illo tēpoꝛe. Interrogatus iesus a phariseis: quando venit regnum dei. Respondit eis / et dixit. Nō veniet regnū dei cum obseruatione: neq; dicent / ecce hic / aut ecce illic. Ecce enim regnum dei intra vos est. Et ait ad discipulos suos. Venient dies quādo desideretis videre vnum diem filij hominis: et non videbitis. Et dicēt vobis. Ecce hic: ⁊ ecce illic. Nolite ire: neq; sectamini. Nam sicut fulgur choꝛuscās de sub celo / in ea que sub celo sunt fulget ita erit filius hominis in die sua. Pꝛimum autem opoꝛtet illum multa pati: ⁊ reꝓprobari a generatione hac. Et sicut factū est in diebus noe: ita erit in diebus filij hominis.

¶ Dominica in quinquagesima. Ad missam. Introitus.

Esto mihi in deum pꝛotectoꝛem: ⁊ in locum refugij vt saluum me facias quoniam firmamētum meum et refugium meum es tu: et pꝛopter nomen tuum dux mihi eris et enutries me. ℣. In te domine speraui non confundar in eternum: in iustitia tua libera me. Glozia patri. Kyrie eleyson. Oratio.

Preces nostras quesumꝰ domine clemēter exaudi atq; a peccatoꝛum vinculis absolutos: ab omni nos aduersitate custodi. ℣ w.

¶ Ad coꝛinthios. pꝛime. xiij.

Hatres. Si liguis hominum loquar et angeloꝛum: charitatem autem non habeam: factus sum velut es sonās / aut cymbalū tinniens. Et si habuero pꝛophetiam: ⁊ nouerim mysteria omnia: et omnem scientiam: ⁊ si habuero omnem fidem ita vt montes transferam: charitatem autē nō habeam / nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas: ⁊ si tradidero coꝛpus meum ita vt ardeam: charitatem autem non habuero: nihil mihi pꝛodest. Charitas patiens est: benigna est. Charitas non emulatur: non agit perperam. Non inflatur: nō est ambitiosa: non querit que sua sunt. Non irritatur: non cogitat malum

MIserere nostri dñe deus oīm ⁊ respice nos ⁊ ostende nobis lucem miserationū tuarū. Et immitte timorē tuū super gētes q̄ non exquisierūt te:vt cognoscant q̄ non est deus nisi tu:vt enarrent magnalia tua. Allena manū tuam super gentes alienas:vt videāt potētiam tuam. Sicut enim in cōspectu eorū sanctificatus es in nobis:sic in conspectu nostro magnificaberis i eis: vt cognoscāt te sicut ⁊ nos agnouimus:quia non est deus ꝓter te dñe. Innoua signa:⁊ immuta mirabilia. Glorifica manū ⁊ brachiū dextrū. Excita furorē:⁊ effunde irā. Extolle aduersarium:et afflige inimicū. Festina tēpus:⁊ memento finis/vt enarrent mirabilia tua. Dñe deus noster. ℣. Saluū fac populū tuum dñe:⁊ benedic hereditati tue. ℟. Ad te dñe clamabo: deus meꝰ ne sileas a me:⁊ ero similis descēdētibꝰ in lacū. Sine. Dominꝰ vobiscū. Oremꝰ. Flectamus genua/leuate. Oratio.

PRoces populi tui quesumus domine clementer exaudi:vt qui iuste ꝓ peccatis nostris affligimur ꝓ tui nominis gloria/misericorditer liberemur. Per domi. Epistola. Angelus dñi. Quere supra in aduentu. fol. v. Tractus.

BEnedictꝰ es in firmamēto celi: ⁊ laudabilis ⁊ gloriosus i scl̄a. ℣. Benedicite oīa opa dñi dño:benedicite celi dño. ℟. Benedicite angeli dñi dño: hymnū dicite ⁊ superexaltate eū in scl̄a. ℣. Benedicite anania azaria misael dño:hymnū dicite et superexaltate eū in scl̄a. Hic sacerdos vertit se dicēs. Dñs vobiscum. Oremꝰ. Nō dꝫ Flectamꝰ genu. Ora.

DEus qui tribus pueris mittigasti flammas iguium: cõcede propicius/vt nos famulos tuos non exurat flãma viciorũ. ℣ dñm.

℣ Ad thessalonicenses. prime. v.

HFratres. Rogamus vos corripite inquietos/ cõsolamini pusillanimes/suscipite infirmos patientes estote ad omnes. Videte ne quis malum ꝓ malo alicui reddat: sed semp quod bonum est sectamini in inuicẽ ⁊ in oẽs. Semper gaudete sine intermissione orate: in omnib⁹ gratias agite. Hec est enim voluntas dei in christo iesu: in omnib⁹ vobis. Spiritũ nolite extinguere: prophetias nolite spernere. Omnia autẽ probate: quod bonũ est tenete: ab omni specie mala abstinete vos. Ipse aũt de⁹ pacis sanctificet vos per oia: vt integer spũs vester/ ⁊ aia et corpus sine querela in die aduẽtus dñi nri iesu xpi/ seruetur. ℣ Tractus.

LAudate dñm omnes gentes: ⁊ collaudate eũ omnes populi. ℣. Quoniã cõfirmata est sup nos misericordia ei⁹: ⁊ veritas dñi manet in eternũ. ℣ Scõm matthẽũ. xvij.

INillo tempore. Assumpsit iesus petrũ/ ⁊ iacobũ/ et iohãnẽ fratrẽ eius: ⁊ duxit illos in mõtem excelsum seorsum. Et transfiguratꝰ est ante eos. Et resplẽduit facies ei⁹ sicut sol: vestimẽta autẽ eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuẽrũt eis moyses ⁊ helyas: cum eo loquentes. Respondens autẽ petrus/ dixit ad iesum. Dñe/ bonum est nos hic esse: si vis faciamus hic tria tabernacula. Tibi vnũ/ moysi vnũ/ ⁊ helye vnũ. Adhuc eo loquente: ecce nubes lucida obũbrauit eos. Et ecce vox de nube dicens. Hic est filius me⁹ dilectus: in quo mihi bene cõplacui ipsum audite. Et audientes discipuli: ceciderũt in facie suã et timuerunt valde. Et accessit iesus et tetigit eos: dixitq; illis. Surgite et nolite timere. Leuantes autẽ oculos suos/ neminẽ viderunt nisi solũ iesum. Et descendentib⁹ illis de mõte: precepit illis iesus dicẽs. Nemini dixeritis visionem: donec filius hominis a mortuis resurgat. ℣ Offr. Dñe deus salutis mee/ in die clamaui et nocte coram te: intret oratio mea in conspectu tuo dñe. ℣ Secreta.

PReseutibus sacrificijs domine ieiunia nostra sãctifica: vt quod obseruãtia nra extrinsec⁹ ꝓtetur/ intrinsecus operetur. ℣ dñm. ℣ Prefatio. Qui corpali. ℣ Cõio. Dñe deus meus in te speraui: libera me ab omnibus persequẽtibus me ⁊ eripe me. ℣ Postcõmunio.

SAnctificationibus tuis omnipotens deus: ⁊ vicia nostra curentur/ et remedia nobis eterna proueniant. Per dominũ nostrũ. ℣ Non dicetur. Humiliate capita. Orem⁹.

AB omnib⁹ nos quesumus domine peccatis propiciat⁹ absolue: vt percepta venia peccatorũ: liberis tibi mẽtib⁹ seruiamus. Per. ℣ Dominica.ij.xl. Introitus.

REminiscere miserationũ tuarum domine: ⁊ misericordie tue que a seculo sũt: ne vnq; dominẽtur nobis inimici nostri libera nos de⁹ israel ex omnib⁹ angustijs nostris. ℣. Ad te dñe leuaui aniã meã: deus me⁹ in te confido non erubescam. Gloria patri. Kyrie eleyson. Oremus.

DEus qui conspicis omni nos virtute destitui: interius exteriusq; custodi vt ab omnib⁹ aduersitatibus muniamur in corpore: et a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per dñm nostrum iesum. ℣ Ad thessalonicenses. prime. iij.

HFratres. Rogamus vos ⁊ obsecram⁹ in dño iesu: vt quẽad modũ accepistis a nobis/ quomodo

oporteat vos ambulare et placere deo/ sic ambuletis: vt abũdetis magis. Scitis enim que precepta dederim vobis: ꝓ dñm iesum. Hec est enim voluntas dei sanctificatio vestra: vt abstineatis vos a fornicatione. vt sciat vnusquisq; vestrũ suũ vas possidere in sanctificatione et honore. Non in passione desiderij: sicut ⁊ gẽtes que ignorãt deũ. Et ne quis supgrediatur neq; circũueniat in negocio fratrẽ suũ quoniã vindex est dñs de oibus his: sicut predixim⁹ vobis ⁊ testificati sumus. Nõ enim vocauit nos de⁹ in immũditiã: sed in sanctificatione. In christo iesu domino nostro. ℣ Tractus.

DE necessitatib⁹ meis eripe me domine: vide humilitatẽ meã ⁊ laborẽ meũ/ ⁊ dimitte omnia peccata mea. ℣. Ad te dñe leuaui animam meã: de⁹ me⁹ in te cõfido nõ erubescã: neq; irrideant me inimici mei. ℣. Et eñ vniuersi q̃ te expectãt nõ cõfundẽtur cõfundantur oẽs faciẽtes vana. Reiterat ꝓim⁹ ℣⁹. ℣ Tractus.

QOnfitemini dño quoniã bonꝰ quoniã in seculũ mia eius. ℣. Quis loquet potẽtias dñi: auditas faciet oẽs laudes eius. ℣. Beati qui custodiunt iudiciũ: et faciũt iustitiã in omni tempore. ℣. Memẽto nostri dñe in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo. ℣ Non reiteratur. ℣ Secundum Marcum. ir.

INillo tempore. Post dies sex assumpsit iesus petrũ/ ⁊ iacobum/ et iohannem: ⁊ duxit illos in montẽ excelsum solos ⁊ trãsfiguratus est coram ipsis. Et vestimenta ei⁹ facta sunt splendẽtia/ et candida nimis velut nix: qualia fullo non potest super terram candida facere. Et apparuit illis helyas cum moyse: ⁊ erant loquentes cum iesu. Et respõdens petrus ait iesu. Rabbi: bonũ est nos hic esse. Et faciamus tria tabernacula. Tibi vnum: moysi vnum/ et helye vnum. Non enim sciebat quid diceret. Erant enim timore exterriti. Et facta est nubes obumbrans eos: et venit vox de nube dicens. Hic est filius meus charissimus audite illum. Et statim circũspicientes: neminẽ amplius viderũt nisi iesum tantum secum. Et descẽdentibus illis de monte/ precepit illis ne cuiq; quod vidissent narrarẽt nisi cum filius hominis a mortuis resurrexerit. ℣ Credo. ℣ Offr. Meditabor in mandatis tuis que dilexi valde: ⁊ leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi. ℣ Secreta.

SAcrificijs presentib⁹ q̃s dñe ita tẽde placatus: vt et deuotioni nostre proficiant et saluti. Per do. ℣ Cõio. Intellige clamorẽ meũ: intẽde voci orationis mee: rex me⁹ ⁊ de⁹ me⁹/ qm̃ ad te orabo dñe. ℣ Postcõio.

SUpplices te rogam⁹ omnipotẽs de⁹: vt quos tuis reficis sacramẽtis tibi etiã placitis moribus digñãter deseruire cõcedas. Per w. ℣ Fer.ij. post Reminiscere. Introi.

REdime me dñe ⁊ miserere mei. pes enim me⁹ stetit in via recta: in ecclesijs benedicã dñm. ℣. Judica me dñe quoniam ego i innocẽtia mea ingressus sum: ⁊ in dño sperans non infirmabor. Gloria patri ⁊ fi. Kyrie el. Orem⁹. Flectam⁹ genua le. ℣ Oratio

RElesta quesumus omnipotẽs de⁹: vt familia tua que se affligendo carne ab alimentis abstinet: lectando iustitiam a culpa teiunet. Per dñm nostrum iesum.

℣ Lectio danielis prophete. ir.

INdieb⁹ illis. Orauit daniel dicens. Domine deus noster qui eduxisti populum tuũ de terra egypti i manu forti: ⁊ fecisti tibi nomen secundũ diem hanc peccauim⁹ iniquitatẽ fecimus dñe in omnem

ꝰuſtitiã tuã. Auertatur obſecro ira tua ⁊ furoꝛ tuus a ciuitate tua hieruſalem: ⁊ a monte ſancto tuo. Ꝓꝛopter peccata enim noſtra/et iniquitates patrum noſtroꝝ: hieruſalẽ ⁊ populus tuꝰ in oppꝛobꝛiũ ſunt omnibus: per circuitum noſtrũ. Nunc ergo exaudi deus noſter oꝛationem ſerui tui/⁊ pꝛeces eiꝰ: ⁊ oſtẽde faciẽ tuã ſuper ſanctuariũ tuũ/quod deſertum eſt. Ꝓꝛopter temetipſum deꝰ meus inclina ad me aurem tuam: ⁊ audi: aperi oculos tuos/et vide deſolationẽ noſtrã: et ciuitatem ſuper quã inuocatũ eſt nomẽ tuum. Neq; enim in iuſtificationibꝰ noſtris pꝛoſternimus pꝛeces ante faciem tuam ſed in miſerationibus tuis multis. Exaudi dñe/placare dñe: attende ⁊ fac. Ne moꝛeris pꝛopter temetipſũ deus meus: quia nomen tuum inuocatum eſt ſuper ciuitatem: ⁊ ſup populũ tuum: domine deus noſter. ℣. Adiutoꝛ meus: et liberatoꝛ meus eſto domine ne tardaueris. ℟. Confundantur ⁊ reuereãtur inimici mei qui querũt animã meam. Tractus.

DOmine nõ ſecũdũ peccata noſtra q̃ fecimꝰ nos: neq; ſecũdũ iniquitates noſtras retribuas nobis ℣. Dñe ne memineris iniquitatũ noſtrarũ antiquarũ: cito anticipẽt nos miſe tue: quia pauperes facti ſumus nimis. ℟. Adiuua nos deꝰ ſalutaris noſter: ⁊ pꝛopter gloꝛiã nominis tui dñe libera nos ⁊ pꝛopitius eſto peccatis noſtris pꝛopter nomen tuum.

℣ Secundum Johannem. viij.

IN illo tẽpoꝛe. Dixit ieſus turbis iudeoꝛũ. Ego vado: ⁊ quꝛetis me: ⁊ in peccato veſtro moꝛiemini. Quo ego vado: vos nõ poteſtis venire. Dicebãt ergo iudei. Nũquid interficiet ſemetipſum: quia dicit quo ego vado: vos non poteſtis venire. Et dicebat eis ieſus. Vos de deoꝛſum eſtis: ego de ſupnis ſum. Vos de mũdo hoc eſtis: ego nõ ſum de hoc mũdo. Dixi ergo vobis: quia moꝛiemini i peccatis veſtris. Si eñ non crediderit quia ego ſum: moꝛiemini in peccato veſtro. Dicebant ergo ei. Tu quis es? Dixit eis ieſus Ꝓꝛincipiũ qui ⁊ loquoꝛ vobis. Multa habeo de vobis loqui/et iudicare. Sed qui miſit me verax eſt ⁊ ego que audiui ab eo/hec loquoꝛ in mũdo. Et non cognouerunt: quia patrem eius dicebat deum. Dixit ergo eis ieſus. Cum exaltaueritis filium hominis: tũc cognoſcetis quia ego ſum/⁊ a meipſo facio nihil: ſed ſicut docuit me pater hec loquoꝛ. Et qui me miſit/mecum eſt: et non reliquit me ſolum: quia ego que placita ſũt ei facio ſemp. Offr. Benedicã dñm qui tribuit mihi intellectũ: puidebã deũ in cõſpectu meo ſemp: qñ a dexꝛis eſt mihi ne cõmouear. Secreta.

HEc hoſtia dñe placationis et laudis tua nos pꝛopiciatione dignos efficiat. Ꝓer dñz. Ꝓꝛefatio. Qui coꝛpoꝛali. Cõio. Domine dominus noſter: ⁊ admirabile eſt nomẽ tuum in vniuerſa terra. Poſtcõio.

HEc nos cõmunio dñe purget a crimine: et celeſtis remedij faciat eſſe conſoꝛtes. Ꝓer dñm no. Super populum. Oꝛemus. Humiliate capita veſtra deo. Oꝛatio.

ADeſto ſupplicatiõibꝰ noſtris omꝑs deus ⁊ quibꝰ fiduciam ſperãde pietatis indulges: conſuete mie tribue benignꝰ effectũ. Ꝑ dñm.

℣ Fer.iij.poſt Reminiſcere. Intro.

TIbi dixit coꝛ meum queſiui vultũ tuũ: vultũ tuũ dñe requirã ne auertas faciẽ tuã a me. ℣. Dñs illuminatio mea: ⁊ ſalus mea quẽ timebo. Oꝛemꝰ. Flectamus genua le. Oto.

PErfice q̃s dñe benignꝰ in nobis obſeruãtie ſãcte ſubſidiũ: vt que te auctoꝛe facienda cognouimus te operante impleamꝰ. Ꝑer ð. Lectio libri regum. tertij. xvij.

IN diebus illis. Factus eſt ſermo dñi/ad helyã thelbyten dicens. Surge: ⁊ vade in ſareptam ſydonioꝛum: et manebis ibi. Ꝓꝛecepi enim ibi mulieri vidue vt paſcat te. Surrexit/ et abiit in ſareptã. Cũq; veniſſet ad poꝛtam ciuitatis: apparuit ei mulier vidua colligẽs ligna. Et vocauit eam dixitq; ei. Da mihi paululum aque in vaſe vt bibam. Cumq; illa pergeret vt afferret: clamauit poſt tergũ eius dicens. Affer mihi obſecro et bucellam panis: in manu tua. Que reſpõdit. Viuit dominus deus tuus: quia non habeo panem/niſi q̃tum pugillus capere poteſt farine in hydꝛia: ⁊ paululum olei i lechito. Ecce colligo duo ligna vt ingrediar et faciam illud mihi ⁊ filio meo: vt comedamꝰ/et moꝛiamur. Ad quã helyas ait. Noli timere: ſed vade/⁊ fac ſicut dixiſti. Verũ tamen michi pꝛimũ fac de ipſa farinula ſubcinericiũ panẽ paruulũ/et affer ad me: tibi autem ⁊ filio tuo facies poſtea. Hec autẽ dicit dñs deus iſrael. Hydꝛia farine nõ deficiet/nec lechitus olei minuetur: vſq; ad diẽ in qua daturus eſt dñs pluuiã ſuper faciẽ terre. Que abiit: et fecit iuxta verbum helye. Et comedit ipſe/⁊ illa: ⁊ domus eius tota. Et ex illa die hydꝛia farine nõ defecit: et lechitus olei non eſt imminutus: iuxta verbũ domini/quod locutus eſt: in manu helye. ℣. Jacta cogitatũ tuum in dño: ⁊ ipſe te enutriet. ℟. Dñe clamarem ad dñm exaudiuit vocẽ meã: ab his qui appꝛopinquant mihi.

℣ Secundum Mattheum. xxiij.

IN illo tẽpoꝛe Locutus eſt ieſus ad turbas ⁊ ad diſcipulos ſuos dicẽs. Super cathedꝛã moyſi ſederunt ſcribe: ⁊ phariſei. Omia ergo quecũq; dixerint vobis: ſeruate ⁊ facite ſecundũ vero opera eoꝛũ nolite facere. Dicunt enim ⁊ non faciunt. Alligant autẽ onera grauia et impoꝛtabilia: et imponũt in humeros hominum: digito autem ſuo nolũt ea mouere: Omia vero opera ſua faciũt/vt videãtur ab hominib⁹. Dilatãt enim philacteria ſua: ⁊ magnificant fimbꝛias. Amant aũt pꝛimos recubitus in cenis: ⁊ pꝛimas cathedꝛas in ſynagogis: ⁊ ſalutatiões in foꝛo: ⁊ vocari ab hominibus rabbi. Vos aũt nolite vocari rabbi. Unus eſt eñ magiſter veſter. Oẽs autem vos fratres eſtis Et patrẽ nolite vocare vobis ſup terrã. Unꝰ eſt enim pater veſter qui in celis eſt. Nec vocemini magiſtri: quia magiſter veſter vnꝰ eſt chriſtꝰ. Qui maioꝛ eſt veſtrũ/erit miniſter veſter. Qui aũt ſe exaltauerit: humiliabit. Et q̃ ſe humiliauerit exaltabitur. Offr. Miſere mihi dñe: ſecũdum magnã miam tuã dele iniquitatẽ meã. Secreta.

SAnctificationẽ tuam dñe nobis his myſterijs placatꝰ operare: que nos a terrenis purget vicijs: et ad celeſtia regna perducat. Ꝑer dñm. Ꝓꝛefatio. Qui coꝛpoꝛali. Cõio. Narrabo omia mirabilia tua: tetaboꝛ ⁊ exaltaboꝛ in te pſallam nomini tuo altiſſime. Poſtcõio.

UT ſacris dñe reddamur digni muneribus: fac nos queſumꝰ tuis obedire mandatis. Ꝑer dominum no. Super populum. Oꝛemꝰ. Humiliate capita veſtra deo. Oto.

PRopiciare dñe ſupplicationibus noſtris: ⁊ animarum noſtrarũ medere languoꝛibꝰ vt remiſſione percepta: in tua ſemp benedictione letemur. Ꝑer dñm. ℣ Feria quarta poſt Reminiſcere. Introit.

NE derelinquas me dominе deus meus/ne diſcedas a me. intende in adiutoꝛiũ meũ domine virtus ſalutis mee. ℣. Domine

ne in furore tuo arguas me:neq; in ira tua corripias me. Gloria patri. Kyrie eleyson. Orem⁹. Flectamus genua/leuate. Oratio.

POpulũ tuum quesum⁹ dñe ne ꝓcius respice:ꝫ quos ab escis carnalib⁹ precipis abstinere: a noxijs quoq; vitijs cessare cõcede. Per do. ℂ Lectio libri Hester. xiij.

IN diebus illis. Orauit hester ad dñm/dicens. Dñe deus rex omnipotẽs in dittione enim tua cũcta sunt posita:ꝫ nõ est qui possit resistere tue voluntati. Si decreueris saluare nos:continuo liberabimur. Tu enim domine fecisti celũ et terram:ꝫ quicquid celi ambitu continetur. Tu es dominꝰ omniũ:ꝫ non est q̃ resistat maiestati tue. Et nunc dñe rex deus abrahã/miserere ꝑpli tui:quia volunt nos inimici nostri perdere/et hereditatẽ tuam delere. Ne despicias partẽ tuam quã redemisti tibi de egypto:sed exaudi deprecationem nostram:ꝫ propicius esto sorti ꝫ funiculo tuo. Et cõuerte luctum nostrũ in gaudiũ:vt viuentes laudemus nomen tuum dñe. Et ne claudas ora canẽtium te dñe deus noster. ℣. Saluũ fac populum tuum dñe:ꝫ benedic hereditati tue. ℣. Ad te domine clamabo/deꝰ meus ne sileas a me:et ero similis descendentibus in lacum. Tractus.

DOmine nõ secũdũ peccata nostra q̃ fecim⁹ nos:neq; secũdũ iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Dñe ne memineris iniquitatũ nostrarum antiquarũ: cito anticipent nos misericordie tue: q̃a pauperes facti sum⁹ nimis. ℣. Adiuua nos deꝰ salutaris noster:ꝫ ꝓpter gloriã nominis tui dñe libera nos ꝫ ꝓpicius esto peccatis nr̃is ꝓpter nomen tuũ. ℂ Secundum Mattheum. rx.

IN illo tẽpore. Ascẽdens iesus hierosolymã: assumpsit duodecim discipulos suos secreto:ꝫ ait illis. Ecce ascendimus hierosolymã:ꝫ filius hominis tradetur principibus sacerdotum ꝫ scribis:ꝫ condemnabunt eum morte. Et tradent eum gentibus ad illudẽdum/ꝫ flagellandum/ꝫ crucifigendum:ꝫ tertia die resurget. Tunc accessit ad eum mater filiorum zebedei cum filijs suis:adorans ꝫ petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic vt sedeant hi duo filij mei: vnus ad dexteram tuam/ꝫ alius ad sinistram/in regno tuo. Respõdens autem iesus dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicẽ quem ego bibiturus sum? Dicũt ei. Possumus. Ait illis. Calicem quidem meum bibetis:sedere autẽ ad dexteram meam vel ad sinistram/non est meum dare vobis:sed quib⁹ paratum est a patre meo. Et audientes decem:indignati sunt de duob⁹ fratribus. Jesus autem vocauit eos ad se:et ait. Scitis quia principes gentium dominãtur eorum:et qui maiores sunt potestatem exercent in eos. Non ita erit inter vos. Sed quicunq; voluerit inter vos maior fieri:sit vester minister. Et qui voluerit inter vos primꝰ esse:erit vester seruus. Sicut filius hominis non venit ministrari:sed ministrare ꝫ dare animã suam redemptionem ꝓ multis. Offr. Ad te domine leuaui animã meã deus meꝰ in te confido non erubescã/neq; irrideant me inimici mei:etenim vniuersi qui te expectãt non cõfundẽtur. Secr.

HOstias dñe quas tibi offerim⁹ ꝓpicius respice:ꝫ ꝙ hec sancta cõmercia/vicula pcõrũ nr̃oꝝ absolue. ꝙ do. Prefatio. Qui corporali. Cõio. Justus dñs ꝫ iustitias dilexit equitatẽ vidit vultꝰ eius. Postcõio.

SUmptis dñe sacramentis:ad redẽptionis eterne quesumus proficiamus augmentum. Per do. Super populũ. Orem⁹. Humiliate

capita vestra deo. Oratio.

DEus innocentie restitutor et amator: dirige ad te tuorum corda seruorũ: vt spiritus tui feruore concepto:ꝫ in fide inueniãtur stabiles:ꝫ in opere efficaces. Per do.

℣ Fe.v.post Reminiscere. Introit.

DEus in adiutorium meũ intẽde: dñe ad adiuuandũ me festina: cõfundãtur ꝫ reuereãtur inimici mei qui querunt animã meã. ℣s. Auertãtur retrorsum ꝫ erubescãt: qui volũt mihi mala. Gl'ia pr̃i. Kyrie el'. Orem⁹. Flectamus genua/leuate. Oratio.

PResta q̃s dñe auxiliũ gratie tue: vt ieiunijs ꝫ orationibus conuenienter intenti: liberemur ab hostibus mentis ꝫ corporis. Per.

℣ Lectio hieremie prophete. xvij.

HEc dicit dñs deus. Maledictꝰ homo qui confidit in homine: et ponit carnẽ brachium suum:et a dño recedit cor eius. Erit enim quasi mirice in deserto:et nõ videbit cũ venerit bonum:sed habitabit in siccitate in deserto/in terra salsuginis et inhabitabili. Benedictus vir qui cõfidit in dño:ꝫ erit dñs fiducia eius. Et erit tanq̃ lignũ quod transplãtatur super aquas quod ad humorẽ mittit radices suas:et non timebit cum venerit estus. Et erit folium eius viride:ꝫ in tẽpore siccitatis nõ erit sollicitum/nec aliquãdo desinet facere fructũ. Prauũ est cor hominis et inscrutabile. Quis cognoscet illud? Ego dñs scrutans cor/et probãs renes:qui do vnicuiq; iuxta viã suã et iuxta fructum adinuentionũ suarum. Dicit dñs omnipotens. ℣. Propicius esto dñe peccatis nostris nequando dicant gentes vbi est deus eorum. ℣. Adiuua nos deꝰ salutaris noster:et propter honorem nominis tui domine libera nos.

℣ Secundum Lucam. xvj.

IN illo tẽpore. Dixit iesus turbis iudeorũ et phariseorũ/parabolã hanc. Homo quidã erat dives/ꝫ induebatur purpura et bysso et epulabatur quotidie splẽdide. Et erat quidã mendicus nomine lazarus:qui iacebat ad ianuã eius vlceribus plenus/ cupiens saturari de micis:que cadebant de mensa diuitis/et nemo illi dabat. Sed ꝫ canes veniebant:et lingebant vlcera eius. Factum est autẽ vt moreretur mẽdicus ꝫ portaretur ab angelis in sinu abrahe. Mortuus est autem ꝫ dives:et sepultus est in inferno. Eleuans autem oculos suos cum esset in tormentis vidit abrahã a longe/ et lazarum in sinu eius. Et ipse clamans dixit. Pater abrahã miserere mei:ꝫ mitte lazarũ vt intinguat extremũ digiti sui in aquam/vt refrigeret linguã meã:quia cruciorꝝ ī hac flãma. Et dixit illi abrahã. Fili recordare:quia recepisti bona in vita tua et lazarus similiter mala. Nũc autem hic consolatur: tu vero cruciaris. Et in his omnib⁹ inter nos et vos chaos magnũ firmatũ est vt hi qui volunt hinc transire ad vos nõ possint:neq; inde huc trãsmeare Et ait. Rogo ergo te pater vt mittas eum in domũ patris mei. Habeo enim quinq; fratres:vt testetur illis/ne ꝫ ipsi veniant in hunc locũ tormentorũ. Et ait illi abrahã. Habẽt moysen ꝫ prophetas:audiãt illos. At ille dixit. Nõ pater abrahã: sed si quis ex mortuis ierit ad eos: penitentiã agent. Ait autem illi. Si moysen et prophetas non audiunt: neq; si quis ex mortuis resurrexerit credent. Offr. Precatus est moyses in cõspectu dñi dei sui ꝫ dixit:peccatus est moyses ī cõspectu dñi dei sui ꝫ dixit:quare dñe iracsceris in populo tuo: pce ire anime tue memẽto abrahã/isaac/ꝫ iacob:q̃b⁹ iurasti dare

terrā fluentē lac et mel: et placatus factus est dñs de malignitate quam dixit facere populo suo. Secreta.

PRecentibus sacrificijs dñe ieiunia nostra sanctifica: vt qđ obseruātia nostra profitetur extrinsecus intrinsecus operetur. Per dominum nostrū. Prefatio. Qui cotpotali. Cōio. Qui manducat meam carnē: et bibit meū sanguinē/in me manet ⁊ ego in eo dicit dñs. Postcō.

GRatia tua quesumus nos dñe non derelinquat: que et sacre nos deditos faciat seruituti: et tuā nobis opē semp acquirat. Per do. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

ADesto dñe quesumus famulis tuis/et opem tuā largire poscentib⁹ vt his qui te auctore gloriantur: ⁊ congregata restaures: et restaurata conserues. Per dominū nostrum iesum christum. ¶ Feria sexta post Reminiscere. Introitus.

SEo autē cū iustitia apparebo in aspectu tuo satiabor dū manifestabit gloria tua ℣. Exaudi deus iustitiā meam: intende deprecationem meam. Gloria patri. Kyrie eleyson. Oremus. Flectam⁹ genua leuate. Oratio.

DAquesumus omnipotēs de⁹ vt sacro nos purificante ieiunio sinceris mentibus ad sancta vētura facias peruenire. Per dñm no. ¶ Lectio libri geneseos. xxxvij.

IN diebus illis. Dixit ioseph fratribus suis. Audite sōniū meum quod vidi. Putabā nos ligare manipulos in agro: ⁊ quasi consurgere manipulū meū et stare: vestrosq manipulos circūstantes/adorare manipulū meū. Responderunt fratres ei⁹. Nūquid rex noster eris: aut subijciemur ditioni tue? Hec ergo causa somniorū atq sermonum: inuidie ⁊ odij comitem ministrauit. Aliud quoq vidit sōniū: quod narrans fratribus ait. Vidi per somniū quasi solē/⁊ lunam/⁊ stellas undecim/adorare me. Quod cum patri suo et fratribus retulisset: increpauit eū pater suus ⁊ dixit. Quid sibi vult hoc somniū quod vidisti? Non ego ⁊ mater tua ⁊ fratres tui adorabimus te sup terrā? Inuidebāt igitur ei fratres sui pater vero rem tacitus cōsiderabat. Cūq fratres illi⁹ in pascendis gregibus patris/morarentur in sichē: dixit ad eū israel. Fratres tui pascunt greges in sichimis: veni mittā te ad eos. Quo respondente presto sum/ait. Vade/et vide si cūcta prospera sunt erga fratres tuos et pecora: et renuncia mihi quid agāt. Missus de valle ebron: venit in sichem. Inuenitq eum vir errātē in agro: et interrogauit quid quereret. At ille respondit. Fratres meos quero. Indica mihi/ vbi pascant greges. Dixitq ei vir. Recesserunt de loco isto. Audiui autē eos dicentes: eamus in dothaym. Perrexit itaq ioseph post fratres suos: ⁊ inuenit eos in dothaym. Qui cum vidissent eum procul: anteq accederet ad eos/cogitauerunt eum occidere: ⁊ mutuo loquebantur. Ecce somniator venit: venite occidamus eū/ et mittamus in cisternā veterē: dicemusq fera pessima deuorauit eum. Et tunc apparebit quid illi prosint somnia sua. Audiens autē hec rubē nitebatur liberare eū de manib⁹ eorum et dicebat. Non interficiamus animā eius/nec effundam⁹ sanguinem: sed proijcite eū in cisternā veterē que est in solitudine/manusq vestras seruate innocuas. Hoc autē dicebat: volens eripere eum de manibus eorum: et reddere patri suo. ℣. Ad dominum cum tribularer clamaui: et exaudiuit me. ℟. Domine libera animam meā a labijs iniquis: et a lingua dolosa.

Tractus.

DOmine non secūdum peccata nostra que fecim⁹ nos: neq secundū iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Dñe ne memineris iniquitatū nostrarū antiquarū: cito anticipent nos misericordie tue: quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos de⁹ salutaris noster ⁊ ppter gloriā nominis tui dñe libera nos ⁊ propicius esto peccatis nostris propter nomen tuū. ¶ Scōm matthēū. xxj.

IN illo tēpore. Dixit ihesus discipulis suis ⁊ turbis iudeorū parabolā hanc. Homo erat paterfamilias qui plantauit vineā: et sepē circundedit ei: ⁊ fodit in ea torcular et edificauit turrim: et locauit eā agricolis ⁊ peregre profectus est. Cū autem tempus fructuū appropinquasset: misit seruos suos ad agricolas vt acciperēt fructus ei⁹. Et agricole apprehensis seruis eius: alium ceciderunt/aliū occiderunt/aliū vero lapidauerunt. Iterū misit alios seruos plures prioribus. Et fecerūt illis similiter. Nouissime autē misit ad eos filium suum/dicens. Forsitan verebuntur filiū meum. Agricole autē videntes filiū: dixerūt intra se. Hic est heres/venite occidamus eū: ⁊ habebimus hereditatem eius. Et apprehēsum eū: eiecerunt extra vineā/⁊ occiderūt. Cum ergo venerit dñs vinee: quid faciet agricolis illis? Aiunt illi. Malos male perdet ⁊ vineam suam locabit alijs agricolis: qui reddent ei fructū temporibus suis. Dixit illis ihesus. Nūquid legistis in scripturis: lapidem quem reprobauerunt edificātes: hic factus est in caput anguli? A domino factum est istud: ⁊ est mirabile in oculis nostris? Ideo dico vobis: qđ auferetur a vobis regnū dei: et dabitur genti facienti fructus ei⁹. Et qui ceciderit super lapidem istū: cōfringetur. Super quē vero ceciderit conteret eum. Et cū audissent principes sacerdotū et pharisei parabolas eius: cognouerunt q de ipsis diceret. Et querentes eum tenere/timuerunt turbas: quoniā sicut prophetā eum habebant. Offr. Dñe in auxilium meū respice confundantur ⁊ reuereantur qui querunt animam meā vt auferant eam. Secreta.

HEc in nobis sacrificia deus et sanctificatione permaneāt: et actione firmētur. ℣ dñm. Prefatio. Qui cotpotali. Cōio. Tu dñe seruabis nos: ⁊ custodies nos a generatione hac in eternum. Postcōio.

HAc nos q̄s domine accepto pignore salutis ad amorē vite eterne sic tendere cōgruenter: vt ad eā puenire possim⁹. ℣ dñ. Sup ppīm Humiliate capita vestra deo. Ofo.

DA q̄s dñe populo tuo salutem mentis et corporis: vt bonis operibus inherēdo: tue semp virtutis mereāt protectione defendi. ℣ dō. ¶ Sab. post Reminiscere. Introi.

EX dñi treprehensibilis cōuertēs animas testimoniū dñi fidele/sapientiā prestans parvulis. ℣. Celi enarrāt gloriā dei: ⁊ opera manuū eius annunciat firmamentū. Gloria patri. Kyrie el. Oremus. Flectam⁹ genua/leuate. Oratio.

DA q̄s dñe nris effectū ieiunijs salutarē: vt castigatio carnis assūpta: ad nrarū vegetationē trāseat aiarū. ℣ dō. Lcō libri geñ. xxvij

IN diebus illis. Dixit rebecca filio suo iacob. Audiui patrē tuū loquentē cū esau fratre tuo ⁊ dicentē ei. Affer mihi de venatiōe tua et fac cibos: vt comedā/et benedicā tibi coram dño antēq moriar. Nūc ergo fili mi acquiesce cōsilijs meis: et pgēs ad gregē/affer mihi duos hedos optimos vt faciā ex eis escas pīt

tuo/quibus libēter vescitur. Quas cū intuleris/ꝫ comederit:benedicat tibi/priusq̄ moriar. Cui ille respondit. Nosti q̄ esau frater meꝰ homo pilosus sit:ꝫ ego lenis. Si attrectauerit me pater meus/et senserit:timeo ne putet me sibi voluisse illudere:ꝫ inducat sup me maledictionem ꝓ benedictiōe. Ad quē mater. In me sit ait ista maledictio fili mi. Tantū audi vocem meā:et pergēs affer que dixi. Abijt/ꝫ attulit:dedit q̄ matri. Parauit illa cibos sicut velle nouerat patrē illiꝰ:ꝫ vestibus esau valde bonis quas apud se habebat domi:induit eū. Pelliculasq̄ hedorum/circūdedit manibꝰ:ꝫ colli nuda proterit. Deditq̄ pulmētum: ꝫ panes quos coquerat tradidit. Quibus illatis:dixit. Pater mi. At ille respōdit. Audio. Quis es tu fili mi? Dixitq̄ iacob. Ego sum primogenitus tuus esau:feci tibi sicut precepisti mihi. Surge sede/ꝫ comede de venatione mea:vt benedicat mihi anima tua. Rursūq̄ isaac ad filium suum. Quomodo inq̄t tam cito inuenire potuisti fili mi? Qui respondit. Voluntas dei fuit:vt cito occurreret mihi quod volebam. Dixitq̄ isaac. Accede huc vt tāgā te fili mi: et ꝓbem vtrū tu sis filiꝰ meus esau an non. Accessit ille ad patrē:ꝫ palpato eo/dixit isaac. Vox quidē vox iacob est:sed manꝰ/manꝰ sunt esau Et nō cognouit eū:quia pilose manus similitudinē maioris exp̄esserant. Benedicens ergo illi/ait. Tu es filius meus esau. Respōdit. Ego sum. At ille. Affer inquit mihi cibos de venatione tua fili mi:vt benedicat tibi anima mea. Quos cū oblatos comedisset obtulit ei etiā vinū. Quo hausto:dixit ad eū. Accede ad me:ꝫ da mihi osculū fili mi. Accessit et osculatꝰ est eū. Statimq̄ vt sensit vestimētorum eiꝰ fragrantiam: benedicens illi ait. Ecce odor filij mei: sicut odor agri pleni/cui benedixit dñs. Det tibi deus de rore celi/ ꝫ de pinguedine terre:abūdantiam frumēti/vini/ꝫ olei:ꝫ seruiant tibi populi/ꝫ adorēt te tribus. Esto dñs fratrum tuorū:ꝫ incuruētur ante te filij matris tue. Qui maledixerit tibi/sit ille maledictꝰ. Et qui benedixerit tibi/benedictionibꝰ repleatur. Dixit isaac sermonem impleuerat:et egresso iacob foras/venit esau:coctoq̄ de venatiōe cibos/intulit patri dicens. Surge pater mi/ꝫ comede de venatione filij tui:vt benedicat mihi aia tua. Dixitq̄ illi isaac. Quis enim es tu? Qui respondit. Ego sum filiꝰ tuus primogenitus esau. Expauit isaac stupore vehementi:ꝫ vltra q̄ credi potest admirans ait. Quis igitur ille est:q̄ dudum captā venationē attulit mihi/ ꝫ comedi ex omnibꝰ priusq̄ tu venires? Benedixiq̄ ei/et erit benedictꝰ. Auditis esau sermonibꝰ patris/irrugijt clamore magno:ꝫ cōsternatꝰ ait. Benedic etiā et mihi pater mi. Qui ait. Venit germanꝰ tuus fraudulēter:ꝫ accepit benedictionē tuā. At ille subiunxit. Juste vocatū est nomen eius iacob. Supplantauit enim me/en altera vice. Primogenita mea ante tulit:ꝫ nunc secundo surripuit benedictionē meam. Rursumq̄ ad patrē. Nunquid nō reseruasti ait ꝫ mihi benedictionē? Respondit isaac. Dominū tuum illum constitui:ꝫ omnes fratres suos seruituti eiꝰ subiugaui. Frumento/et vino/ꝫ oleo stabiliui eū:ꝫ tibi post hec fili mi/vltra quid faciam? Cui esau. Num tātum vnā inquit benedictionē habes pater? Mihi quoq̄ obsecro vt benedicas. Cuiq̄ eiulatu magno fleret:motus isaac dixit ad eum. In pinguedine terre/ꝫ in rore celi desuper:erit benedictio tua. ℣. Bonum est confiteri dño:ꝫ psallere nomini tuo altissime. ℟. Ad annunciandū mane miam tuā:ꝫ veritatem tuā per noctē.

¶ Scōm Lucam xv.

In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis: parabolā hanc. Homo quidā habuit duos filios/et dixit adolescētior ex illis patri. Pater:da mihi portionē substātie/que me contingit. Et diuisit illi substantiā. Et nō post multos dies: cōgregatis omnibꝰ/adolescentior filius peregre profectꝰ est in regionē longinquā:et ibi dissipauit substantiā suā viuēdo luxuriose. Et postq̄ oia cōsummasset: facta est fames valida in regione illa. Et ipse cepit egere. Et abijt:ꝫ adhesit vni ciuium regionis illius:ꝫ misit illū in villam suā: vt pasceret porcos. Et cupiebat implere ventrē suū de siliquis quas porci manducabant:ꝫ nemo illi dabat. Ipse autē in se reuersus/dixit. Quanti mercēnarij in domo patris mei abundant panibus:ego autem hic fame pereo? Surgam:et ibo ad patrem meū:ꝫ dicā illi. Pater/peccaui in celum ꝫ coram te: iam nō sum dignus vocari filiꝰ tuus/fac me sicut vnum de mercennarijs tuis. Et surgens:venit ad patrē suū. Cum aūt adhuc longe esset:vidit illum pater ipsius:et misericordia motꝰ est. Et accurrens cecidit super collum eius et osculatus est eum. Dixitq̄ ei filiꝰ Pater peccaui in celum ꝫ coram te. Jam non sum dignus vocari filius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos. Cito proferte stolam primā:ꝫ induite illum:et date anulū in manu eius:ꝫ calciamenta in pedes eiꝰ. Et adducite vitulum saginatum:ꝫ occidite:et manducemus et epulemur: quia hic filius meus mortuus erat/ꝫ reuixit: perierat/ꝫ inuentus est. Et ceperunt epulari. Erat autē filius eius senior in agro. Et cum veniret et approximaret domui: audiuit symphoniā et chorum:ꝫ vocauit vnum de seruis:et interrogauit que hec essēt. Isq̄ dixit illi. Frater tuus venit:et occidit pater tuus vitulū saginatū: quia salvū illum recepit. Indignatus est autē:et nolebat introire. Pater ergo illiꝰ egressus cepit rogare illum. Et ille respō dēs:dixit patri suo. Ecce tot annis seruio tibi:et nunq̄ mandatum tuū preteriui:et nūq̄ dedisti mihi hedū: vt cum amicis meis epularer. Sed postq̄ filiꝰ tuus hic:qui deuorauit substantiā suā cū meretricibꝰ/venit occidisti illi vitulū saginatū. At ipse dixit illi. Fili:tu semp mecū es/ꝫ oia mea tua sunt. Epulari autē et gaudere oportebat:quia frater tuꝰ hic mortuus fuerat/ꝫ reuixit:perierat/ꝫ inuentus est. Offr. Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiam in morte nequādo dicat inimicꝰ meus prevalui aduersus eum. Secreta.

His sacrificijs dñe cōcede placatus:vt qui propijs orāmꝰ absolui delictis: non grauemur externis. Pvo. Prefatio. Qui corpali Cōio. Oportet te fili gaudere:quia frater tuꝰ mortuꝰ fuerat/ꝫ reuixit: perierat/ꝫ inuentus est. Postcōio.

Sacramenti tui dñe diuina libatio penetralia cordis nostri infundat:et sui participes potenter efficiat. Per dominum nostrum ie. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Hamiliā tuā q̄s dñe continua pietate custodi:vt que in sola spe gratie celesti imititur:celesti etiā protectione muniatur. Per dñm.

¶ Dominica.iij.xl. Introitus.



Culi mei semper ad dñm quia ipse euellet de laqueo pedes meos. respice in me et miserere mei. quoniā vnicusꝫ pauper sum ego. ℣. Ad te dñe leuaui animā meā:deus meꝰ in te confido non erubescā. Gloria pa-

tri ꝫ filio. Kyrie eleyson. Oratio.

QUesumus ops deus/vota humiliū respice: atq; ad defensionē nostrā: dexterā tue maiestatis extende. Ꝑ dñm. ℂ Ad ephesios. v.

FRatres Estote imitatores dei sicut filij charissimi: et ambulate in dilectione: sicut et christus dilexit nos: et tradidit semetipsum pro nobis: oblationem et hostiam deo/in odorem suauitatis. Fornicatio autem ꝫ omnis immūdicia: aut auaricia/nec nominetur in vobis sicut decet sanctos. Aut turpitudo/aut stultiloquium: aut scurrilitas/que ad rem non pertinet: sed magis gratiarū actio. Hoc enim scitote: intelligētes q̄ omnis fornicator/aut immūdis/aut auarus/quod est idolorū seruitus: non habet hereditatē in regno christi ꝫ dei. Nemo vos seducat/inanib⁹ verbis. Propter hec enim venit ira dei in filios diffidentie. Nolite ergo effici participes eorū Eratis enim aliquādo tenebre nūc autē lux in dño: vt filij lucis ambulate. Fruct⁹ eni lucis est: in oi bonitate/ꝫ iustitia: ꝫ veritate. ℣. Exurge dñe nō ꝓualeat homo: iudicent gētes in cōspectu tuo. ℟. In cōuertē do inimicū meū retrorsū: infirmabūtur et pereant a facie tua. Tractus.

AD te leuaui oculos meos: qui habitas in celis. ℟. Ecce sicut oculi seruorū i manib⁹ dñorū suorū. ℣. Et sicut oculi ancille in manibus dñe sue. ℟. Ita oculi nostri ad dñm deū nostrū: donec misereatur nostri ℣. Miserere nobis dñe: miserere nobis. ℂ Secundum Lucam. xj.

IN illo tēpore. Erat iesus eiiciens demonium et illud erat mutum. Et cū eiecisset demonium: locutus est mutus/ꝫ admirate sunt turbe. Quidā autē ex eis dixerunt. In beelzebub principe demoniorū: eiicit demonia. Et alij tentātes: signum de celo querebant ab eo. Ipse autē vt vidit cogitationes eorū dixit eis. Omne regnū in seipsum diuisum/desolabitur: ꝫ domus supra domū cadet. Si autē ꝫ sathanas in seipsum diuisus est quomodo stabit regnū ipsi⁹ quia dicitis i beelzebub me eiicere demonia? Si autē ego in beelzebub eiicio demonia: filij vestri in quo eiiciūt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. Porro si in digito dei eiicio demonia: profecto peruenit in vos regnū dei. Cum fortis armat⁹ custodit atriū suum: in pace sunt ea que possidet. Si autē fortior eo superueniēs vicerit eum: vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat ꝫ spolia eius distribuet. Qui nō est mecum: contra me est. Et qui nō colligit mecum: dispergit. Cum immūdus spiritus exierit ab homine: ambulat per loca inaquosa: querēs requiem et non inueniens/dicit. Reuertar in domum meam vnde exiui. Et cum venerit inuenit eam scopis mundatā: ꝫ ornatā. Et tunc vadit/et assumit alios septem spiritus secum nequiores se: ꝫ ingressi habitāt ibi. Et fiunt nouissima hominis illius: peiora priorib⁹. Factū est autem cū hec diceret: extollens vocem quedā mulier de turba dixit illi Beatus venter qui te portauit: ꝫ vbera que suxisti. At ille dixit. Quinimmo. Beati qui audiūt verbū dei: ꝫ custodiunt illud. ℂ Credo. Offr. Justitie dñi recte letificātes corda: ꝫ dulciora super mel et fauum. nam et seruus tuus custodit ea. Secreta.

HEc hostia q̄s dñe emundet nostra delicta: et ad sacrificiū celebrandū/subditorū tibi corpora/mētes q̄ sāctificet. Ꝑ do. Cōio. Pascer inuenit sibi domū: ꝫ turtur nidū vbi reponat pullos suos: altaria tua dñe virtutū/rex me⁹ ꝫ deus me⁹ vt q̄ habitāt in domo tua dñe in scā. Secula seculorū laudabūt te. Postcō. CUctis nos domine reatibus

et periculis ppiciat⁹ absolue: quos tāti mysterij tribuis esse participes. Per dñm nostrum iesum. ℂ Feria ij.post Oculi. Introitus.

IN deo laudabo verbū: in dño laudabo sermonē: in deo speraui: nō timebo q̄d faciat michi homo. ℣. Miserere mei deus quoniā conculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me. Gloria ꝑri. Kyrie el. Ore⁹. Flectamus genua/leuate. Oratio.

AOrdinibus nostris domine quesumus gratiam tuā benign⁹ infunde: vt sicut ab escis carnalib⁹ abstinem⁹/ita quoq; sensus nostros a noxijs retraham⁹ excessibus. Per dñm. Lectio libri regum. quarti. v.

IN diebus illis. Naamā princeps militie regis syrie: erat vir magnus apud dñm suum/et honoratus. Per illum enim/dedit dñs salutē syrie. Erat aūt vir fortis ꝫ dives: sed leprosus. Porro de syria egressi fuerant latrūculi ꝫ captiuam duxerant de terra israel puellā parvulam/que erat in obsequio vxoris naamā. Que ait ad dominā suam. Vtinā fuisset dñs meus ad prophetā qui est in samaria: pfecto curasset eū a lepra quā habet. Ingressus est itaq; naaman ad dñm suum: et nunciauit ei dicēs. Sic et sic locuta est puella de terra israel. Dixitq; ei rex syrie. Vade: et mittā literas ad regē israel. Qui cū profectus esset: ꝫ tulisset secū decem talēta argenti/ꝫ sex milia aureos/et decem mutatoria vestimētorum detulit literas ad regē israel/in hec verba. Cū acceperis epistolā hāc: scito q̄ miseri ad te naaman seruum meum vt cures eum a lepra sua. Cumq; legisset rex israel literas: scidit vestimenta sua et ait. Nūquid deus ego sum: vt occidere possim et viuificare: quia iste misit ad me: vt curem hominē a lepra sua? Animaduertite et videte: quod occasiones querat aduersum me. Quod cū audisset helyseus vir dei/scidisse videlicet regem israel vestimenta sua: misit ad eum dicens. Quare scidisti vestimenta tua? Veniat ad me: et sciat prophetam esse in israel. Venit ergo naaman cum equis et curribus: et stetit ad hostiū domus helysei: misitq; ad eum helyseus nuncium/dicens. Vade/ꝫ lauare septies in iordane: et recipiet sanitatem caro tua/atq; mundaberis. Iratus naaman: recedebat dicens. Putabā q̄ egrederetur ad me: et stans invocaret nomē dñi dei sui: et tangeret manu sua locum lepre/ꝫ curaret me. Nunquid non meliores sunt abbana et pharphar/ fluuij damasci: omnibus aquis israel/vt lauer in eis et munder? Cū ergo vertisset se ꝫ abiret indignās: accesserunt ad eū serui sui: et locuti sunt ei. Pater/ꝫ si rē grandē tibi dixisset ppheta certe facere debueras. Quā tomagis quia nūc dixit tibi: lauare ꝫ mundaberis. Descendit itaq; ꝫ lauit in iordane septies iuxta sermonē viri dei. Et restituta est caro ei⁹/sicut caro pueri parvuli/ꝫ mundat⁹ est a lepra. Reuersusq; ad virum dei cum vniuerso comitatu suo: venit ꝫ stetit coram eo ꝫ ait. Vere scio q̄ nō sit deus alius in vniuersa terra/nisi tantum dominus deus israel. ℣. Deus vitam meam nunciaui tibi: posui lachrimas meas in conspectu tuo ℟. Miserere mei domine quoniā cōculcauit me homo tota die bellās tribulauit me. Tractus.

DOmine nō secūdū peccata nostra que fecimus nos: neq; secūdū iniquitates nostras retribuas nobis. ℟. Dñe ne memineris iniquitatū nostrarū antiquarū: cito anticipent nos miserico⁹die tue: quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua

nos deus salutaris noster: ℣propter gloriã nois tui dñe libera nos ℟ ppicius esto ptis nris ℣pter nomẽ tuũ.

℣Secundum Lucam. tiij.

IN illo tẽpore. Direrunt phariſei ad ihesum. Quanta audiuimus facta in capharnaum: fac et hic in patria tua. Ait autem. Amen dico vobis: quia nemo ℣pheta acceptus ẽſt in patria ſua. In veritate dico vobis: multe vidue erãt in diebus helye in iſrael: quãdo clauſum eſt celum annis trib⁹ ℟ mẽſib⁹ ſex: cũ facta eſſet fames magna in omni terra: ℟ ad nullã illarum miſſus eſt helyas: niſi in ſarepta ſydonie ad mulierem vidnam. Et multi leproſi erãt in iſrael ſub helyſeo pphpheta: ℟ nemo eorũ mundatus eſt niſi naaman ſyrus. Et repleti ſunt omnes in ſynagoga ira: hec audiẽtes. Et ſurrexerũt: ℟ eiecerunt illum extra ciuitatem. Et duxerũt illum vſq; ad ſupercilium montis: ſuper quem ciuitas illorũ erat edificata: vt precipitarent eum. Ipſe autem tranſiens per meditum illorũ ibat.

Offr. Exaudi deus oratiõnẽ meã: et ne deſpexeris deprecatiõnẽ meam: intẽde in me ℟ exaudi me. Secreta.

MUnus tibi domine noſtre ſeruitutis offerim⁹: vt ſalutare nobis perficiat ſacramẽtũ. Per do. Prefatio. Qui corporali ieiunio. Cõmunio Quis dabit ex ſyon ſalutare iſrael: cum auerterit dominus captiuitatẽ plebis ſue: exultabit iacob ℟ letabitur iſrael. Poſtcõio.

PRoſta queſum⁹ omnipotens ℟ miſericors deus: vt que ore cõtigim⁹ pura mẽte capiam⁹. Pd.

Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

SUbueniat nobis queſum⁹ domine miſericordia tua: vt ab imminẽtibus peccatorũ noſtrorum periculis: te mereamur protegente eripi: te liberante ſalnari. Per do.

℣Feria.iij.poſt Oculi. Introit⁹.

EGo clamaui quoniam exaudiſti me deus: inclina aurem tuam ℟ exaudi verba mea: cuſtodi me dñe vt pupillã oculi ſub vmbra alarũ tuarum protege me. ℣s. Exaudi dñe iuſtitiã meam: intẽde deprecatiõnẽ meam. Gloria patri. Kyrie eleyſon. Oremus. Flectam⁹ genua/le. Oro.

EXaudi nos omnipotẽs ℟ miſericors deus: ℟ cõtinẽte ſalutaris ꝓpici⁹ nobis dona cõcede. Pd.

℣Lectio libri regum. tiij. tiij.

IN dieb⁹ illis. Mulier quedã clamabat ad helyſeum pphetam dicens. Seruus tuus vir meus mortuus eſt: ℟ tu noſti quia ſeruus tuus fuit timẽs deum. Et ecce creditor venit vt tollat duos filios meos/ad ſeruiendum ſibi. Cui dixit helyſeus. Quid vis vt faciã tibi? Dic mihi: quid habes in domo tua? At illa reſpondit. Non habeo ancilla tua quicq̃ in domo mea: niſi parum olei quo vngar. Cui ait. Uade/℟ pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vaſa vacua non pauca: ℟ ingredere ℟ claude oſtium tuũ. Cũ intrinſec⁹ fueris tu ℟ filij tui: mitte inde in oĩa vaſa hec: ℟ cũ plena fuerint/tolles. Iuit itaq; mulier et clauſit oſtium ſuper ſe/℟ ſuper filios ſuos. Illi offerebant vaſa: et illa infundebat. Cũq; plena fuiſſent vaſa: dixit ad filium ſuum. Affer mihi adhuc vas. Et ille reſpondit. Non habeo. Stetitq; oleum. Venit autem illa: ℟ indicauit homini dei. Et ille. Uade inquit vende oleum: ℟ redde creditori tuo. Tu autem ℟ filij tui: viuite de reliquo. ℣. Ab occultis meis munda me domine: et ab alienis parce ſeruo tuo. ℟. Si mei non fuerint dominati tunc immaculatus ero: et emundabor a delicto maximo.

℣Secundum Mattheum. xviij.

IN illo tempore. Reſpiciẽs ieſus in diſcipulos ſuos dixit ſymoni petro. Si peccauerit in te frater tuus: vade ℟ corripe eũ inter te ℟ ipſum ſolũ. Si te audierit: lucratus eris fratrem tuum. Si autẽ nõ te audierit: adhibe adhuc vnũ tecum vel duos: vt in ore duorũ vel triũ teſtiũ ſtet omne verbũ. Quod ſi non audierit eos: dic eccleſie. Si autem eccleſiã nõ audierit: ſit tibi ſicut ethnic⁹ et publican⁹. Amen dico vobis: quecunq; alligaueritis ſuper terram/erunt ligata ℟ in celo. Et quecunq; ſolueritis ſuper terram: erunt ſoluta et in celo. Iterũ dico vobis: quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram/de omni re quãcunq; petierint: fiet illis a patre meo/qui in celis eſt. Ubi enim ſunt duo vel tres congregati in nomine meo: ibi ſum in medio eorum. Tunc accedens petrus ad eũ/dixit. Domine: quotiẽs peccabit in me frater meus: ℟ dimittam ei/vſq; ſepties? Dixit illi ieſus Non dico tibi vſq; ſepties: ſed vſq; ſeptuagies ſepties. Offr. Dextera dñi fecit virtutem: dextera domini exaltauit me. non moriar ſed viuam et narrabo opera domini. Secreta.

PEr hec veniat queſumus domine ſacramenta noſtre deuotionis effectus que nos et ab humanis ſemper retrahat exceſſibus: ℟ ad ſalutaria cuncta perducat. Per dominum noſtrũ ieſum chriſtum filiũ. Prefatio. Qui corporali. Cõio. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requieſcet in monte ſancto tuo. qui ingreditur ſine macula: et operatur iuſtitiam. Poſtcõio.

SAcrificijs domine expiati myſterijs: et veniam cõſequamur et gratiam. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum. Qui.

Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

DUa nos domine protectione defende: et ab omni ſemp iniquitate cuſtodi. Per dñm noſtrum.

℣Feria.iij.poſt Oculi. Introit⁹.

RAuoit⁹. GO autẽ in dño ſperaui: exultabo et letabor in tua miſericordia: quia reſpexiſti humilitatẽ meã. ℣s. In te dñe ſperaui non confundar in eternũ: in iuſtitia tua libera me et eripe me. Gloria pri. Kyrie eleyſon. Oremus. Flectam⁹ genua/le. Oro.

PRoſta nobis queſumus dñe: vt ſalutaribus ieiunijs erudi ti: a noxijs quoq; vicijs abſtinẽtes: propiciationem tuam facilius impetrem⁹. Pd. Lectio libri exodi. xx.

HEc dicit dñs deus. Honora patrem tuum/℟ matrẽ tuam: vt ſis longeuus ſuper terrã: quam dñs deus tuus dabit tibi. Non occides/non mechaberis/non furtũ facies/nõ loqueris cõtra primũ tuũ falſũ teſtimonium. Non concupiſces domum proximi tui: nec deſiderabis vxorem eius. Nõ ſeruũ/nõ ancillã: nõ bouẽ/non aſinũ/nec omnia que illius ſunt. Cũctus autem populus audiebat voces/et videbat lampades: et ſonitũ buccine/ montẽq; fumantẽ: et perterriti ac pauore concuſſi: ſteterũt procul dicẽtes moyſi. Loquere tu nobis ℟ audiemus. Nõ loquatur nobis dñs: ne forte moriamur. Et ait moyſes ad populũ. Nolite timere. Ut enim probaret vos venit deus: ℟ vt terror illius eſſet in vobis/℟ nõ peccaretis. Stetitq; populus de longe. Moyſes autem acceſſit ad caliginem in qua erat deus. Dixitq; preterea dominus ad moyſen. Hec dices filijs iſrael. Vos vidiſtis/q; de celo locutus ſum vobis. Non facietis deos argenteos: nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi ℟ offeretis ſu-

per illud olocausta & pacifica vestra Oues vestras & boues: in omni loco i quo memoria fuerit nominis mei. ℣. Miserere mihi dñe quoniã infirmus sum sana me dñe. ℟. Cõturbata sũt oĩa ossa mea & anima mea turbata est valde. Tractus.

DOmine nõ secũdũ peccata nostra q̃ fecim⁹ nos: neq; secũdũ iniquitates nostras retribuas nobis ℣. Dñe ne memineris iniq̃tatũ nostrarũ antiquarũ cito anticipẽt nos mĩe tue/quia pauperes facti sumus nimis. ℟. Adiuua nos de⁹ salutaris noster: et ꝓpter gloriã nominis tui dñe libera nos: et ꝓpiti⁹ esto peccatis nostris ꝓpter nomen tuum.

℣ Secundum ℳattheum. xv.

IN illo tẽpore. Accesserunt ad iesum ab hierosolymis scribe & pharisei: dicẽtes. Quare discipuli tui trãsgrediũtur traditiones seniorum. Nõ enim lauãt man⁹ suas: cũ panẽ manducãt. Ipse aũt respõdẽs ait illis. Quare & vos trãsgredimini mandatũ dei: ꝓpter traditionẽ vestrã? Nã de⁹ dixit. Honora patrẽ tuũ & matrẽ tuã. Et qui maledixerit patri vel matri: morte moriatur Vos aũt dicitis: quicũq; dixerit patri vel matri/mun⁹ quodcũq; est ex me tibi ꝓderit: & nõ honorificabit patrẽ suũ/aut matrẽ suam. Et irritum fecistis mãdatum dei: ꝓpter traditionem vestrã. Hypocrite: bene ꝓphetauit de vobis esaias dicẽs populus hic labijs me honorat: cor autem eorũ longe est a me. Sine causa autẽ colunt me: docentes doctrinas & mãdata hominum. Et cõuocatis ad se turbis: dixit eis. Audite et intelligite: non quod intrat in os/coinquinat hominẽ: sed quod ꝓcedit ex ore/hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes discipuli eius: dixerũt ei. Scis quia pharisei audito verbo hoc: scandalizati sũt. At ille respondẽs ait. Omnis plantatio quã non plantauit pater me⁹ celestis: eradicabitur. Sinite illos. Ceci sũt: & duces cecorũ. Cecus autem si ceco ducatum ꝓstet: ambo in foueã cadunt. Respondẽs autem petrus: dixit ei. Edissere nobis parabolam istam. At ille dixit. Adhuc et vos sine intellectu estis? Non intelligitis: quia omne quod in nos intrat/in vẽtrem vadit: & in secessum emittitur? Que autem ꝓcedũt de ore: de corde exũt/& ea coinquinant hominẽ? De corde enim exeunt cogitationes male: homicidia/adulteria/fornications/furta/falsa testimonia/blasphemie. Hec sunt que coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare: nõ coinquinat hominẽ. Offr. Dñe fac me cũ misericordiã tuã ꝓpter nomẽ tuũ q̃a suauis est misericordia tua. Secr.

SUscipe domine quesum⁹ ꝓces populi tui cum oblationibus hostiarum: et tua mysteria celebrantes/ab omnibus nos defende periculis. Per dominum. Prefatio. Qui corporali. Cõio. Notas mihi fecisti vias vite: adimplebis me letitia cum vultu tuo dñe. Postcõio.

SAnctificet nos quesumus dñe qua pasti sumus mẽsa celestis et a cunctis erroribus expiatos: supernis ꝑmissiõib⁹ reddat acceptos Per dñm. Super populũ. Oremus. Humiliate capita vestra deo. Dño.

ADuncede q̃s omps deus vt qui ꝓtectionis tue gratiam querimus: liberati a malis omnib⁹/secura tibi mẽte seruiamus. Pdñm.

℣ Feria. v. post Oculi. Introitus.

SAlus populi ego sũ dicit dñs de quacũq; tribulatione clamauerint ad me exaudiã eos: & ero illorũ dñs i perpetuũ. ℘s. Attẽdite populе meus legem meã: inclinate aurem vestram in verba oris mei. Gloria ꝑi. Kyrie eleyson. Oremus. Flectam⁹ genua/leuate. Oratio.

DAq̃s dñe rex eterne cũctorũ: vt sacro nos purificante ieiunio: sinceris quoq; mẽtibus ad tua sãcta ventura facias puenire. Pdo. ℣ Lectio hieremie ꝓphete. vij.

FRatres. Christ⁹ assistēs pontifex futurorū bonorum: per amplius et perfectius tabernaculū non manu factum/ id est non huius creationis: neq; per sanguinē hyrcorum/ aut vitulorū: sed per p̄prium sanguinē introiuit semel in sancta: eterna redēptione inuēta. Si enim sanguis hyrcorū aut taurorū: ⁊ cinis vitule asperſus/ inq̄natos sanctificat ad emūdationē carnis: q̄to magis sanguis christi qui per spiritum sanctū semetipsum obtulit immaculatū deo: emūdauit conscientiam nostrā ab operibus mortuis/ ad seruiendū deo viuēti. Et ideo noui testamēti mediator est: vt morte intercedente/ in redēptionem earum p̄uaricationū/ que erāt sub p̄mori testamento repromissionē accipiāt: qui vocati sunt eterne hereditatis. In christo ihesu: dño nostro. ℣. Eripe me dñe de inimicis meis doce me facere volūtatē tuam. ℟. Liberator meus dñe de gentib⁹ iracūdis: ab insurgētib⁹ in me exaltabis me/ a viro iniquo eripies me. Tractus.

SEpe expugnauerūt me a iuuētute mea. ℟. Dicat nūc israel: sepe expugnauerūt me a iuuentute mea. ℟. Etenim nō potuerunt mihi: supra dorsum meū fabricauerūt peccatores. ℟. Prolōgauerunt iniq̄tatē sibi: dñs iust⁹ concidet cervices peccatorum. Secūdū Johānē. viij.

IN illo tēpore. Dicebat ihesus turbis iudeorū/ ⁊ p̄ncipibus sacerdotum. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico: quare nō creditis mihi? Qui ex deo est: verba dei audit. Propterea vos non auditis: quia ex deo non estis. Respōderunt ergo iudei: ⁊ dixerūt ei. Nōne bene dicimus nos: quia samaritan⁹ es tu/ ⁊ demoniū habes? Respōdit ihesus. Ego demoniū non habeo: sed honorifico patrē meum/ ⁊ vos inhonoratis me. Ego autem non quero gloriā meam. Est q̄ q̄rat ⁊ iudicet. Amē amen dico vobis: si quis sermonē meū seruauerit: mortem non videbit in eternū. Dixerūt ergo iudei. Nūc cognouimus/ quia

demoniū habes. Abraham mortuus est/ ⁊ p̄phete: ⁊ tu dicis/ si q̄s sermonem meū seruauerit: mortē nō gustabit in eternū. Nunq̄d tu maior es patre nostro abraham: qui mortu⁹ est: ⁊ p̄phete mortui sunt? Quem te ipsum facis? Respōdit ihesus. Si ego glorifico meipsum: gloria mea nihil est. Est ⁊ pater me⁹ q̄ glorificat me: quē vos dicitis q̄a de⁹ noster est: ⁊ non cognouistis eū. Ego autē noui eum. Et si dixero quia nō scio eum: ero similis vobis mēdax. Sed scio eū: ⁊ sermonē ei⁹ seruo. Abraham pater vester exultauit vt videret diē meū: vidit ⁊ gauisus est. Dixerūt ergo iudei ad eū. Quinquagita annos nōdū habes: ⁊ abraham vidisti? Dixit eis ihesus. Amē amē dico vobis: antequā abraham fieret/ ego sum. Tulerunt ergo lapides: vt iacerēt in eū. Ihesus autem absc̄ondit se: ⁊ exiuit de templo. Credo. Offr. Cōfitebor tibi dñe in toto corde meo: retribue seruo tuo ⁊ viuā/ ⁊ custodiā sermōes tuos: viuifica me secūdum verbū tuum dñe. Hec munera q̄s dñe/ et Secta. vincula nostre prauitatis absolnāt: ⁊ tue nobis misericordie dona cōciliēt. Per dñ. Cōio. Hoc corp⁹ quod p vobis tradet: hic calix noui testamenti est in meo sanguine dicit dñs: hoc facite quotiēscūq; sumitis/ in meā cōmemorationē. Postcōio.

ADesto nobis dñe deus noster: ⁊ quos tuis mysterijs recreasti: ppetuis defende subsidijs. P dñ. Feria.ij. post Judica. Introit⁹.

MIserere mihi domine q̄m conculcauit me homo: tota die bellans tribulauit me. ℣. Cōculcauerūt me inimici mei tota die quoniā multi bellantes aduersum me. Sine Gria pa. Oremus. Flecta. genu. leua. Oro.

SAnctifica q̄s dñe nra ieiunia: et cūctarū nobis p̄ici⁹ indulgētiā largire culparū. P dñ. Memo. si occurrerit: alias nulla fiet: ⁊ tunc fcōa erit. Exaudi dñe q̄s supplicum. Ite fer. iij. in capite ieiunij. ko. xxij. ⁊ sic vsq; ad feriā. iiij. vltī. ebdo. icluſiue.

Lectio Jone prophete. iij.

IN diebus illis. Factū est verbū dñi ad ionā p̄phetā secūdo/ dicens. Surge: ⁊ vade in niniuē ciuitatē magnā: ⁊ p̄dica in ea p̄dicationem/ quā ego loquor ad te. Et surrexit ionas: ⁊ abijt in niniuē iuxta verbum dñi. Et niniue erat ciuitas magna: itinere dierū triū. Et cepit ionas introire ciuitatē/ itinere diei vnius. Et clamauit/ ⁊ dixit. Adhuc quadraginta dies/ ⁊ niniue subuertetur. Et crediderūt viri niniuite in dño: ⁊ p̄dicauerūt ieiunij/ ⁊ vestiti sūt saccis/ a maiore vsq; ad minorē. Et peruenit verbū ad regē niniue: ⁊ surrexit de solio suo: ⁊ abiecit vestimētū suū a se: ⁊ indut⁹ est sacco: ⁊ sedit in cinere. Et clamauit ⁊ dixit in niniue ex ore regis/ ⁊ p̄ncipum ei⁹ dicēs. Homines/ ⁊ iumēta/ ⁊ boues ⁊ pecora: nō gustēt q̄cq̄/ nec pascātur: ⁊ aquā nō bibāt. Et operiantur saccis homines: ⁊ iumenta clament ad dñm in fortitudine. Et cōuertat vir a via sua mala: et ab iniq̄tate q̄ est in manib⁹ eorū. Quis scit/ si cōuertatur ⁊ ignoscat de⁹: ⁊ reuertat a furore ire sue/ ⁊ nō peribim⁹? Et vidit deus opa eorū: q̄a cōuersi sūt de via sua mala. Et misert⁹ est p̄pō suo: dñs de⁹ noster. ℣. De⁹ exaudi oronē meā: auribus p̄cipe verba oris mei. ℟. Deus in nomine tuo saluū me fac: ⁊ in virtute tua iudica me. Tract⁹.

DOmine nō secūdū peccata nostra que fecimus nos: neq; secūdum iniq̄tates nostras retribuas nobis. ℟. Dñe ne memineris iniquitatū nostrarū antiquarū: cito anticipent nos misericordie tue: quia pauperes facti sumus nimis. ℟. Adiuua

nos dē salutaris nē: ⁊ ꝓpter gloziā nominis tui dñe libera nos: ⁊ ꝓpiti⁹ esto peccatis nostris ꝓpter nomen tuum. ℭSecundū iohannem. vij.

IN illo tēpoze. Miserunt ꝓnc̄ipes ⁊ pharisei ministros: vt appzehenderent ielum. Dixit ergo eis ielus. Adhuc modicū tēpus vobiscū sum et vado ad eum qui misit me. Queretis me/ et non inuenietis et vbi sum ego/ vos non potestis venire. Dixerunt ergo iudei ad semetipsos. Quo hic iturus: est: quia non inueniemus eum? Nunquid in dispersionē gentiū iturus est: ⁊ doctrus gentes? Quis est hic sermo quē dixit/ queretis me ⁊ non inuenietis me: et vbi sum ego/ vos non potestis venire? In nouissimo autē die magno festiuitatis: stabat ielus et clamabat dicens. Si quis sitit: veniat ad me/ ⁊ bibat. Qui credit i me sicut dicit scriptura: flumina de vētre eius fluent aque viue. Hoc autē dixit de spiritu quem accepturi erāt credētes in eū. Offr. Dñe cōuertere ⁊ eripe animā meā: saluū me fac ꝓpter misericozdiā tuā. Secreta.

ADncede nobis domine deus noster vt hec hostia salutaris et nostrozum fiat purgatio delictozum: et tue ꝓpiciatio manifestis. Per dñm nostrum ielum chzistum filiū tuum. Qui tecum viuit. Pzefatio. Qui cozpozali. Cōio. Dominus virtutū ipse est rex glozie. Postcōio.

SAcramenti tui quesumus domine participatio salutaris: et purificationem nobis pzebeat et medelam. Per dñm nostrum ielum. Super populum. Ozemus. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

DA quesumus domine populo tuo salutem mentis et cozporis: vt bonis operibus inherēdo: tua semper mereatur pzotectione defendi. Per dñm nostrum ielum chzistū. ℭFeria.iij.post Judica. Introit⁹.

EXpecta dñm viriliter age ⁊ cōfoztetur coz tuū: ⁊ sustine dominū. ℣s. Dñs illuminatio mea: ⁊ sal⁹ mea quē timebo. Sine Glozia patri ⁊ filio. Ozem⁹. Flectam⁹ genua. Oio.

DOstra tibi dñe qs sunt accepta ieiunia: que nos et expiando gratia tua dignos efficiant: et ad remedia perducant eterna. Per dñm. ℭLectio danielis pzophete. xiij.

IN diebus illis. Congregati sunt babylonij ad regē et dixerunt ei. Trade nobis danielē qui bel destruxit: ⁊ dzaconem interfecit. Alioquin interficiemus te: ⁊ domū tuā. Vidit ergo rex ꝙ irruerēt in eū vehementer: ⁊ necessitate cōpulsus tradidit eis danielē. Qui miserunt eū in lacū leonū. Et erat ibi ser diebus. Pozro i lacu erāt leones septē: ⁊ dabantur eis quotidie duo cozpora: ⁊ due oues: ⁊ tunc non data sunt eis/ vt deuozarent danielē. Erat aut ē abachuc pzopheta in iudea/ ⁊ ipse corerat pulmentum: ⁊ intriuerat panes in alueolo: et ibat in campū vt ferret messozibus. Dixitq; angelus dñi ad abachuc. Fer pzandium quod habes in babilonē danieli qui est in lacu leonū. Et dixit abachuc. Dñe/ babilonē non vidi: ⁊ lacum nescio. Et appzehendit eū angelus domini in vertice eius ⁊ pozrauit eum capillo capitis sui. Posuitq; eum in babilonem sup lacū in impetu spūs sui. Et clamauit abachuc dicēs. Daniel serue dei: tolle pzandium quod misit tibi de⁹. Et ait daniel. Recozdatus enim es mei dñe deus me⁹ et non dereliquisti diligentes te. Surgensq; daniel comedit. Pozro angelus dñi restituit abachuc/ confestim in loco suo. Venit ergo rex die septimo: vt lugeret danielem. Et venit ad lacū/ ⁊ introspexit: et ecce daniel

sedens in medio leonum. Et exclamauit rex voce magna dicēs. Magn⁹ es dñe de⁹ danielis. Et extraxit eum de lacu leonum. Illos autem qui perditionis eius causa fuerant: intromisit in lacū: et deuozati sunt in momento cozam eo. Tūc rex ait. Paueāt oēs habitantes in vniuersa terra deū danielis: quia ipse est liberatoz/ ⁊ saluatoz: faciens signa et mirabilia/ in celo ⁊ in terra. Qui liberauit danielē de lacu leonum. ℣. Dilexe ne caulam meā dñe: ab homine iniquo ⁊ dololo erue me. ℟. Emitte lucē tuā ⁊ veritatē tuā ipsa me deduxerūt ⁊ adduxerūt in montē sanctū tuū. ℭScōm Johannem. vij.

IN illo tēpoze. Ambulabat ielus in galileā. Non enim volebat in iudeā ambulare: quia querebant eū iudei interficere. Erat aut tē in pzorimo dies festus iudeozum scenophegia. Dixerūt aūt ad eū fratres eius. Transi hinc: ⁊ vade in iudeā: vt et discipuli tui videāt opera tua que facis. Nemo quippe in occulto aliquid facit: et querit ipse in palam esse. Si hec facis: manifesta teipsum mundo. Neq; enim fratres eius credebant in eū. Dixit ergo eis ielus. Tēpus meū nondū aduenit: tempus aūt vestrū semper est paratum. Nō potest mundus odisse vos Me autē odit: quia ego testimoniū perhibeo de illo: quia opera ei⁹ mala sunt. Vos ascendite ad diē festū hunc: ego eū nō ascendā ad diem festum istū: quia tēpus meū nondum impletū est. Hec cū dixisset: ipse mānsit in galilea. Vt autē ascenderunt fratres eius: tunc ⁊ ipse ascendit ad diem festū/ nō manifeste: sed quasi in occulto. Judei ergo querebant eū in die festo/ ⁊ dicebant. Vbi est ille? Et murmur mult⁹ erat de eo in turba. Quidā em dicebāt/ quia bonus est: alij autē dicebāt/ nō: sed seducit turbas. Nemo tamē palā loquebatur de illo: propter metū iudeozum. Offr. Sperēt in te omnes qui nouerūt nomen tuū dñe quoniā nō derelinquis querētes te: psallite dño qui habitat in syon: quoniā nō est oblitus oratiōnē pauperum. Secreta.

HOstias tibi dñe deferimus immolandas: que nos tēpozali quelumus consolatione letificet: vt pzomissa certius speremus eterna. Per dñm. Pzefatio. Qui cozpozali. Cōio. Redime me deus israel: ex omnib⁹ angustijs meis. Postcōio.

DA qs omps deus: vt que diuina sunt iugiter exequētes: donis mereantur celestib⁹ pzopinquare. Per do. Sup populū. Ozem⁹. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

DA nobis quelumus dñe perseuerantē in tua voluntate famulatum: vt in diebus nostris/ et merito et numero populus tibi seruiens angeatur. Per dñm nostrum. ℭFeria.iiij.post Judica Introit⁹.

LIberato: me⁹ de gētib⁹ iracūdis: ab insurgentib⁹ in me exaltabis me: a viro iiquo eripies me domine. ℣s. Diligā te dñe foztitudo mea/ dñs firmamentū meū ⁊ refugiū meū ⁊ liberato: me⁹. Nō dicit. Gl'ia pī. Ozem⁹. Flectam⁹ genua/ le. Oio.

SAnctificato hoc ieiunio deus tuozū coz da fidelium miserato: illustra: et quib⁹ deuotionis pzestas affectum: pzebe supplicātibus pium benignus auditum. Per dñm. ℭLectio libri leuitici. xix.

IN dieb⁹ illis. Locutus est dominus ad moysen dicens. Loquere ad vniuersum cetum filiozū israel: et dices ad eos. Ego domin⁹ deus vester. Non facietis furtum. Non mētiemini: nec decipiet vnusquisq; pzoximum suum. Non pzeiurabis in nomine meo: nec pollues

nomen dei tui. Ego dominus. Non facies calumniam proximo tuo: nec vi opprimes eum. Non morabitur opus mercennarij tui apud te/ vsq; mane. Non maledices surdo: nec coram ceco pones offendiculum sed timebis dominum deum tuum: quia ego sum dominus. Non facies quod iniquū est: nec iniuste iudicabis. Non consideres personam pauperis: nec honores vultum potentis. Juste iudica proximo tuo. Nō eris criminator/ nec susurro in populis. Non stabis contra sanguinē proximi tui. Ego domin⁹. Non oderis fratrem tuū in corde tuo: sed publice argue eum/ ne habeas sup illo peccatum. Non queras vltionē nec memoreris iniurie ciuium tuorum. Diliges proximū tuū sicut teipsum. Ego dñs. Leges meas custodite. Ego enim sum dñs de⁹ vester. ℣. Exaltabo te dñe quoniam suscepisti me nec delectasti inimicos meos sup me. ℣. Dñe deus meus clamaui ad te & sanasti me: dñe abstraxisti ab inferis aiam meā/ saluasti me a descendentibus in lacum. Tractus.

DOmine nō secūdū peccata nostra q̄ fecim⁹ nos: neq; secūdū iniquitates nostras retribuas nobis ℣. Dñe ne memineris iniustatū nostrarū antiquarū cito anticipēt nos mie tue/ quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos de⁹ salutaris noster: & propter gloriā nominis tui dñe libera nos: & propitius esto peccatis nostris/ propter nomen tuum.

℣ Secundum Johannem. x.

IN illo tēpore. Facta sunt encenia in hierosolymis: & hiēs erat. Et ambulabat iesus in tēplo in porticu salomonis. Circundederunt ergo eum iudei: & dicebant ei. Quousq; animā nostram tollis? Si tu es christus: dic nobis palam. Respondit eis iesus. Loquor vobis: et non creditis. Opera que ego facio in nomine patris mei: hec testimoniū perhibent de me. Sed vos non creditis quia nō estis ex ouib⁹ meis Oues mee vocē meā audiūt: & ego cognosco eas: & sequūtur me/ & ego vitam eternam do eis. Et non peribūt in eternū: & nō rapiet eas quisq; de manu mea. Pater meus quod dedit mihi/ maius omnibus est: et nemo potest rapere de manu patris mei. Ego et pater vnū sumus. Sustulerunt ergo lapides iudei: vt lapidarent eum? Respondit eis iesus Multa bona opera ostēdi vobis ex patre meo: propter quod eorū opus me lapidatis? Responderunt et iudei. De bono opere non lapidamus te: sed de blasphemia. Et quia tu homo cum sis: facis teipsum deū. Respondit eis iesus. Nonne scriptum est in lege vestra: quia ego dixi dij estis? Si illos dixit deos/ ad quos sermo dei fact⁹ est: & nō potest solui scriptura: quem pater sanctificauit/ et misit in mūdum vos dicitis quia blasphemas: quia dixi filius dei sum? Si non facio opera patris mei: nolite credere mihi. Si autem facio/ et si mihi non vultis credere: operibus credite. Vt cognoscatis et credatis: quia pater in me est/ & ego in patre. Offr. Eripe me de inimicis meis de⁹ meus: et ab insurgentibus in me libera me domine. Secreta.

AMnue misericors deus vt hostias placationis et laudis/ sincero tibi deferam⁹ obsequio. Per dñm nostrū. Prefatio. Qui corpora li. Cōio. Lauabo inter innocētes manus meas: & circuibo altare tuū dñe vt audiā vocē laudis tue: & enarrem vniuersa mirabilia tua. Postcōio.

CElestis doni benedictione percepta/ supplices te deus omnipotēs deprecamur: vt hoc idē nobis et sacramenti causa sit/ et salutis. P dō. Sup populū. Oratio.

ADesto supplicatiōib⁹ nostris ops de⁹: et quib⁹ fiduciā sperāde pietatis indulges: cōsuete mie tribue benign⁹ effectum. Per dñm.

℣ Feria.v.post Judica. Introit⁹.

OMna que fecisti nobis dñe/ in vero iudicio fecisti: quia peccauim⁹ tibi/ & mandatis tuis non obediuim⁹/ sed da gloriam nomini tuo: et fac nobiscū secūdū multitudinē miserior die tue. ℣s. Magn⁹ dñs & laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in mōte scō ei⁹. Nō dicā. Gria pa. Orem⁹. Flectam⁹ genua/ le. Oro.

PResta q̄s omnipotēs deus: vt dignitas conditionis humane per immoderantiā lanciata: medicinalis parsimonie studio reformetur. Per dñm nostrum iesum.

℣ Lectio danielis prophete. iij.

IN dieb⁹ illis. Orauit daniel dicens. Domine deus ne despicias populum tuū/ neq; auferas misericordiam tuam a nobis. Propter abraham dilectū tuum: et isaac seruū tuū: et israel sanctū tuū: quibus locutus es/ pollicens q̄ multiplicares semen eorum sicut stellas celi: et sicut arenam que est in littore maris. Quia dñe imminuti sumus plusq̄ oēs gentes sumusq; humiles in vniuersa terra hodie pter peccata nostra. Et non est in tempore hoc princeps/ et propheta/ et dux/ neq; holocaustū/ neq; sacrificium/ neq; oblatio: neq; incēsum/ neq; locus primitiarū coram te: vt possimus inuenire miam tuā: sed in animo contrito et spiritu humilitatis suscipiamur. Sicut in holocausto arietum et taurorum: & sicut in milib⁹ agnorū pinguiū: sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie: vt placeat tibi quoniam non est cōfusio confidentibus in te. Et nunc sequimur te in toto corde/ et timemus te: et querimus faciē tuam. Ne cōfundas nos sed fac nobiscū iuxta mansuetudinē tuā & secundū multitudinē mie tue Et erue nos in mirabilib⁹ tuis & da gloriā nomini tuo dñe. Et cōfundātur oēs qui ostendūt seruis tuis mala. Cōfundātur in omnipotētia tua & robur eorū ꝛteratur. Et sciāt quia tu es dñs de⁹ solus: & gloriosus sup omnē terrā: dñe de⁹ noster. ℣. Tollite hostias et introite in atria eius: adorate dñm in aula sancta eius. ℣. Reuelauit dñs condensa: et in templo eius omnes dicent gloriam.

℣ Secundum Lucam. vij.


IN illo tempore. Rogabat iesum quidā pharisēus: vt manducaret cū illo. Et ingressus domū pharisei: discubuit. Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix: vt cognouit q̄ iesus accubuit i domo pharisei: attulit alabastrum vnguenti et stans retro secus pedes eius: lachrymis cepit rigare pedes eius et capillis capitis sui tergebat: & osculabatur pedes eius: & vnguento vngebat. Videns autem pharisēus qui vocauerat eum: ait intra se dicens. Hic si esset ppheta: sciret vtiq; que et qualis est mulier que tangit eū: quia peccatrix est. Et respondens iesus: dixit ad illum. Symon habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magister/ dic. Et respondens iesus dixit ad illum. Duo debitores erant cuidam feneratori: vnus debebat denarios quingentos: et alius quinquaginta. Non habētibus illis vnde redderent: donauit vtrisq;. Quis ergo eum plus diligit? Respondens symon/ dixit. Estimo: quia is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem/ dixit symoni. Vides hāc mulierem? Intrauī in domum tuam aquam pedibus meis non dedisti. Hec autē lachrymis rigauit pedes

meos:et capillis suis tersit. Oscul̃ mihi non dedisti:hec autem ex quo intraui:non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meū non vnxisti: hec autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi: remittuntur ei peccata multa/ quoniam dilexit multū. Cui autem minus dimittitur:min⁹ diligit. Dixit autem ad illā ihesus. Remittuntur tibi peccata. Et ceperunt qui simul accumbebant:dicere intra se. Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Dixit autē ad mulierē. Fides tua/ te saluā fecit. Vade in pace. Oꝛ. Sup flumina babylōis illic sedim⁹ & fleuim⁹: dū recoꝛdaremur tui sp̃ō.

DOmine deus noster qui in his potius creaturis quas ad fragilitatis nostre subsidium condidisti/ tuo quoq; nomini munera intulisti dicāda cōstitui: tribue q̃sum⁹: vt et vite nobis p̃sentis auxiliū: & eternitatis efficiāt sacramētū. P dn̄m. Secreta. Qui coꝛpoꝛali. Cōio. Memēto verbi tui seruo tuo dn̄e/ in quo mihi spē dedisti hec me cōsolata est in hūilitate mea. Postcō.

QUod oꝛe sumpsimus domine/ pura mēte capiamus & de munere tēpoꝛali fiat nobis remedium sempiternum. Per dn̄m nostrum. Super populum. Oꝛemus. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

ESto quesum⁹ domine pꝛopicius plebi tue: vt que tibi non placent respuentes: tuoꝛum potius repleantur delectationibus mandatoꝛum. Per dn̄m nostrum iesum chꝛistum filiū tuum. Qui. ¶ Feria terra post Judica. Introitus.



Iserere mihi domine quoniā tribulor: libera me/ et eripe me de manib⁹ inimicoꝛum meoꝛum/ & a persequētibus me: domine non cōfundar/ quoniam inuocaui te. ℣. In te domine speraui nō cōfundar in eternum: in iustitia tua libera me. Non dicitur Gloꝛia patri. Oꝛemus. Flectamus genua/ leuate. Oratio.

ADꝛibus nostris q̃sum⁹ dn̄e auxilium gratie tue benign⁹ infunde: vt peccata nostra castigatione voluntaria cohibētes: potius temporaliter maceremur/ q̃ supplicijs deputemur eternis. Per dn̄m. ¶ Lectio Hieremie pphete. xviij.

IN dieb⁹ illis. Dixit hieremias. Dn̄e: omnes q̃ te derelinquunt cōfundētur. Recedentes a te in terra scribētur: quoniā dereliquerunt venā aquarū viuētium dn̄m. Sana me dn̄e/ & sanaboꝛ: saluū me fac/ & salu⁹ eroꝛ: quoniā laus mea tu es. Ecce ipsi dicunt ad me. Vbi est verbū dn̄i? Veniat. Et ego nō sum turbat⁹/ te pastoꝛē sequēs: & die hominis nō desideraui: tu scis. Quod egressum est de labijs meis: rectū in conspectu tuo fuit. Non sis mihi tu foꝛmidini: spes mea tu in die afflictionis. Cōfundātur q̃ me pꝛsequūtur: & nō cōfundar ego. Paueāt illi: & nō paueā ego. Induc sup eos diē afflictionis: & duplici cōtritione contere eos dn̄e de⁹ nr̃. ℣. Pacifice loq̃bātur mihi inimici mei: & i ira molesti erāt mihi. ℣. Vidisti dn̄e de⁹ me⁹ ne sileas ne discedas a me. Tract⁹.

DOmine nō secū dū peccata nostra que fecimus nos: neq; secundū iniq̃tates nostras retribuas nobis. ℣. Dn̄e ne memineris iniquitatū nostrarū antiquarū: cito anticipent nos miseritoꝛdie tue: quia pauperes facti sum⁹ nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: & pꝛopter gloꝛiā nois tui dn̄e libera nos & ppicius esto pctis nr̃is ꝓpter nomē tuū. ¶ Secundum Johannem. xj.

IN illo tempoꝛe. Collegerunt pōtifices & pharisei cōsilium aduersus iesum/ et dicebant. Quid

facimus? Quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eū sic: oēs credent in eū. Et venient romani: & tollēt nostrū locū & gentē. Vnus autē ex ipsis cayphas nomine: cū esset pontifex anni illius/ dixit eis. Vos nescitis quicq; nec cogitatis quia expedit vobis vt vn⁹ moꝛiatur homo pꝛo populo: & non tota gens pereat Hoc autem a semetipso non dixit: sed cum esset pōtifex anni illius pꝛophetauit quia iesus moꝛiturus erat pꝛo gente. Et non tantū pꝛo gente: sed vt filios dei qui erāt dispersi: cōgregaret in vnum. Ab illo ergo die: cogitauerunt vt interficerēt eū. Jesus ergo iam non in palā ambulabat apud iudeos: sed abijt in regionem iuxta desertū in ciuitatem que dicitur effrē. Et ibi moꝛabatur: cum discipulis suis. Oꝛ. Benedict⁹ es dn̄e doce me iustificatiōes tuas & nō tradas calūniantibus me superbis: et respondebo expꝛobꝛantibus mihi verbum. Secreta.

PResta nobis misericoꝛs deus vt digne tuis seruire semper altaribus mereamur & eoꝛū perpetua participatione saluari. P dn̄m. Pꝛeta. Qui coꝛpali. Cōio. Ne tradideris me dn̄e in aīas pꝛsequētiū me: quia insurrexerūt in me testes iniqui/ & mēdacium sibi. Postcōio

SUmptis sacrificijs dn̄e perpetua nos tuitio nō deseruet: & noxia sēp a nobis cūcta repellat. Per do. Super populum. Oꝛemus. Humiliate capita vestra deo. Oꝛa.

QUoncede q̃s omps de⁹: vt qui pꝛotectionis tue gratiā querimus: liberati a malis omnibus/ secura tibi mēte seruiamus. P dn̄m nostrū iesū. ¶ Sabbato. Introit⁹.



Iserere mihi dn̄e quoniā tribulor libera me & eripe me de manib⁹ inimicoꝛū meoꝛū/ et a persequentib⁹ me: dn̄e non confundar/ quoniā inuocaui te. ℣. In te dn̄e speraui nō cōfundar in eternū: i iustitia tua libera me. Oꝛem⁹. Flectam⁹ genua/ leuate. Oratio.

PRoficiat q̃s dn̄e plebs tibi dicata pie deuotionis affectu: vt sacris actionibus erudita: quanto maiestati tue fit gratioꝛ tanto donis potioꝛibus augeatur. P dn̄m. ¶ Lectio hieremie pꝛophete. xviij.

IN diebus illis. Direrunt impij iudei adinuicē. Venite cogitemus contra iustū cogitationes. Nō em̄ peribit lex a sacerdote: neq; consilium a sapiente: nec sermo a pꝛopheta. Venite et percutiam⁹ eū lingua: et non attendamus ad vniuersos sermones eius. Attende domine ad me: & audi vocem aduersaꝛioꝛum meoꝛū. Munquid redditur pꝛo bono malum: quia foderunt foueam anime mee? Recoꝛdare q̃ steterim in conspectu tuo: vt loquerer pꝛo eis bonū: et auerterem indignationem tuā ab eis. Pꝛopterea da filios eoꝛum in famē: et deduc eos in manus gladij. Fiant vxoꝛes eoꝛum ablq; liberis et vidue: et viri earum interficiantur moꝛte. Juuenes eoꝛum confodiantur gladio in pꝛelio: audiatur clamoꝛ de domibus eoꝛū. Adduces enim super eos latronem repente quia foderunt foueam/ vt caperent me: et laqueos abscondерunt pedibus meis. Tu autem dn̄e scis omne consilium eoꝛum aduersum me in moꝛtem. Ne pꝛopicieris iniquitati eoꝛū: et peccatū eoꝛum a facie tua non deleatur. Fiant coꝛruētes in cōspectu tuo in tēpoꝛe iraꝛis tui: dn̄e deus meus. ℣. Pacifice loquebātur mihi inimici mei: & in ira molesti erāt mihi. ℣. Vidisti dn̄e deus me⁹ ne sileas ne discedas a me. ¶ Secundum Johannem. xviij.

IN illo tempoꝛe. Subleuatis iesus oculis in celū dixit. Pater venit hoꝛa/ clarifica filiū tuū: vt

filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatē omnis carnis vt omne quod dedisti ei: det eis vitā eternam. Hec est autē vita eterna: vt cognoscāt te solū verū deū et quē misisti iesum christum. Ego te clarificaui super terram opus consummaui/quod dedisti michi vt faciā. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum: claritate quam habui priusq̄ mundus fieret apud te. Manifestaui nomen tuum hominibus: quos dedisti mihi de mundo. Tui erant/et mihi eos dedisti: et sermonem tuū seruauerunt. Et nunc cognouerunt: quia omnia que dedisti mihi/abs te sunt: quia verba que dedisti mihi dedi eis. Et ipsi acceperūt et cognouerunt vere quia a te exiui et crediderunt/quia tu me misisti. Ego pro eis rogo: non pro mundo rogo: sed pro his quos dedisti mihi/quia tui sunt. Et mea omnia tua sūt: et tua mea sunt: et ego clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mundo. Et hi in mundo sunt: & ego ad te venio. Pater sancte: serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi: vt sint vnum: sicut et nos. Cum essem cum eis: ego seruabā eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi ego custodiui: & nemo ex his perijt: nisi filius perditionis: vt scriptura impleatur. Nūc autem ad te venio/et hec loquor in mundo vt habeāt gaudium meum impletum in semetipsis. Ego dedi eis sermonem tuum: et mundus eos odio habuit: quia non sunt de mundo: sicut et ego non sum de mundo. Non rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo. De mundo non sunt: sicut & ego nō sum de mūdo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tu⁹ veritas est. Sicut tu me misisti in mundum: ita et ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico me ipsum: vt sint & ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantum: sed & pro his qui credituri sunt per verbum eorū in me: vt omnes vnum sint sicut tu pater in me: et ego in te: vt & ipsi in nobis vnum sint: vt credat mundus quia tu me misisti. Et ego claritatē quā tu dedisti mihi: dedi eis/vt sint vnū sicut et nos vnū sumus. Ego in eis et tu in me/vt sint consummati in vnum & cognoscat mundus quia tu me misisti: & dilexisti eos: sicut & me dilexisti. Pater quos dedisti mihi volo vt vbi sum ego/& illi sint mecum vt videant claritatem meam quam dedisti michi: quia dilexisti me ante constitutionem mundi. Pater iuste mundus te non cognouit: ego autē te cognoui. Et hi cognouerūt: quia tu me misisti. Et notum feci eis nomen tuum et notum faciam. Ut dilectio qua dilexisti me in ipsis sit et ego in ipsis. Offr. Collegerūt pontifices et pharisei concilium/et dicebant quid facim⁹: quia hic homo multa signa facit/si dimittimus eum sic: omnes credent in eum. Ne forte veniant romani: et tollāt nostrum locum et gentem. ℣. Unus autem ex ipsis cayphas nomine cum esset pontifex anni illius/prophetauit dicēs: expedit vobis vt vnus moriatur homo p populo: & nō tota gens pereat. ab illo ergo die cogitauerunt interfi cere eū dicētes. Ne forte. Secreta.

Auctis nos quesumus dñe creatibus & periculis propitiatus absolue: quos tanti mysterij tribuis esse consortes. Per dominum. Cōio. Ne tradideris me dñe in animas persequentiū me: quia insurrexerunt in me testes iniqui/et mentita est iniquitas sibi. Postcōio.

Diuini muneris largitate satiati quesumus domine deus noster: vt huius semper participatione viuamus. Per dñm nostrum. Super populū. Oremus. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Deatur quesum⁹ domine dextera tua populum tuū deprecantem: et purificatum dignanter eruditat: vt consolatione presenti ad futura bona proficiat. Per dominū nostrum iesum christum filiū tuū. ¶ Dñica in ramis palmarū/primo in ecclesia Leonen. benedicet aqua more solito: vbi celebratur missa cōmunitatis/ante ichoationē huius sce misse: et aspergatur super populum in nani eiusdem ecclesie. Missa vero cōmunitatis celebrata: et prima et tertia/cantatis: benedicuntur ramipalmarū/dicendo orationes sequentes. Oremus.

Deus cuius filius p salute humani generis de celo descendit ad terras: & appropinquante hora passionis sue/hierosolymam venire in asino/et a turbis rex appellari ac laudari voluit benedicere ✠ diguare hos palmarum/ceterarūq̄ frondium ramos: vt omnes qui eos laturi sunt: ita benedictionis tue dono repleantur: quatinus in hoc seculo hostis antiqui tentamētum superare et in futuro cum palma victorie/& fructu bonorum operum/tibi valeant apparere. Per dominū nostrum iesum christum filiū tuū. Qui tecum viuit & regnat in vnitate spūs sancti de⁹. Per oia. Oremus.

Deus qui dispersa congregas/et congregata conseruas: qui populis obuiā iesu/ramos palmarum portantibus benedixisti: benedic etiam hos ramos palmarum/& oliue quos tui famuli ad nominis tui benedictionem fideliter suscipiūt vt in quocunq̄ loco introducte fuerint: tuam benedictionem habitatores loci illius omnes consequantur: ita vt aduersa valitudine effugata dextera tua protegat quos redemit. Per eundem dñm nostrū. Oremus.

Deus humane fragilitatis profidiū/qui vnigenito filio tuo dño nostro hierusalem pergenti/hebreorum pueros cum ramis palmarum occurrere voluisti: & eorū vocibus osanna clamantiū in excelsis: prophete vaticinium veritatis attestatione docuisti esse completum/humilitatis nostre vota propitius respice: et hos ramos olive ac palmarum burorū ve quos tui famuli deuota mente suscipiunt: celesti bene ✠ dictione sanctifica et corda fidelium tue gratie rore perfusa/ad dñice resurrectionis diē sinceris mētibus peruenire concede. Per dñm nostrum iesum christum filiū tuum Qui tecum viuit & regnat in vnitate eiusdem spiritus sancti de⁹. Per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Deinde aspergantur aqua benedicta. His peractis/ducitur processio ad sanctum petrum in subnebis cantando ān. **Exurge dñe.** Postea. **Salue regina.** Deinde de sancta Katherina ān. **Virgo flagellatur.** Intrando ecclesiam beati petri cantatur. R̄. **Fuerunt sine querela.** cū v⁹. et orationibus decentibus vt in processionali continentur. Postea ambiendo cimiterium eiusdem ecclesie cantatur. R̄m. **Libera me dñe.** cum psal. **De profundis.** et orationibus consuetis de mortuis. Postmodum redeundo cantatur. Hymnus. **Vexilla regis.** vsq̄ ad porticum beate marie de cretkaer. In eodem porticu legit diaconus indutus vt decet euangelium. **Cū appropinquasset iesus hiero.** vbi. dñica prima aduētus. folio. j. Deinde diuiditur chorus in tres partes. Primo pueri existentes ante predictū porticum incipiunt. v⁹. **En rex venit.** Secunda pars chori in antedicto porticu existens incipit. v. **Salue quem iesum.** Tertia vero pars existens in huto polidomi icipit v. **Pueri hebreorū.** Itē pueri. **Hic est.** Itē. ij. pars. **Salue lux mūdi.** Itē. iij. pars **Pueri he-**

bzeozum. Item pueri. Hic enim est. Item secūda pars. Salue nostra salus. Deinde tertia pars p̄cedendo crucem/ꝫ p̄cessionē veniendo ad magnā portam in introitu claustri cantat hunc. ℣. Occurrerūt turbe. Deinde diuiditur p̄dictus chorus in duas partes: quarū p̄ma existēs in egressu dicte magne porte incipit. ℣. Glozia laus et honoz tibi sit rex christe redēptoz: cui puerile decus p̄bōpsit osanna pium. Secūda vero pars existēs ꝑ cimiterium dicte ecclesie Leon. cātat. ℣. Jsrael es tu rex dauidis̄ inclyta p̄les: nomine qui in dñi rex benedicte venis. Itē p̄ma pars. Glozia laus. Itē secūda pars. Cetus in excelsis te laudat celicus omnis: et mozralis homo et cūcta creata simul. Item p̄ma pars. Glozia laus. Itē secūa pars. Plebs hebzea tibi cū palmis obuia venit/ cū p̄cce voto ymnis assumus ecce tibi. Itē p̄ma pars. Glozia laus. Itē secunda pars. Glozia patri ꝫ filio ꝫ spiritui sancto. Sicut erat. ꝛc. Itē p̄ma pars. Glozia laus. Deide episcopus seu alius tenēs officium stās in dicta magna porta dicit hāc orationem sequentem sine Dominus vobiscum. sed cum Oremus.

Omine ielu christe q̄ introitū portarū hierusalem saluans sanctificasti: dum in splēdoze gemmarū duodecim angelozū totidēq; nomina apostolozū p̄eligurasti: et qui per ozganū ꝓphēticū p̄ōpsisti/ lauda hierusalē dominū/ qui cōfortauit seras portarū tuarū: benedixit filijs tuis in te: vt ponas omnibus finibus domus ciuitatis istius sancti pauli leonēsis pacem/ꝫ velociter currit sermo tu⁹ interi⁹/ adipe frumenti satiat eos/ spiritussanctus defendat illos: vt eis nunq̄ nocere valeat inimic⁹: sed omnes habitantes interius coꝛde/ voce/ꝫ opere decantent dicētes magnus dominus noster ielus christ⁹/ꝫ magna virtus eius: ꝫ sapientie ei⁹ non est numerus. Qui cū patre ꝫ spiritu sancto viuit ꝫ regnat deus. Per omnia secula seculozū. Amen. ¶ Qua finita secunda pars chori antecedit p̄cessionem ꝫ crucem eūdo ad portū ecclesie malozis occidentalē cantando. ℟. Ingrediente dño in sanctam ciuitatē: hebzeozū pueri resurrectionem vite p̄nūciantes. Cum ramis palmarū osanna clamabant in excelsis. ℣. Cūq; audisset popul⁹ q̄a ielus venit hierosolymā/ exierūt obuiam ei. Cum ramis. Quo finito tenens officium stās ante p̄dictā portam sine Dominus vobiscū. sed cū Oremus tātū/ dicat hāc oꝛonē seq̄n. Oremus.

Ja sanctozū omniū ielu xp̄e: qui ad te veniētibus claritatis gaudia contulisti: introeuntes templū istud spiritussancti gaudia perfunde: qui locū istū nomini tuo consecrare voluisti: p̄sta quesumus omnipotēs deus: vt hi omnes in te credentes obtineāt veniam p̄o delictis suis: ꝫ ab omnib⁹ liberentur angustijs: impetrent quicq̄d petierint p̄o necessitatib⁹/ placere semp p̄eualeāt coꝛā oculis tuis: quatenꝰ te mereamur p̄otegēte aulā paradisi introire: saluatoꝛ mundi. Qui cum deo patre ꝫ spiritu sancto viuis ꝫ regnas deus. Per oia secula seculozum. Amen. ¶ Deinde tenēs officium percutiat cū cruce ianuam ecclesie clausam/ contando. Attollite portas principes vestras/ꝫ eleuamini porte eternales ꝫ introibit rex glozie. Deinde pueri existētes in dicta ecclesia cantēt. Quis est iste rex glozie? Item tenēs officium percutiendo scdo/ dicat. Dñs foꝛtis ꝫ potens/ dñs potēs in p̄elio. Attollite portas p̄cipes vestras ꝫ eleuamini porte eternales: et introibit rex glozie. Item pueri deintus dicant. Quis est iste rex glozie? Postea ꝛa-

ctis officium/ tertio percutit ianuā dicendo. Dñs virtutum ipse est rex glozie. Attollite portas p̄cipes vestras/ꝫ elenamini porte eternales: et introibit rex glozie. Conſequēter pueri deintus dicāt. Quis est iste rex glozie? Quib⁹ peractis: intrant oēs ecclesiā. Et dū ingressi fuerit chorū dicatur oratio sequens. Oremus.

Omnipotēs sempiterne de⁹ edificatoꝛ ꝫ custos hierusalē ciuitatis superne: custodi locū istū diu noctuq; cū habitatoꝛib⁹ ei⁹: ꝫ intercedente beata dei genitrice maria: ꝫ beato paulo cōfessoꝛe tuo atq; pontifice/ cū omnibus sanctis sit in eo domicilū incolumitatis ꝫ pacis. P dñm. Quibus finitis p̄ceditur ad missam. In ecclis vero collegiatis et parrochialib⁹/ vt consueuit/ quelibet stat. ¶ Ad missam. Introit⁹.

Omine ne longe facias auxilū tuum a me: ad defensionem meam aspice: libera me de oze leonis: ꝫ a coꝛnibus vnicoꝛnū humilitatē meā. ℣. Deus deus meus respice in me quare me dereliquisti: lōge a salute mea verba delictoꝛum meoꝛum. Non dicitur. Glozia patri. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus: qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplū saluatoꝛem nostrum carnem sumere/ꝫ crucem subire fecisti: concede p̄opici⁹: vt et patientie ipsius habere documenta/ et resurrectionis consoꝛtia mereamur. Per eundem dominum. ¶ Ad philippenses. ij.

Fratres. Hoc sentite i vobis: quod ꝫ in christo iesu. Qui cū in foꝛma dei esset: non rapinam arbitratus est esse se equalem deo: sed semetipsum exinaniuit/ foꝛmā serui accipiens. In similitudinem hominum factus/ et habitu inuentus vt homo: humiliauit semetipsū factus obediens vsq; ad moꝛtem/ moꝛtem autem crucis. Propter quod et deus exaltauit illum: ꝫ donauit illi nomen quod est super omne nomen vt in nomine iesu omne genu flectatur: celestium/ terrestriū/ꝫ infernoꝛū. Et oīs lingua confiteatur. quia dñs iesus christ⁹: in glozia est dei patris. ℟. Tenuisti manū dexterā meā in voluntate tua deduxisti me: ꝫ cum glozia assumpsisti me. ℣. Quā bonus israel de⁹ rectis coꝛde: mei aūt pene moti sūt pedes: pene effusi sūt gressus mei: quia zelaui in peccatoꝛib⁹/ pacē peccatoꝛū videns. Tractus.

Deus deus me⁹ respice in me: quare me dereliq̄sti. ℣. Longe a salute mea: verba delictoꝛū meoꝛū ℣. De⁹ me⁹ clamabo p̄ die/ nec exaudies: ꝫ nocte/ꝫ nō ad insipiētiā mihi ℣. Tu aūt in sctō habitas laus israel: i te sperauerūt patres nr̄i: sperauerūt/ꝫ liberasti eos. ℣. Ad te clamauerūt/ꝫ salui facti sūt in te speraue rūt/ꝫ nō sunt cōfusi. ℣. Ego aūt sum vermis ꝫ nō homo: oppꝛobꝛiū hoim et abiectio plebis. ℣. Oēs q̄ videbāt me aspernabātur me: locuti sunt labijs/ꝫ mouerūt caput. ℣. Speranit in dño eripiat eū: saluū faciat eū q̄m vult eū. ℣. Ipsi vero cōsideraueruñt et inspexerunt me diuiserūt sibi vestimenta mea: ꝫ sup vestē meā miserunt soꝛtē. ℣. Libera me de oze leonis: ꝫ a coꝛnib⁹ vnicoꝛniū humilitatē meā. ℣. Qui timetis dñm laudate eū: vniuersum semē iacob magnificate eū. ℣. Annunciabitur dño generatio ventura: ꝫ annunciabūt celi iusticiā ei⁹. ℣. Populo qui nascetur/ quē fecit dñs. ¶ Nota q̄ quando passio sequens in cantu dicit: tenpleri voce debet cantari. Et sunt in ea littere rubee posite/ ad denotandū cantū: videlicet. c. ✠. et. s. r. denotat voꝛē mediocrē. ✠. denotat baſſam. et. s. denotat altā. Et sic in alijs passio-

nibus. Et in principio nō dicit. Dominus vobiscum. sed Passio domini nostri iesu christi: secundū. Matheum. Nō dicitur Gloria tibi dñe. nec aliud: nec etiam in aliis passionibus sequētib⁹. Matthei. xxvj.

IN illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Scitis qa post biduum pascha fiet: & filius hominis tradetur vt crucifigat. Tūc congregati sunt principes sacerdotum et seniores populi / in atrium principis sacerdotum qui dicebatur cayphas: & consilium fecerunt vt iesum dolo tenerent & occiderent. Dicebāt autem. Non in die festo. Ne forte tumultus fieret in populo Cum autem esset iesus in bethania in domo symonis leprosi: accessit ad eum mulier habens alabastrū unguēti pretiosi et effudit super caput ipsius recumbentis. Videntes autem discipuli: indignati sunt dicentes. Ut quid perditio hec? Potuit enim istud venundari multo & dari pauperibus. Sciens autem iesus ait illis. Quid molesti estis huic mulieri? Opus enim bonum operata est in me. Nam semper pauperes habetis vobiscum: me autem non semper habebitis. Mittens em hec unguentum hoc in corpus meū: ad sepeliendū me fecit. Amen dico vobis: ubicūq; predicatum fuerit euāgeliū hoc in toto mundo / dicetur: & quod hec fecit in memoriam eius. Tunc abiit unus ex duodecim qui dicebatur iudas scarioth ad principes sacerdotū: & ait illis. Quid vultis mihi dare & ego vobis eum tradā. At illi constituerunt ei / triginta argenteos. Et exinde querebat opportunitatem vt eum traderet. Prima autem die azimorum: accesserūt discipuli ad iesum dicētes. Ubi vis parem⁹ tibi comedere pascha. At iesus dixit. Ite in ciuitatem ad quēdam: & dicite ei. Magister dicit. Tempus meum prope est: apud te facio pascha cum discipulis meis. Et fecerunt discipuli / sicut cōstituit illis iesus: & parauerūt pascha. Vespere autem facto discūbebat cum duodecim discipulis suis. Et edentibus illis dixit. Amen dico vobis: quia unus vestrum me traditurus est. Et contristati valde: ceperunt singuli dicere. Nunquid ego sum dñe? At ipse respondens ait. Qui intingit mecum manū in parapside: hic me tradet. Filius quidem hominis vadit: sicut scriptum est de illo. Ue autē homini illi: per quē filius hominis tradetur. Bonū erat ei: si natus non fuisset homo ille. Respondens autem iudas qui tradidit eum dixit. Nunquid ego sum rabbi? Ait illi. Tu dixisti. Cenantib⁹ autē eis: accepit iesus panē: & benedixit ac fregit / deditq; discipulis & ait. Accipite & comedite: hoc est corp⁹ meum. Et accipiens calicem: gratias egit / & dedit illis dicens. Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamenti: qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Dico autē vobis: non bibam amodo de hoc genimine vitis / usq; in diē illum cū illud bibam vobiscum nouū in regno patris mei. Et hymno dicto: exierunt in montē oliueti. Tunc dixit illis iesus. Oēs vos scādalū patiemini in me: in ista nocte. Scriptū est em. Percutiā pastorem: et dispergentur oues gregis. Postq; autē resurrexero: precedam vos in galileā. Respondēs autem petrus: ait illi. Et si oēs scandalizati fuerint in te: ego nunq; scandalizabor. Ait illi iesus. Amē dico tibi: quia in hac nocte anteq; gallus cantet: ter me negabis. Ait illi petrus. Etiam si oportuerit me mori tecum non te negabo. Similiter et oēs discipuli / dixerūt. Tunc

venit iesus cum illis in villam que dicitur gethsemani: & dixit discipulis suis. Sedete hic: donec vadā illuc et orem. Et assumpto petro et duobus filijs zebedei: cepit contristari / et mestus esse. Tunc ait illis. Tristis est anima mea usq; ad mortem. Sustinete hic: et vigilate mecum. Et progressus pusillū: procidit in faciem suam: orans & dicens. Pater mi: si possibile est / transeat a me calix iste. Uerumtamen non sicut ego volo sed sicut tu. Et venit ad discipulos suos: & inuenit eos dormientes. Et dicit petro sic. Non potuisti vna hora vigilare mecum? vigilate et orate: vt non intretis in tētationem. Spiritus quidem promptus est: caro autem infirma. Iterū secundo abiit: & orauit dicens. Pater mi: si nō potest hic calix transire / nisi bibam illum fiat voluntas tua. Et venit iterum: & inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorū granati. Et relictis illis: iterum abiit / et orauit tertio eundē sermonem dicens. Tūc venit ad discipulos suos et dixit illis. Dormite iam: & requiescite. Ecce appropinquabit hora: & filius hominis tradetur in man⁹ peccatorum. Surgite eamus. Ecce appropiquabit qui me tradet. Adhuc eo loquēte: ecce iudas vnus de duodecim: & cū eo turba multa cū gladijs et fustibus: missi a principib⁹ sacerdotū / & senioribus populi. Qui autē tradidit eū: dedit illis signū dicens. Quēcunq; osculatus fuero / ipse est tenete eum. Et confestim accedens ad iesum: dixit. Aue rabbi. Et osculatus est eū. Dixitq; illi iesus. Amice: ad qd venisti. Tūc accesserunt & manus iniecerūt in iesum: & tenuerunt eū. Et ecce vn⁹ ex his qui erāt cū iesu / extendēs manū exemit gladiū suū: & percutiens seruū principis sacerdotū / amputauit auriculam eius. Tunc ait illi iesus. Conuerte gladiū tuū in locum suū. Oēs enim qui acceperint gladiū gladio peribūt. An putas: quia nō possum rogare patrem meum: & exhibebit mihi modo plusq; duodecim legiones angelorū? Quomodo ergo implebūtur scripture Quia sic oportet fieri. In illa hora: dixit iesus turbis. Tanq; ad latronem existis / cū gladijs & fustibus cōprehendere me? Quotidie apud vos sedebā / docens in tēplo: & non me tenuistis. Hoc autē totū factū est: vt adimplerentur scripture prophetarū. Tunc discipuli oēs: relicto eo / fugerūt. At illi tenentes iesum: duxerunt ad caypha principē sacerdotū: vbi scribe & seniores cōuenerāt. Petrus aūt sequebat eū a lōge usq; in atriū principis sacerdotū. Et ingressus intro sedebat cū ministris: vt videret finē. Principes aūt sacerdotū & oē cōsiliū qrebāt falsū testimoniū ⁊ tra iesū / vt eū morti traderēt. Et nō inuenerūt cū multi falsi testes accessissēt. Nouissime aūt venerūt duo falsi testes: & dixerūt. Hic dixit. Possum destruere templū dei: & post triduū reedificare illud. Et surgens princeps sacerdotū: ait illi. Nihil respōdes ad ea que isti aduersum te testificant? Jesus aūt tacebat. Et princeps sacerdotū ait illi. Adiuro te per deum viuū: vt dicas nobis si tu es christus filius dei. Dixit illi iesus. Tu dixisti. Ueruntamen dico vobis: amodo videbitis filium hominis sedentē a dextris virtutis dei: & venientē in nubib⁹ celi. Tūc princeps sacerdotū scidit vestimēta sua: dicēs. Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? At illi respōdentes: dixerunt. Reus est mortis. Tunc ceperunt in faciē eius: & colaphis eū ceciderunt. Alij autē palmas in fa-

ciem eius dederūt/dicentes. s. Prophetiza nobis christe: quis est qui te percussit? c. Petrus vero sedebat foris in atrio. Et accessit ad eum vna ancilla/dicens. s. Et tu cū iesu galileo eras. c. At ille negauit/coram omnibus dicēs. s. Nescio qd dicis. c. Exeunte autē illo ianuam/vidit eum alia ancilla: & ait his qui erāt ibi. s. Et hic erat cū iesu nazareno. c. Et iterum negauit cū iuramēto: quia non noui hominē. Et post pusillum accesserūt qui stabāt/& dixerunt petro. s. Vere et tu ex illis es. Nam et loquela tua manifestum te facit. c. Tunc cepit detestari/& iurare: quia non nouisset hominem. Et continuo gallus cātauit. Et recordatus est petrus verbi iesu quod dixerat: priusq̄ gallus cantet: ter me negabis. Et egressus foras/fleuit amare. Mane autē facto: consilium inierunt omnes principes sacerdotum/& seniores populi aduersus iesum: vt eum morti traderent. Et vinctū adduxerūt eum: & tradiderunt poncio pylato presidi. Tunc videns iudas qui eū tradidit quod dānatus esset: penitētia ductꝰ/retulit triginta argenteos principibus sacerdotum & senioribus populi dicens. s. Peccaui/tradens sanguinē iustū. c. At illi direrūt ei. s. Quid ad nos? Tu videris. c. Et proiectis argenteis in tēplo/recessit: et abiens laqueo se suspēdit. Principes autē sacerdotū: acceptis argenteis dixerunt. s. Nō licet eos mittere in corbanā: quia precium sanguinis est. c. Consilio autē inito: emerūt ex illis agrum figuli in sepulturā peregrinorum. Propter hoc vocatꝰ est ager ille acheldemach: hoc est ager sanguinis: vsq̄ in hodiernā diem. Tūc impletū est quod dictū est per hieremiam pphetā dicentē. Et acceperūt triginta argēteos/precium appretiati quē apprecianerūt a filijs israel: et dederunt eos in agrū figuli/sicut constituit mihi dūs. Jesus autē stetit ante presidem. Et interrogauit eū preses dicēs. s. Tu es rex iudeorum? c. Dixit ei iesus. ✠. Tu dicis. c. Et cū accusaretur a principibus sacerdotū & senioribus: nihil respondit. Tunc dixit ei pylatus. s. Non audis/quāta aduersum te dicūt testimonia. c. Et non respondit ei ad vllum verbū: ita vt miraretur preses vehementer. Per diem autem solēnem: consueuerat preses dimittere populo vnum vinctum quem voluissent. Habebat autē tunc vnū vinctū insignem/qui dicebatur barrabas. Cōgregatis ergo illis/dixit pylatus. s. Quem vultis dimittam vobis: barrabam/an iesum qui dicitur christus? c. Sciebat enim q̄ per inuidiam tradidissent eum. Sedente autem illo p tribunali: misit ad eum vxor eius dicens. s. Nihil tibi & iusto illi. Multa enim passa sum hodie per visum ꝓpter eum. c. Principes autem sacerdotum & seniores persuaserunt populis/vt peterent barrabam: iesum vero perderent. Respondēs autem preses: ait illis. s. Quem vultis vobis de duobus dimitti? c. At illi direrunt. s. Barrabam. c. Dixit illis pylatꝰ. s. Quid igitur faciā de iesu qui dicitur christus. c. Dicunt omnes. s. Crucifigatur. c. Ait illis preses. s. Quid enim mali fecit? c. At illi magis clamabant/dicentes. s. Crucifigat. c. Videns autē pylatus quia nihil proficeret/sed magis tumultus fieret/accepta aqua lauit manꝰ suas coram populo dicens. s. Innocēs ego sum a sanguine iusti huius: vos videritis. c. Et respondens vniuersus populus/dixit. s. Sanguis eius super nos & super filios nostros. c. Tunc dimisit illis barrabam: iesum autem flagellatum tradidit eis/vt crucifigeretur. Tunc milites presidis

suscipientes iesum in pretorio: congregauerūt ad eum vniuersam cohortem. Et exuentes eum: clamidē coccineā circundederunt ei. Et plectentes coronam de spinis/posuerūt super caput eius: & arundinē in dextera eius. Et genuflexo ante eū: illudebant ei dicentes. s. Aue rex iudeorum. c. Et expuētes in eum: acceperunt arundinem: & percutiebāt caput eius. Et postq̄ illuserunt ei: exuerunt eum clamide & induerunt eum vestimentis eius. Et duxerunt eum vt crucifigerent. Exeuntes autem: inuenerunt hominem cyreneū venientē obuiam sibi nomine symonem. Hunc angariauerunt/vt tolleret crucem eius. Et venerūt in locum qui dicitur golgotha: quod est caluarie locus. Et dederunt ei vinū bibere cum felle mixtum. Et cū gustasset: noluit bibere. Postq̄ autem crucifixerunt eum: diuiserunt vestimenta eius: sortem mittentes/vt impleretur quod dictū est per pphetā dicentē. Diuiserunt sibi vestimēta mea: & super vestē meam miserūt sortem. Et sedentes seruabāt eum. Et imposuerūt sup caput eius/causam ipsiꝰ scriptā. Hic est iesus nazarenus rex iudeorum. Tunc crucifixi sunt cū eo duo latrones: vnus a dextris: et vnus a sinistris. Pretereuntes autem/blasphemabant eū: mouētes capita sua et dicētes. s. Vach qui destruis templum dei: et in triduo illud reedificas. Salua temetipsum. Si filius dei es: descende de cruce. c. Similiter et principes sacerdotum illudentes/cum scribis et senioribus dicebant. s. Alios saluos fecit: seipsum non potest saluum facere. Si rex israel est: descendat nūc de cruce/et credimus ei. Confidit in deo liberet nunc eum si vult. Dixit enim: quia filius dei sum. c. Idipsū autem et latrones qui crucifixi erāt cum eo improperabant ei. A sexta autem hora: tenebre facte sunt super vniuersam terram: vsq̄ ad horam nonam. Et circa horam nonā: clamauit iesus voce magna dicēs. ✠. Heli heli: lamazabathani. c. Hoc est. ✠. Deus meus deus meꝰ: vt quid dereliquisti me? c. Quidam autem illic stantes et audientes: dicebant. s. Helyam vocat iste. c. Et continuus currens vnus ex eis/acceptam spongiam impleuit aceto: et imposuit arundini et dabat ei bibere. Ceteri vero dicebant. s. Sine videamus an veniat helyas liberans eum. c. Jesus autem iterū clamans voce magna: emisit spiritum. Prostratio. Et ecce velum templi scissum est in duas partes: a sūmo vsq̄ deorsum. Et terra mota est: et petre scisse sunt: et monumenta aperta sunt: et multa corpora sanctorū qui dormierant surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius: venerunt in sanctā ciuitatem/et apparuerunt multis. Centurio autem et qui cum eo erāt custodientes iesum: viso terremotu et his que fiebant/timuerunt valde dicentes. s. Vere filius dei erat iste. c. Erant autem ibi mulieres multe a longe: que secute erant iesum a galilea ministrantes ei. Inter quas erat maria magdalene: et maria iacobi/et ioseph mater: & mater filiorum zebedei. Cum sero autem factū esset: venit quidam homo diues ab arimathia: nomine ioseph: qui & ipse erat discipulus iesu. Hic accessit ad pylatum: et petijt corpus iesu. Tunc pylatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore ioseph: inuoluit illud in syndone munda: et posuit illud in monumēto suo nouo/quod exciderat in petra. Et aduoluit saxum magnum ad ostium monumēti: et abijt. Erant autem ibi maria magdalene et altera maria sedentes contra sepulchrum.

Altera autem die que est post parasceuē: cōuenerūt p̄rincipes sacerdotū ⁊ pharisei ad pylatū dicentes. Dñe recordati sum⁹ quia seductor ille dixit adhuc viuēs post tres dies resurgam. Jube ergo custodiri sepulchrū: vsq; in diē tertiū. Ne forte veniant discipuli ei⁹ ⁊ furentur eum: ⁊ dicāt plebi surrexit a mortuis. Et erit novissimus error peior p̄riore. Ait illis pylat⁹. Habetis custodiā. Jte custodite sicut scitis. Illi autē abeuntes: munierunt sepulchrum: signātes lapidem: cum custodibus. ℣. Credo. ℟. Jmp̄erium expectauit cor meum ⁊ miseriam: ⁊ sustinui q̄ simul cōtristaretur ⁊ nō fuit cōsolātē me q̄sui ⁊ nō inueni ⁊ dederūt in escā meā fel ⁊ in siti mea potauerūt me aceto. Secā.

Oncede quesum⁹ dñe: vt oculis tue maiestatis mun⁹ oblatum: ⁊ gratiā nobis devotiōis obtineat: ⁊ effectum beate perennitatis acquirat. Per dñm. Prefatio cōis. Cōmunio. Pater: si non potest hic calix transire nisi bibam illum / fiat voluntas tua. Postcōmunio.

Per huius dñe operationem mysterij: et vicia nostra purgentur: ⁊ iusta desideria compleantur. Per dñm nostrum. ℣Feria.ij. post Ramospalmarum. Introit⁹.

Judica dñe nocētes me: expugna impugnantes me: apprehende arma ⁊ scutū ⁊ exurge in adiutorium meū dñe virt⁹ salutis mee. ℣s. Effunde frameam ⁊ cōclude aduersus eos qui me persequuntur: dic anime mee salus tua ego sum. Nō dicitur Gloria patri. Oremus. Flectamus genua / leuate. Oratio.

Oa quesum⁹ omnipotēs deus: vt qui in tot aduersis ex nostra infirmitate deficimus: intercedente vnigeniti filij tui passione / respiremus. Qui tecū viuit ⁊ regnat.

℣Lectio Ysaie prophete. i.

In diebus illis. Dixit esaias. Dominus deus aperuit mihi aurem / ego autē non cōtradico: retrorsum non abij. Corpus meū dedi percutientibus: ⁊ genas meas vellentibus. Faciem meam nō auerti ab increpantibus / ⁊ conspuentibus in me. Dñe deus auxiliator meus: ⁊ ideo non sum cōfusus. Proptera posui faciem meā: vt petrā durissimam: ⁊ scio quoniā non cōfundar. Juxta est q̄ iustificat me. Quis cōtradicet mihi? Stem⁹ simul. Quis est aduersarius meus? Accedat ad me. Ecce dñs deus: auxiliator me⁹. Quis est qui condemnet me? Ecce omnes quasi vestimentū conterentur: tinea comedet eos. Quis ex vobis timens dñm: audiēs vocem serui sui? Quis ambulauit i tenebris: ⁊ non est lumen ei? Speret in nomine dñi: ⁊ innitatur sup deū suū. ℣. Exurge dñe ⁊ intende iudicio meo: deus me⁹ ⁊ dñs me⁹ in causam meā. ℣. Effunde frameā: ⁊ cōclude aduersus eos q̄ me p̄sequūtur. Tractus.

Domine nō secūdū peccata nostra que fecimus nos: neq; secundū iniq̄tates nostras retribuas nobis. ℣. Dñe ne memineris iniquitatū nostrarū antiquarū: cito anticipent nos miserico[r]die tue: quia pauperes facti sum⁹ nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: ⁊ p̄propter gloriā nois tui dñe libera nos ⁊ ppicius esto p̄cis nr̄is ppter nomē tuū.

℣Secundum Johannem. xij.

In illo tēpore. Ante sex dies pasche: venit iesus bethaniā: vbi lazarus fuerat mortuus quem suscitauit iesus. Fecerunt autem ei cenā ibi: ⁊ martha ministrabat. Lazarus vero: vn⁹ erat ex discūbētib⁹ cum eo. Maria ergo accepit libram vnguēti nardipistici p̄cios: ⁊ vnxit

pedes iesu. Et extersit capillis suis pedes eius: ⁊ domus impleta est ex odore vnguenti. Dixit ergo vn⁹ ex discipulis ei⁹ / iudas scariothis: qui erat eū traditurus. Quare hoc vnguentum: non venit trecētis denarijs / ⁊ datū est egenis? Dixit autem hoc: non quia de egenis pertinebat ad eum: sed quia fur erat: ⁊ loculos habens: ea q̄ mittebātur portabat. Dixit ergo iesus. Sine illam: vt in diē sepulture mee seruet illud. Pauperes enim semp habetis vobiscū: me autē nō semper habebitis. Cognouit ergo turba multa ex iudeis: quia illic esset: ⁊ venerūt non ppter iesum tātum: sed vt lazarū viderēt: quem suscitauit a mortuis. Cogitauerunt autē p̄rincipes sacerdotum vt et lazarū interficerent: quia multi p̄propter illū abibant ex iudeis: et credebant in iesum. Jn crastinū autem turba multa que venerat ad diem festum: cū audissent quia venit iesus hierosolymā: acceperūt ramos palmarū: ⁊ p̄cesserūt obuiam ei: ⁊ clamabāt. Osanna: benedictus qui venit in nomine dñi / rex israel. Et inuenit iesus asellum: et sedit super eum / sicut scriptum est. Noli timere filia syon: ecce rex tuus venit tibi / sedens super pullum asine. Hec non cognouerūt discipuli eius p̄rimum: sed quādo glorificatus est iesus: tunc recordati sunt / quia hec erant scripta de eo: ⁊ hec fecerunt ei. Testimonium ergo perhibebat turba / que erat cum eo: quādo lazarum vocauit de monumēto: ⁊ suscitauit eum a mortuis. Propterea ⁊ obuiā venit ei turba: quia audierant eum fecisse hoc signum. Pharisei ergo / dixerūt ad semetipsos. Videtis q̄a nihil p̄ficimus? Ecce mundus totus post eum abijt. Erant autē quidam gentiles ex his qui ascēderāt / vt adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad philippum qui erat a bethsaida galilee / ⁊ rogabāt eum dicentes. Domine: volumus iesum videre. Venit philippus: et dicit andree. Andreas rursum et philippus dixerunt iesu. Jesus autem respondit eis dicens. Venit hora / vt clarificetur filius hominis. Amen amen dico vobis: nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit: ipsum solū manet. Si autem mortuum fuerit: multum fructum affert. Qui amat animam suam: perdet eam. Et qui odit animam suam in hoc mundo: in vitam eternam custodit eā. Si quis mihi ministrat: me sequatur. Et vbi sum ego: illic ⁊ minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit: honorificabit eum pater meus. Nūc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater saluifica me / ex hac hora. Sed p̄propterea veni in horam hanc. Pater clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de celo: dicens. Et clarificaui: ⁊ iterum clarificabo. Turba autem que stabat ⁊ audierat: dicebat tonitruum esse factum. Alij autem dicebant. Angel⁹ ei locutus est. Respondit iesus: et dixit. Non p̄propter me hec vox venit: sed p̄propter vos. Nunc iudicium est mundi. Nunc p̄inceps huius mūdi / ejicietur foras. Et ego si exaltat⁹ fuero a terra: omnia trahā ad meipsum. Hoc autem dicebat significās qua morte esset moriturus. Respondit ei turba. Nos audiuim⁹ ex lege: quia christus manet in eternum. Et quo modo tu dicis: oportet exaltari filium hominis? Et quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis: vt non tenebre vos comprehēdant. Et qui ambulat in tenebris: nescit quo vadat. Dum lucem habetis credite in lucem: vt filij lucis sitis. Hec locutus est iesus: et abijt:

et abscondit se ab eis. Ofty. Eripe me de inimicis meis: domine ad te confugi/doce me facere voluntatem tuā: quia deus me⁹ es tu. Secreta.

HEc sacrificia nos omnipotēs deus potenti virtute mundatos: ad suum faciāt purioꝛes venire pꝛincipium. Per do. Pꝛefatio Qui coꝛpoꝛali ieiunio. Cōto. Erubescāt et reuereantur simul qui gratulantur malis meis: induantur pudoꝛe ⁊ reuerentia/qui maligna loquūtur aduersum me. Postcōmunio.

PRebeant nobis dñe diuinum tua sancta feruoꝛē: quo eoꝛū pariter ⁊ actu delectemur: et gustu. Per dñ. Super populū. Oꝛem⁹. Humiliate capita vestra deo. Oꝛatio.

ADiuua nos de⁹ salutaris noster: ⁊ ad beneficia recolenda quibus nos instaurare dignat⁹ es: tribue venire gaudentes. Per dominū nostrum. ¶ Feria tertia post ramospalmarum. Introitus.

VOs autem gloꝛiari opoꝛtet in cruce domini nostri ihesu xpi in quo est sal⁹/vita/ ⁊ resurrectio nostra: per quem saluati et liberati sumus. ℘s. Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos: ⁊ misereatur nostri. Non dicitur Gloꝛia pēi. Oꝛemus. Flectamus genua/leuate. Oꝛatio.

OMnipotens sempiterne deus da nobis ita dominice passionis sacramenta peragere: vt indulgētiam cōsequi mereamur. Per dñ. ¶ Lectio Hieremie pꝛophete. xi.

IN diebus illis. Dixit hieremias. Dñe demōstrasti mihi: et cognoui. Tu ostendisti mihi studia eoꝛum. Et ego quasi agn⁹ mansuetus qui poꝛtatur ad victimam: ⁊ non cognoui: quia cogitauerunt super me cōsilia dicētes. Mittam⁹ lignū in panē eius: ⁊ eradam⁹ eum de terra viuētium: ⁊ nomen ei⁹ non memoꝛetur amplius. Tu autē dñe sabaoth/qui iudicas iuste: et pbas renes ⁊ coꝛda: videam vltionē tuā ex eis. Tibi enim reuelaui causam meam: dñe de⁹ meus. ℟. Ego autē dum mihi molesti essent/induebam me cilicio: et humiliabam in ieiunio animam meam: ⁊ oꝛatio mea in sinu meo conuertetur. ℣. Judica dñe nocentes me: expugna impugnantes me: appꝛehende arma et scutum et exurge in adiutoꝛium mihi.

¶ Passio domini nostri ihesu christi Secundum Marcum. xiiij.

IN illo tēpoꝛe. c. Erat pascha et azima post biduum: ⁊ quoꝛebant summi sacerdotes et scribe: quomodo ihesum dolo tenerēt ⁊ occiderent. Dicebāt enim. s. Non in die festo. c. Ne foꝛte tumultus fieret in populo. Et cū esset ihesus bethanie in domo symonis lepꝛosi/⁊ recumberet: venit mulier habens alabastrum vnguēti nardi spicati pciosi: ⁊ fracto alabastro/effudit super caput eius. Erant autē quidam indigne ferentes intra semetipsos: ⁊ dicētes. s. Ut qd perditio ista vnguēti facta est? Poterat enim vnguētum istud venūdari plusq̄ trecentis denarijs: ⁊ dari pauperibus. c. Et fremebant in eam. Jesus autem dixit. ✠ Sinite eam. Quid illi molesti estis? Bonum opus operata est in me. Sēper enim pauperes habebitis vobiscū: ⁊ cū volueritis potestis illis benefacere: me autē semp non habebitis. Quod habuit hec fecit: pꝛeuenit vngere coꝛpus meū in sepulturā. Amen dico vobis: vbicūq̄ pꝛedicatū fuerit euangelium istud in vniuerso mūdo: ⁊ quod fecit hec narrabitur in memoꝛiā eius. c. Et iudas scariothis vnus de duodecim/ abiit ad sūmos sacerdotes: vt pꝛoderet eum illis. Qui audientes/gauisi sunt: ⁊ pmiserūt ei pecuniam se daturos. Et querebat/quomodo opoꝛtune illum traderet. Et pꝛimo die azimoꝛum quādo pascha immolabant: dicunt ei discipuli. s. Quo vis eamus ⁊ paremus tibi vt manduces pascha? c. Et mittit duos ex discipulis suis: ⁊ dixit illis. ✠ Ite in ciuitatē: et occuꝛret vobis homo lagenam aque baiulās. Sequimini eum: ⁊ quocūq̄ introierit/dicite domino domus: quia magister dicit. Ubi est refectio mea: vbi pascha cū discipulis meis manducem. Et ipse vobis demōstrabit cenaculū grāde stratum: et illic parate nobis. c. Et abierunt discipuli eius: ⁊ venerunt in ciuitatē: ⁊ inuenerunt sicut dixerat illis: ⁊ parauerūt pascha. Uespere autē facto: venit cum duodecim. Et discūbentibus eis ⁊ manducantibus: ait ihesus. ✠ Amen dico vobis: quia vnus ex vobis tradet me: qui manducat mecum. c. At illi ceperunt contristari: ⁊ dicere ei singillatim. s. Nunquid ego? c. Qui ait illis. ✠ Un⁹ ex duodecim: qui intingit mecum manū in catino. Et filius quidem hominis vadit: sicut scriptū est de eo. Ue autem homini illi per quē filius hominis tradetur. Bonū erat ei: si nō esset nat⁹ homo ille. c. Et manducātibus illis: accepit ihesus panē: ⁊ benedicens fregit: et dedit eis/et ait. ✠ Sumite/hoc est coꝛp⁹ meum. c. Et accepto calice: gratias agens dedit eis: ⁊ biberūt ex illo oēs. Et ait illis. ✠ Hic est sanguis meus noui testamenti: qui pꝛo multis effundetur. Amē dico vobis: quod iam non bibam de genimine vitis: vsq̄ in diem illum/ cum illud bibam nouū in regno dei. c. Et hymno dicto: exierūt in mōtē oliuarū. Et ait illis ihesus. ✠ Oēs scandalizabimini in nocte ista: quia scriptū est. Percutiam pastoꝛem et dispergētur oues. Sed postq̄ resurrexero: pcedā vos in galileā. c. Petrus autem ait illi. s. Et si omnes scandalizati fuerint: sed non ego. c. Et ait illi ihesus. ✠ Amen dico tibi: quia tu hodie in nocte hac pⁿsq̄ gallus bis vocem dederit: ter me es negaturus. t. At ille amplius loquebatur. s. Et si oꝛtuerit me simul cōmoꝛi tibi: non te negabo. c. Similiter autē ⁊ omnes dicebant. Et veniunt in pꝛedium cui nomē gethsemani: ⁊ ait discipulis suis. ✠ Sedete hic donec oꝛem. c. Et assumit petrum ⁊ iacobū ⁊ iohānem secum: ⁊ cepit pauere ⁊ tedere. Et ait illis. ✠ Tristis est anima mea vsq̄ ad moꝛtem. Sustinete hic: et vigilate. c. Et cū pꝛocessisset paululū/pꝛocidit super terram: ⁊ oꝛabat vt si fieri posset trāsiret ab eo hoꝛa. Et dixit. ✠ Abba pater/omnia tibi possibilia sunt: transfer calicem hūc a me. Sed non quod ego volo: sed qō tu. c. Et venit/⁊ inuenit eos doꝛmientes. Et ait petro. ✠ Symon doꝛmis? Nō potuisti vna hoꝛa vigilare. Uigilate ⁊ oꝛate: vt non intretis in tēptationem. Spiritus qdē pꝛomptus est/caro autem infirma. c. Et iterum abiens: oꝛauit eundem sermonem dicens. Et reuersus denuo: inuenit eos doꝛmientes. Erāt enim oculi eoꝛū grauati: ⁊ ignoꝛabāt qd ꝛespondereut ei. Et venit tertio: et ait illis. ✠ Doꝛmite iā: ⁊ requiescite. Sufficit. Uenit hoꝛa: ecce filius hominis tradetur in man⁹ peccatoꝛū. Surgite/eamus. Ecce qui me tradet pꝛope est. c. Et adhuc eo loquēte venit iudas scarioth vnus de duodecim: ⁊ cum eo turba multa: cum gladijs ⁊ lignis: missi a summis sacerdotibus et scribis: et senioꝛibus. Dederat autem tradito⁹ eis signum dicens. s. Quēcūq̄ osculat⁹ fuero: ipse est tenete eum/⁊ ducite caute. c. Et cum venisset: statim accedens ad eum/ait. s. Aue rabbi. c. Et osculatus eum. Qui dixerunt ei. ✠ Rabbi rabbi. Et posuerunt manus in eum: et tenuerunt eum. Unus autem quidam de astantibus/educens gladium: percussit seruum principis sacerdotis: et abscidit auriculam eius. Et respondens ihesus/ait. ✠ Tanquam ad latronem existis cum gladijs et lignis comprehendere me? Quotidie apud vos sedebam docens in templo: et non me tenuistis. Sed vt impleantur scripture. Tunc discipuli eius relicto eo/fugerunt omnes. Et quidam adolescens/sequebatur eum: amictus sindone super nudo: et tenuerunt eum adolescentes. Qui relicta sindone/nudus effugit ab eis. Et abduxerunt ihesum ad caiphā pontificem: et congregati sunt pontifices et scribe et seniores. Et petrus a longe secutus est eum: vsq̄ intus in atrium principis sacerdotis: et sedebat cum ministris/et calefaciebat ad lumen. Principes autem sacerdotum et omne consilium/querebant aduersus ihesum testimonium vt eum morti traderent: et non inuenerunt. Multi enim falsum testimonium dicebant aduersus eum: et conueniebant testimonia eoꝛum. Et quidam surgentes/falsum testimonium dicebant aduersus eum/dicentes. Quoniam nos audiuimus eum dicentem. Quia ego destruam templum hoc manufactum: et per triduum aliud non manufactum edificabo. Et nec sic inueniebatur testimonium eoꝛum. Et exurgens pontifex in medium/interrogauit ihesum dicens. Nichil respondes ad ea que aduersum te testificantur isti? Ihesus autem tacebat. Et nichil respondit. Iterum pontifex interrogabat eum. Et dicit ei. Tu es christus filius dei benedicti? Ihesus autem dixit illi. ✠ Ego sum. Et videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis dei: et venientem cum nubibus celi. Pontifex autem scindens tunicas suas/ait. Quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? Qui omnes condemnauerunt eum esse reum mortis. Et ceperunt quidam conspuere eum: et velare faciem eius: et colaphis eum cedere. Et dicere ei. Prophetiza nobis christe: quis est qui te percussit? Et seruuli alapis eum cedebant. Et cum petrus esset deorsum in atrio/venit una ancilla principis sacerdotum. Et cum vidisset petrum calefacientem se/intuita eum dixit. Et tu cum nazareno eras ihesu. Et negauit dicens. Neque scio neque noui: neque quid dicis intelligo. Et exiit foras ante atrium: et gallus cantauit. Et ancilla iterum videns eum/cepit dicere astantibus. Quia hic ex illis est. Et iterum negauit. Et post pusillum rursus qui astabant dicebant petro. Uere ex illis es: nam et galileus es: et loquela tua similis est. Ipse autem cepit anathematizare et iurare. Quia nescio hominem istum quem dicitis. Et statim gallus iterum cantauit. Et recordatus est petrus verbi quod dixerat ihesus. Priusquam gallus bis vocem dederit: ter me negabis. Et cepit flere. Et mox mane/facto consilio/tenentes ihesum: duxerunt et tradiderunt pilato. Et interrogauit eum pilatus. Tu es rex iudeoꝛum? At ille respondens/ait illi. ✠ Tu dicis. Et accusabant eum principes sacerdotum in multis. Pilatus autem rursum interrogauit eum dicens. Non respondes quicquam? Uide in quantis te accusant. Ihesus autem amplius nichil respondit: ita vt mirari pilatum. Per diem autem festum dimittebat eis vnum ex vinctis quem petierant. Erat autem qui dicebatur barrabas cum seditionis/qui in seditione fecerant homicidium. Et cum ascendisset turba/cepit rogare eum/sicut semper faciebat illis. Pilatus autem respondit eis/dicens. Uultis dimittam vobis regem iudeoꝛum? Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum principes sacerdotum. Sed pontifices concitauerunt turbam: vt magis barrabam dimitteret eis. Pilatus autem rursum ait illis. Quid ergo vultis faciam regi iudeoꝛum? At illi iterum clamauerunt. Crucifige eum. Pilatus autem dicebat illis. Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant. Crucifige eum. Et sic pilatus volens populo satisfacere/dimisit illis barrabam: et tradidit ihesum flagellis cedere/vt crucifigeretur. Milites autem duxerunt eum in atrium pretorii: et conuocant totam cohortem. Et induunt eum purpura: et imponunt capiti eius circumdantes spineam coronam quam fabricauerant. Et cepit salutare eum. Aue rex iudeoꝛum. Et percutiebant capud eius arundine: et conspuebant eum. Et ponentes genua adorabant eum. Et postquam illusissent ei/exuerunt eum purpura: et induerunt eum vestimentis suis. Et educunt eum vt crucifigerent eum. Et angariauerunt simonem cyrenensem patrem alexandri et rufi/venientem de villa/et hunc crucem eius tollere. Et perducunt eum in golgotha locum/qui dicitur caluarie/quod est interpretatum/locus caluarie. Et dabant ei bibere myrratum vinum: et non accepit. Et crucifigunt eum: et diuidunt vestimenta eius/mittentes sortem super eis quis quid tollat. Erat autem hora tertia: et crucifixerunt eum. Et erat titulus causae eius inscriptus. Rex iudeoꝛum. Et cum eo crucifigunt duos latrones: vnum a dextris/et alterum a sinistris eius. Et impletum est scriptura que dicit. Et cum iniquis reputatus est. Et transeuntes blasphemabant eum/mouentes capita sua et dicentes. Uah qui destruis templum dei: et in triduo reedificas/saluum fac temetipsum descendens de cruce. Similiter et principes sacerdotum illudentes/ad alterutrum cum scribis dicebant. Alios saluos fecit: seipsum non potest saluum facere. Christus rex israel descendat nunc de cruce: vt videamus et credamus. Et qui cum illo crucifixi erant/conuitiabantur ei. Et sexta hora facte sunt tenebre super vniuersam terram usque in horam nonam. Et hora nona/clamauit ihesus voce magna dicens. Heloy heloy lamazabathani? Quod est interpretatum. Deus deus meus/vt quid dereliquisti me? Et quidam astantium/audientes dicebant. Ecce helyam vocat iste. Et vnus currens/implens spongiam aceto/et circumponens arundini/potum dabat illi dicens. Sinite videamus an veniat helyas deponere eum. Ihesus autem emissa voce magna/expiravit. Et velum templi scissum est in duas partes a summo usque deorsum. Uidens autem centurio qui ex aduerso illius erat/quia sic clamans expiravit/dixit. Uere hic homo filius dei erat. Erant autem et mulieres de longe aspicientes: inter quas erat maria magdalene/et maria iacobi minoris et ioseph mater/et salome/que cum esset in galilea/sequebantur eum et ministrabant ei. Et alie multe que simul ascenderant hierosolymam. Et cum iam sero esset factum/quia erat parasceue/quod est ante sabbatum/venit ioseph ab arimathia nobilis decurio/qui et ipse erat expectans regnum dei/audacter introiuit ad pilatum/et petiit corpus ihesu. Pilatus autem mirabatur si iam obisset. Et accersito centurione/interrogauit eum si iam mortuus esset. Et cum didicisset a centurione/donauit ioseph corpus ihesu. Ioseph autem mercatus sindonem/et deposito eo/inuoluit sindone/et posuit eum in monumento suo/quod erat excisum de petra: et aduoluit saxum ad ostium monumenti. Maria autem magdalene/et maria ioseph/aspiciebant vbi poneretur. Et transacto sabbato/maria magdalene/et maria iacobi/et salome/emerunt aromata/vt venientes vngerent ihesum. Et valde mane vna sabbatoꝛum/veniunt ad monumentum/orto iam sole. Et dicebant ad inuicem. Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes/viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentum/viderunt iuuenem sedentem in dextris/coopertum stola candida: et obstupuerunt. Qui dicit illis. Nolite expauescere. Ihesum quaeritis nazarenum crucifixum? Surrexit: non est hic. Ecce locus vbi posuerunt eum. Sed ite/dicite discipulis eius et petro/quia pꝛecedit vos in galileam: ibi eum videbitis sicut dixit vobis. Et exeuntes fugerunt de monumento: tenebat enim eas tremoꝛ et pauoꝛ: et nemini dixerunt timebant enim. Surgens autem ihesus mane prima sabbatoꝛum/apparuit primo marie magdalene/de qua ejecerat septem demonia. Illa abiit nunciauit his qui cum eo fuerant/lugentibus et flentibus. Et illi cum audissent quia viueret/et apparuisset ei/non crediderunt. Post hec autem duobus ex illis ambulantibus/ambulabat ihesus in alia effigie/euntibus in villam. Et illi nunciauerunt ceteris/nec illis quidem credidere. Postea recumbentibus illis undecim/apparuit ihesus. Et exprobauit incredulitatem eoꝛum/et duritiam cordis: quia his qui viderant eum resurrexisse/non credidissent. Et dixit eis. ✠ Euntes in mundum vniuersum/pꝛedicate euangelium omni creature. Qui crediderit et baptizatus fuerit/saluus erit. Qui autem non credit/condemnabitur. Signa autem eos qui credunt/hec sequentur. In nomine meo demonia eicient: linguis loquentur nouis. Serpentes tollent: et si mortiferum quid biberint/non eis nocebit. Super egros manus imponent/et bene habebunt. Et dominus quidem ihesus postquam locutus est eis/assumptus est in celum: et sedet a dextris dei. Illi autem profecti/pꝛedicauerunt vbique/domino cooperante/et sermonem confirmante/sequentibus signis. Amen. Credo. Offertorium.

DOmine ihesu christe rex glorie libera animas omnium fidelium defunctorum de manu inferni: et de profundo lacu: libera eas de ore leonis: ne absorbeat eas tartarus: ne cadant in obscurum: sed signifer sanctus michael repreasentet eas in lucem sanctam: quam olim abrahe promisisti et semini eius. Secreta.

HOstias tibi domine laudis offerimus: quas et pro nostra pꝛius redemptione/et pro eoꝛum quoꝛum hodie memoꝛiam celebramus/ut transeant ad vitam/tribuas benignus assumi. Per dñm. Pꝛefatio Qui coꝛpoꝛali ieiunio. Cōto. Erubescāt et reuereantur simul qui gratulantur malis meis: induantur pudoꝛe ⁊ reuerentia/qui maligna loquūtur aduersum me. Postcōmunio.

PRebeant nobis dñe diuinum tua sancta feruoꝛē: quo eoꝛū pariter ⁊ actu delectemur: et gustu. Per dñm. Super populū. Oꝛem⁹. Humiliate capita vestra deo. Oꝛatio.

ADiuua nos de⁹ salutaris noster: ⁊ ad beneficia recolenda quibus nos instaurare dignat⁹ es: tribue venire gaudentes. Per dominū nostrum. ¶ Feria quarta post ramospalmarum. Introitus.

VOs autem gloꝛiari opoꝛtet in cruce domini nostri ihesu xpi in quo est sal⁹/vita/ ⁊ resurrectio nostra: per quem saluati et liberati sumus. ℘s. Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos: ⁊ misereatur nostri. Non dicitur Gloꝛia pēi. Oꝛemus. Flectamus genua/leuate. Oꝛatio.

OMnipotens sempiterne deus da nobis ita dominice passionis sacramenta peragere: vt indulgētiam cōsequi mereamur. Per dñm. ¶ Lectio Hieremie pꝛophete. xi.

IN diebus illis. Dixit hieremias. Dñe demōstrasti mihi: et cognoui. Tu ostendisti mihi studia eoꝛum. Et ego quasi agn⁹ mansuetus qui poꝛtatur ad victimam: ⁊ non cognoui: quia cogitauerunt super me cōsilia dicētes. Mittam⁹ lignū in panē eius: ⁊ eradam⁹ eum de terra viuētium: ⁊ nomen ei⁹ non memoꝛetur amplius. Tu autē dñe sabaoth/qui iudicas iuste: et pbas renes ⁊ coꝛda: videam vltionē tuā ex eis. Tibi enim reuelaui causam meam: dñe de⁹ meus. ℟. Ego autē dum mihi molesti essent/induebam me cilicio: et humiliabam in ieiunio animam meam: ⁊ oꝛatio mea in sinu meo conuertetur. ℣. Judica dñe nocentes me: expugna impugnantes me: appꝛehende arma et scutum et exurge in adiutoꝛium mihi.

¶ Passio domini nostri ihesu christi Secundum Marcum. xiiij.

IN illo tēpoꝛe. c. Erat pascha et azima post biduum: ⁊ quoꝛebant summi sacerdotes et scribe: quomodo ihesum dolo tenerēt ⁊ occiderent. Dicebāt enim. s. Non in die festo. c. Ne foꝛte tumultus fieret in populo. Et cū esset ihesus bethanie in domo symonis lepꝛosi/⁊ recumberet: venit mulier habens alabastrum vnguēti nardi spicati pciosi: ⁊ fracto alabastro/effudit super caput eius. Erant autē quidam indigne ferentes intra semetipsos: ⁊ dicētes. s. Ut qd perditio ista vnguēti facta est? Poterat enim vnguētum istud venūdari plusq̄ trecentis denarijs: ⁊ dari pauperibus. c. Et fremebant in eam. Jesus autem dixit. ✠ Sinite eam. Quid illi molesti estis? Bonum opus operata est in me. Sēper enim pauperes habebitis vobiscū: ⁊ cū volueritis potestis illis benefacere: me autē semp non habebitis. Quod habuit hec fecit: pꝛeuenit vngere coꝛpus meū in sepulturā. Amen dico vobis: vbicūq̄ pꝛedicatū fuerit euangelium istud in vniuerso mūdo: ⁊ quod fecit hec narrabitur in memoꝛiā eius. c. Et iudas scariothis vnus de duodecim/ abiit ad sūmos sacerdotes: vt pꝛoderet eum illis. Qui audientes/gauisi sunt: ⁊ pmiserūt ei pecuniam se daturos. Et querebat/quomodo opoꝛtune illum traderet. Et pꝛimo die azimoꝛum quādo pascha immolabant: dicunt ei discipuli. s. Quo vis eamus ⁊ paremus tibi vt manduces pascha? c. Et mittit duos ex discipulis suis: ⁊ dixit illis. ✠ Ite in ciuitatē: et occuꝛret vobis homo lagenam aque baiulās. Sequimini eum: ⁊ quocūq̄ introierit/dicite domino domus: quia magister dicit. Ubi est refectio mea: vbi pascha cū discipulis meis manducem. Et ipse vobis demōstrabit cenaculū grāde stratum: et illic parate nobis. c. Et abierunt discipuli eius: ⁊ venerunt in ciuitatē: ⁊ inuenerunt sicut dixerat illis: ⁊ parauerūt pascha. Uespere autē facto: venit cum duodecim. Et discūbentibus eis ⁊ manducantibus: ait ihesus. ✠ Amen dico vobis: quia vnus ex vobis tradet me: qui manducat mecum. c. At illi ceperunt contristari: ⁊ dicere ei singillatim. s. Nunquid ego? c. Qui ait illis. ✠ Un⁹ ex duodecim: qui intingit mecum manū in catino. Et filius quidem hominis vadit: sicut scriptū est de eo. Ue autem homini illi per quē filius hominis tradetur. Bonū erat ei: si nō esset nat⁹ homo ille. c. Et manducātibus illis: accepit ihesus panē: ⁊ benedicens fregit: et dedit eis/et ait. ✠ Sumite/hoc est coꝛp⁹ meum. c. Et accepto calice: gratias agens dedit eis: ⁊ biberūt ex illo oēs. Et ait illis. ✠ Hic est sanguis meus noui testamenti: qui pꝛo multis effundetur. Amē dico vobis: quod iam non bibam de genimine vitis: vsq̄ in diem illum/ cum illud bibam nouū in regno dei. c. Et hymno dicto: exierūt in mōtē oliuarū. Et ait illis ihesus. ✠ Oēs scandalizabimini in nocte ista: quia scriptū est. Percutiam pastoꝛem et dispergētur oues. Sed postq̄ resurrexero: pcedā vos in galileā. c. Petrus autem ait illi. s. Et si omnes scandalizati fuerint: sed non ego. c. Et ait illi ihesus. ✠ Amen dico tibi: quia tu hodie in nocte hac pⁿsq̄ gallus bis vocem dederit: ter me es negaturus. t. At ille amplius loquebatur. s. Et si oꝛtuerit me simul cōmoꝛi tibi: non te negabo. c. Similiter autē ⁊ omnes dicebant. Et veniunt in pꝛedium cui nomē gethsemani: ⁊ ait discipulis suis. ✠ Sedete hic donec oꝛem. c. Et assumit petrum ⁊ iacobū ⁊ iohānem secum: ⁊ cepit pauere ⁊ tedere. Et ait illis. ✠ Tristis est anima mea vsq̄ ad moꝛtem. Sustinete hic: et vigilate. c. Et cū pꝛocessisset paululū/pꝛocidit super terram: ⁊ oꝛabat vt si fieri posset trāsiret ab eo hoꝛa. Et dixit. ✠ Abba pater/omnia tibi possibilia sunt: transfer calicem hūc a me. Sed non quod ego volo: sed qō tu. c. Et venit/⁊ inuenit eos doꝛmientes. Et ait petro. ✠ Symon doꝛmis? Nō potuisti vna hoꝛa vigilare. Uigilate ⁊ oꝛate: vt non intretis in tēptationem. Spiritus qdē pꝛomptus est/caro autem infirma. c. Et iterum abiens: oꝛauit eundem sermonem dicens. Et reuersus denuo: inuenit eos doꝛmientes. Erāt enim oculi eoꝛū grauati: ⁊ ignoꝛabāt qd ꝛespondereut ei. Et venit tertio: et ait illis. ✠ Doꝛmite iā: ⁊ requiescite. Sufficit. Uenit hoꝛa: ecce filius hominis tradetur in man⁹ peccatoꝛū. Surgite/eamus. Ecce qui me tradet pꝛope est. c. Et adhuc eo loquēte venit iudas scarioth vnus de duodecim: ⁊ cum eo turba multa: cum gladijs ⁊ lignis: missi a summis sacerdotibus et scribis: et senioꝛibus. Dederat autem tradito⁹ eis signum dicens. s. Quēcūq̄ osculat⁹ fuero: ipse est tenete eum/⁊ ducite caute. c. Et cum venisset: statim accedens ad eum/ait. s. Aue rabbi. c. Et osculatus eum. Qui dixerunt ei. ✠ Rabbi rabbi. Et posuerunt manus in eum: et tenuerunt eum. Unus autem quidam de astantibus/educens gladium: percussit seruum principis sacerdotis: et abscidit auriculam eius. Et respondens ihesus/ait. ✠ Tanquam ad latronem existis cum gladijs et lignis comprehendere me? Quotidie apud vos sedebam docens in templo: et non me tenuistis. Sed vt impleantur scripture. Tunc discipuli eius relicto eo/fugerunt omnes. Et quidam adolescens/sequebatur eum: amictus sindone super nudo: et tenuerunt eum adolescentes. Qui relicta sindone/nudus effugit ab eis. Et abduxerunt ihesum ad caiphā pontificem: et congregati sunt pontifices et scribe et seniores. Et petrus a longe secutus est eum: vsq̄ intus in atrium principis sacerdotis: et sedebat cum ministris/et calefaciebat ad lumen. Principes autem sacerdotum et omne consilium/querebant aduersus ihesum testimonium vt eum morti traderent: et non inuenerunt. Multi enim falsum testimonium dicebant aduersus eum: et conueniebant testimonia eoꝛum. Et quidam surgentes/falsum testimonium dicebant aduersus eum/dicentes. Quoniam nos audiuimus eum dicentem. Quia ego destruam templum hoc manufactum: et per triduum aliud non manufactum edificabo. Et nec sic inueniebatur testimonium eoꝛum. Et exurgens pontifex in medium/interrogauit ihesum dicens. Nichil respondes ad ea que aduersum te testificantur isti? Ihesus autem tacebat. Et nichil respondit. Iterum pontifex interrogabat eum. Et dicit ei. Tu es christus filius dei benedicti? Ihesus autem dixit illi. ✠ Ego sum. Et videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis dei: et venientem cum nubibus celi. Pontifex autem scindens tunicas suas/ait. Quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? Qui omnes condemnauerunt eum esse reum mortis. Et ceperunt quidam conspuere eum: et velare faciem eius: et colaphis eum cedere. Et dicere ei. Prophetiza nobis christe: quis est qui te percussit? Et seruuli alapis eum cedebant. Et cum petrus esset deorsum in atrio/venit una ancilla principis sacerdotum. Et cum vidisset petrum calefacientem se/intuita eum dixit. Et tu cum nazareno eras ihesu. Et negauit dicens. Neque scio neque noui: neque quid dicis intelligo. Et exiit foras ante atrium: et gallus cantauit. Et ancilla iterum videns eum/cepit dicere astantibus. Quia hic ex illis est. Et iterum negauit. Et post pusillum rursus qui astabant dicebant petro. Uere ex illis es: nam et galileus es: et loquela tua similis est. Ipse autem cepit anathematizare et iurare. Quia nescio hominem istum quem dicitis. Et statim gallus iterum cantauit. Et recordatus est petrus verbi quod dixerat ihesus. Priusquam gallus bis vocem dederit: ter me negabis. Et cepit flere. Et mox mane/facto consilio/tenentes ihesum: duxerunt et tradiderunt pilato. Et interrogauit eum pilatus. Tu es rex iudeoꝛum? At ille respondens/ait illi. ✠ Tu dicis. Et accusabant eum principes sacerdotum in multis. Pilatus autem rursum interrogauit eum dicens. Non respondes quicquam? Uide in quantis te accusant. Ihesus autem amplius nichil respondit: ita vt mirari pilatum. Per diem autem festum dimittebat eis vnum ex vinctis quem petierant. Erat autem qui dicebatur barrabas cum seditionis/qui in seditione fecerant homicidium. Et cum ascendisset turba/cepit rogare eum/sicut semper faciebat illis. Pilatus autem respondit eis/dicens. Uultis dimittam vobis regem iudeoꝛum? Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum principes sacerdotum. Sed pontifices concitauerunt turbam: vt magis barrabam dimitteret eis. Pilatus autem rursum ait illis. Quid ergo vultis faciam regi iudeoꝛum? At illi iterum clamauerunt. Crucifige eum. Pilatus autem dicebat illis. Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant. Crucifige eum. Et sic pilatus volens populo satisfacere/dimisit illis barrabam: et tradidit ihesum flagellis cedere/vt crucifigeretur. Milites autem duxerunt eum in atrium pretorii: et conuocant totam cohortem. Et induunt eum purpura: et imponunt capiti eius circumdantes spineam coronam quam fabricauerant. Et cepit salutare eum. Aue rex iudeoꝛum. Et percutiebant capud eius arundine: et conspuebant eum. Et ponentes genua adorabant eum. Et postquam illusissent ei/exuerunt eum purpura: et induerunt eum vestimentis suis. Et educunt eum vt crucifigerent eum. Et angariauerunt simonem cyrenensem patrem alexandri et rufi/venientem de villa/et hunc crucem eius tollere. Et perducunt eum in golgotha locum/qui dicitur caluarie/quod est interpretatum/locus caluarie. Et dabant ei bibere myrratum vinum: et non accepit. Et crucifigunt eum: et diuidunt vestimenta eius/mittentes sortem super eis quis quid tollat. Erat autem hora tertia: et crucifixerunt eum. Et erat titulus causae eius inscriptus. Rex iudeoꝛum. Et cum eo crucifigunt duos latrones: vnum a dextris/et alterum a sinistris eius. Et impletum est scriptura que dicit. Et cum iniquis reputatus est. Et transeuntes blasphemabant eum/mouentes capita sua et dicentes. Uah qui destruis templum dei: et in triduo reedificas/saluum fac temetipsum descendens de cruce. Similiter et principes sacerdotum illudentes/ad alterutrum cum scribis dicebant. Alios saluos fecit: seipsum non potest saluum facere. Christus rex israel descendat nunc de cruce: vt videamus et credamus. Et qui cum illo crucifixi erant/conuitiabantur ei. Et sexta hora facte sunt tenebre super vniuersam terram usque in horam nonam. Et hora nona/clamauit ihesus voce magna dicens. Heloy heloy lamazabathani? Quod est interpretatum. Deus deus meus/vt quid dereliquisti me? Et quidam astantium/audientes dicebant. Ecce helyam vocat iste. Et vnus currens/implens spongiam aceto/et circumponens arundini/potum dabat illi dicens. Sinite videamus an veniat helyas deponere eum. Ihesus autem emissa voce magna/expiravit. Et velum templi scissum est in duas partes a summo usque deorsum. Uidens autem centurio qui ex aduerso illius erat/quia sic clamans expiravit/dixit. Uere hic homo filius dei erat. Erant autem et mulieres de longe aspicientes: inter quas erat maria magdalene/et maria iacobi minoris et ioseph mater/et salome/que cum esset in galilea/sequebantur eum et ministrabant ei. Et alie multe que simul ascenderant hierosolymam. Et cum iam sero esset factum/quia erat parasceue/quod est ante sabbatum/venit ioseph ab arimathia nobilis decurio/qui et ipse erat expectans regnum dei/audacter introiuit ad pilatum/et petiit corpus ihesu. Pilatus autem mirabatur si iam obisset. Et accersito centurione/interrogauit eum si iam mortuus esset. Et cum didicisset a centurione/donauit ioseph corpus ihesu. Ioseph autem mercatus sindonem/et deposito eo/inuoluit sindone/et posuit eum in monumento suo/quod erat excisum de petra: et aduoluit saxum ad ostium monumenti. Maria autem magdalene/et maria ioseph/aspiciebant vbi poneretur. Et transacto sabbato/maria magdalene/et maria iacobi/et salome/emerunt aromata/vt venientes vngerent ihesum. Et valde mane vna sabbatoꝛum/veniunt ad monumentum/orto iam sole. Et dicebant ad inuicem. Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes/viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentum/viderunt iuuenem sedentem in dextris/coopertum stola candida: et obstupuerunt. Qui dicit illis. Nolite expauescere. Ihesum quaeritis nazarenum crucifixum? Surrexit: non est hic. Ecce locus vbi posuerunt eum. Sed ite/dicite discipulis eius et petro/quia pꝛecedit vos in galileam: ibi eum videbitis sicut dixit vobis. Et exeuntes fugerunt de monumento: tenebat enim eas tremoꝛ et pauoꝛ: et nemini dixerunt timebant enim. Surgens autem ihesus mane prima sabbatoꝛum/apparuit primo marie magdalene/de qua ejecerat septem demonia. Illa abiit nunciauit his qui cum eo fuerant/lugentibus et flentibus. Et illi cum audissent quia viueret/et apparuisset ei/non crediderunt. Post hec autem duobus ex illis ambulantibus/ambulabat ihesus in alia effigie/euntibus in villam. Et illi nunciauerunt ceteris/nec illis quidem credidere. Postea recumbentibus illis undecim/apparuit ihesus. Et exprobauit incredulitatem eoꝛum/et duritiam cordis: quia his qui viderant eum resurrexisse/non credidissent. Et dixit eis. ✠ Euntes in mundum vniuersum/pꝛedicate euangelium omni creature. Qui crediderit et baptizatus fuerit/saluus erit. Qui autem non credit/condemnabitur. Signa autem eos qui credunt/hec sequentur. In nomine meo demonia eicient: linguis loquentur nouis. Serpentes tollent: et si mortiferum quid biberint/non eis nocebit. Super egros manus imponent/et bene habebunt. Et dominus quidem ihesus postquam locutus est eis/assumptus est in celum: et sedet a dextris dei. Illi autem profecti/pꝛedicauerunt vbique/domino cooperante/et sermonem confirmante/sequentibus signis. Amen. Credo. Offertorium.

DOmine ihesu christe rex glorie libera animas omnium fidelium defunctorum de manu inferni: et de profundo lacu: libera eas de ore leonis: ne absorbeat eas tartarus: ne cadant in obscurum: sed signifer sanctus michael repreasentet eas in lucem sanctam: quam olim abrahe promisisti et semini eius. Secreta.

HOstias tibi domine laudis offerimus: quas et pro nostra pꝛius redemptione/et pro eoꝛum quoꝛum hodie memoꝛiam celebramus/ut transeant ad vitam/tribuas benignus assumi. Per dñm. Pꝛefatio Qui coꝛpoꝛali ieiunio. Cōto. Erubescāt et reuereantur simul qui gratulantur malis meis: induantur pudoꝛe ⁊ reuerentia/qui maligna loquūtur aduersum me. Postcōmunio.

latus est eum. At illi manus iniecerunt in iesum: et tenuerunt eū. Unus autem quidam de circunstantibus/ educens gladium percussit seruum summi sacerdotis et amputauit illi auriculam. Et respondens iesus ait illis. ✠. Tanq̄ ad latronem existis cum gladijs ⁊ lignis comprehendere me. Quotidie eram apud vos in templo docens: ⁊ non me tenuistis. Sed vt impleātur scripture. c. Tūc discipuli eius relinquentes eū omnes fugerunt. Adolescens autē quidam sequebatur eum: amictus syndone super nudo: ⁊ tenuerunt eum. At ille relicta syndone: nudus profugit ab eis. Et adduxerunt iesum ad summum sacerdotem: et conuenerunt omnes sacerdotes/ et scribe/ et seniores. Petrus autem a longe secutus est eum: vsq̄ intro in atriū summi sacerdotis. Et sedebat cum ministris ad ignem: et calefaciebat se. Summi vero sacerdotes ⁊ omne consilium: querebant aduersus iesum testimoniū: vt eum morti traderent. Nec inueniebāt. Multi enī falsum testimoniū dicebant aduersus eum: ⁊ conuenientia testimonia non erant. Et quidā surgentes/ falsum testimonium ferebāt aduersus eum dicentes. s. Quoniam nos audiuimus eum dicentē. Ego dissoluā templum hoc manufactum: et post triduum: aliud non manufactū edificabo. c. Et non erat conueniēs testimonium illorum. Exurgens autem summus sacerdos in mediū: interrogauit iesum dicens. s. Non respondes quicq̄ ad ea que tibi obijciuntur ab his? c. Ille autem tacebat: et nihil respondit. Rursum sūmus sacerdos interrogabat eum: et dixit ei. s. Tu es christus filius dei benedicti? c. Jesus autem dixit illi. ✠. Ego sum. Et videbitis filiū hominis sedentē a dextris virtutis dei ⁊ venientē cum nubibus celi. c. Scissus autem sacerdos scindens vestimenta sua: ait. s. Quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? c. Qui omnes condēnauerūt eum esse reū mortis. Et ceperunt quidā conspuere eum: et velare faciem eius: et colaphis eū cedere: ⁊ dicere ei. s. Prophetiza. c. Et ministri alapis eū cedebant. Et cum esset petrus in atrio deorsum: venit vna ex ancillis summi sacerdotis. Et cum vidisset petrum calefacientem se: aspiciens illum ait. s. Et tu cum iesu nazareno eras. c. At ille negauit dicēs. s. Neq̄ scio: neq̄ noui quid dicas. c. Et exiit foras ante atrium: et gallus cantauit. Rursus autem cum vidisset illum ancilla: cepit dicere circunstantibus quia hic ex illis est. At ille iterum negauit. Et post pusillū: rursus qui astabant dicebant petro. s. Vere ex illis es: nam ⁊ galileus es. c. Ille autem cepit anathematizare et iurare: quia nescio hominē istum quē dicitis. Et statim iterū gallus cantauit. Et recordatus est petrus verbi quod dixerat ei iesus. Priusq̄ cantet gallus bis/ ter me negabis. Et cepit flere. Et cōfestim mane cōsilium facientes summi sacerdotes cum senioribus/ et scribis/ ⁊ vniuerso consilio: vincientes iesum: duxerunt ⁊ tradiderunt pylato. Et interrogauit eum pylatus. s. Tu es rex iudeorum? c. At ille respondens ait illi. ✠. Tu dicis. c. Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. Pylatus autē rursum interrogauit eū dicens. s. Non respondes quicq̄? Vide in quantis te accusant? c. Jesus autem amplius nihil respōdit: ita vt miraretur pylatus. Per diem autē festum solebat dimittere illis vnū ex vinctis/ quēcunq̄ petissent. Erat autē qui dicebatur barrabas: qui cū seditiosis erat vinctus: qui in seditione fecerat homicidiū. Et cū

ascendisset turba: cepit rogare sicut semper faciebat illis. Pylatus aūt respondit eis: et dixit. s. Vultis dimittā vobis regē iudeorū? c. Sciebat enim q̄ per inuidiā tradidissent eum summi sacerdotes. Pontifices autem concitauerūt turbam vt magis barrabam dimitteret eis. Pylatus autē iterum respōdens ait illis. s. Quid ergo vultis faciam regi iudeorum? c. At illi iterum clamauerunt. s. Crucifige eum. c. Pylatus vero dicebat eis. s. Quid enim mali fecit? c. At illi magis clamabant. s. Crucifige eum. c. Pylatus autem volens populo satisfacere/ dimisit illis barrabā: et tradidit iesum flagellis cesum/ vt crucifigeretur. Milites aūt duxerunt eū intro in atriū pretorij. Et conuocant totā cohortē et induunt eum purpura: et imponunt ei plectentes spineam coronā: et ceperūt salutare eum. s. Aue rex iudeorum. c. Et percutiebant caput eius arundine: ⁊ conspuebant in eū ⁊ ponentes genua adorabant eum. Et postq̄ illuserunt ei: exuerunt eū purpura: et induerunt illum vestimentis suis: ⁊ educunt illum vt crucifigerent eum. Et angariauerunt prætereūtem quemptam simonem cyreneum venientem de villa/ patrem alexādri et rufi: vt tolleret crucem eius. Et perducūt illum in golgotha locum/ quod est interpretatum caluarie locus. Et dabant ei bibere myrratum vinum: et non accepit. Et crucifigentes eum: diuiserūt vestimenta eius mittentes sortem sup eis quis quid tolleret. Erat autem hora tertia: et crucifixerunt eū. Et erat titulus cause eius inscriptus rex iudeorum. Et cum eo crucifigūt duos latrones vnum a dextris/ ⁊ alium a sinistris eius. Et adimpleta est scriptura que dicit: et cū iniquis reputatus est. Et prætereūtes blasphemabant eum: mouentes capita sua et dicētes. s. Vach qui destruis templum dei: et in tribus diebus reedificas? Saluū fac temetipsum: de descendens de cruce. c. Similiter et summi sacerdotes illudentes ad alterutrum: cum scribis dicebant. s. Alios saluos fecit: seipsum non potest saluum facere. Christus rex israel: descendat nunc de cruce: vt videamus ⁊ credamus ei. c. Et qui cū eo crucifixi erant conuiciabantur ei. Et facta hora sexta: tenebre facte sunt per totam terram/ vsq̄ in horam nonā. Et hora nona: exclamauit iesus voce magna dicēs. ✠. Heloy heloy: lamazabathani. c. Quod est interpretatū. Deus meus/ deus meus: vt quid dereliquisti me? Et quidam de circunstantibus audientes/ dicebant. s. Ecce helyam vocat. c. Currens autem vnus/ et impleus spongiā aceto: circūponensq̄ calamo/ potum dedit ei dicens. s. Sinite videamus si veniat helyas ad deponendum eum. c. Jesus autem emissa voce magna: expirauit. Prostratio. Et velum templi scissum est in duo: a summo vsq̄ deorsum. Videns autem centurio qui ex aduerso stabat: quia sic clamans expirasset/ ait. s. Vere hic homo filius dei erat. c. Erant autem ibi et mulieres de longe aspicientes. Inter quas erat maria magdalene/ ⁊ maria iacobi minoris: et ioseph mater ⁊ salome. Et cū essent in galilea sequebantur eum/ ⁊ ministrabant ei. Et alie multe que simul cū eo ascenderāt hierosolymā. Hic legit in tono euāgelij. Et cū iam sero esset factū quia erat parasceue/ qđ est ante sabbatum: venit ioseph ab arimathia nobilis decurio: qui et ipse erat expectans regnum dei. Et audacter introiuit ad pylatum: ⁊ petijt corpus iesu. Pylatus autem mirabatur/ si iam obijsset. Et accersito centurione interrogauit eū/ si iā mortuus esset

Et cum cognouisset a centurione donauit corpus ioseph. Joseph autem mercatus syndonē: & deponens eū/ inuoluit syndone: et posuit eum in monumento/quod erat excisum de petra. Et aduoluit lapidē: ad ostiū monumenti. Offr. Custodi me dñe de manu peccatoris: et ab hominib⁹ iniquis eripe me dñe.

Secreta.

Sacrificia nos q̄s dñe ppensi⁹ ista restaurēt: que medicinalibus sunt instituta ieiunijs. Per do. Prefatio. Qui corpali. Cōmunio. Aduersum me exercebātur qui sedebāt in porta: & in me psallebāt q̄ bibebāt vinū: ego vero orationē meā ad te dñe: tēpus beneplaciti deus in multitudine mie tue. Postcōio.

Sanctificationibus tuis omps deus: & vitia nostra purgētur: et remedia nobis sempiterna prouentiāt. P do. Sup populū. Oremus. Humiliate capita vestra deo. Oio.

Tua nos mia deus: & ab omni surreptione vetustatis expurget et capaces sancte nouitatis efficiat. Per dñm. ℭ Feria quarta post ramispalmarum. Introitus.

In nomine dñi omne genu flectatur celestiū/ terrestriū/ et infernoꝝ/quia dñs factus est obediens vsq; ad mortē/ mortē autē crucis: ideo dñs iesus christ⁹ in gloria est dei patris. ℣. Dñe exaudi orationē meā: et clamor meus ad te veniat. Non dicitur. Gloria patri. Oremus. Flectamus genua leuate. Oratio.

Presta quesumus omps deus vt qui nostris excessibus incessanter affligimur: per vnigeniti tui passionē liberemur. Qui tecum. ℭ Lectio ysaie pphete. lxij. & lxiij.

Hec dicit dominus deus. Dicite filie syō. Ecce saluator tuus venit: ecce merces eius cū eo & opus eius corā illo. Et vocabunt eos populus sanctus redempti a domino. Tu autē vocaberis quesita ciuitas et non derelicta. Quis est iste qui venit de edō tinctis vestibus de bosra? Iste formosus in stola sua: gradiēs i multitudine fortitudinis sue. Ego qui loquor iusticiam: et propugnator sum ad saluandum. Quare ergo rubrum est indumentum tuum: et vestimenta tua sicut calcantium in torcular? Torcular calcaui solus: et de gentibus non est vir mecum. Calcaui eos in furore meo: et conculcaui eos in ira mea. Et aspersus est sanguis eorū super vestimenta mea: et omnia indumēta mea inquinaui. Dies enim vltionis in corde meo: annus retributiōis mee venit. Circūspexi et non erat auxiliator: quesiui et non fuit qui adiuuaret: et saluauit mihi brachiū meum et indignatio mea ipsa auxiliata est mihi. Et conculcaui populos in furore meo: et inebriaui eos indignatione mea: et detraxi in terram virtutem eorum. Miserationū dñi recordabor: laudem dñi annunciabo: super omnia que reddidit nobis: dominus deus noster. ℟. Ne auertas faciem tuam a puero tuo: quoniam tribulor velociter exaudi me. ℣. Saluum me fac deus/quoniam intrauerunt aque vsq; ad animam meam: infixus sum in limo profundi/ & nō est substantia. Oremus. Flectamus genua/leuate. Oratio.

Deus qui pro nobis filiū tuū crucis patibulum subire voluisti: vt inimici a nobis expelleres potestatem: concede nobis famulis tuis: vt resurrectionis gratiam consequamur. Per eundem dominum. ℭ Lectio ysaie prophete. liij.

In diebus illis. Dixit ysaias. Dñe: quis credidit auditui nostro: et brachium dñi cui reuelatum est? Et ascendet sicut virgultum coram eo: & sicut radix de terra sitiēti. Et non est species ei/neq; decor: et vidimus eum/& non erat aspectus. Et desiderauimus eū despectum: et nouissimum virorū: virū dolorum & scientem infirmitatem. Et quasi absc̄ditus vultus eius: & despect⁹. Unde nec reputauimus eum. Vere languores nostros ipse tulit: et dolores nostros ipse portauit. Et nos reputauimus eū quasi leprosum et percussum a deo & humiliatū. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est ppter scelera nostra. Disciplina pacis nostre super eum: & liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauimus: vnusquisq; in viam suā declinauit. Et dñs posuit in eo iniquitatem omnium nostrū. Oblat⁹ est/ quia ipse voluit: et non aperuit os suum. Sicut ouis ad occisionē ducetur: & quasi agn⁹ coram tondente se obmutescet: & non aperiet os suum. De angustia & de iudicio sublatus est. Generationē eius quis enarrabit? Quia abscisus est de terra viuentium. Propter scel⁹ populi mei percussi eū: & dabit impios p sepultura: & diuites pro morte sua. Eo q̄ iniquitatem non fecerit: neq; dolus fuerit in ore ei⁹. Et dñs voluit conterere eū: in infirmitate. Si posuerit p peccato animā suā: videbit semen lōgeuū: & voluntas dñi i manu ei⁹ dirigetur. Pro eo q̄ tradidit in mortē aiam suā: et cū sceleratis reputat⁹ est. Et ipse peccatū multorū tulit: et p transgressoribus orauit vt nō perirēt. Dicit dñs omps. Tract⁹.

Domine exaudi orationē meā: et clamor meus ad te veniat. ℣. Nō auertas faciē tuā a me i quacūq; die tribulor inclina ad me aurē tuā. ℣. In quacūq; die inuocauero te/ velociter exaudi me. ℣. Quia defecerūt sicut fum⁹ dies mei: & ossa mea sicut in frigore cōfrixa sunt. ℣. Percuss⁹

sum sicut fenū & aruit cor meū: quia oblitus sum comedere panē meū. ℣. Tu exurgēs dñe miserebe ris syon: q̄a venit tēp⁹ miserēdi ei⁹. Tract⁹.

Domine nō secūdū peccata nostra que fecim⁹ nos: neq; secūdum iniq̄tates nostras retribuas nobis. ℣. Dñe ne memineris iniq̄tatū nostrarū antiquarū: cito anticipent nos misericordie tue: quia pauperes facti sum⁹ nimis. ℣. Adiuua nos de⁹ salutaris noster: & ppter gloriā nominis tui dñe libera nos: & propici⁹ esto peccatis nr̄is ppter nomē tuū.

℣ Passio domini nostri iesu christi. Secundum Lucam. xxij.

In illo tempore. Appropinquabat dies fest⁹ azimorum qui dicitur pascha: & querebāt principes sacerdotum & scribe quomodo iesum interficerēt. Timebant vero plebem. Intrauit autē satanas in iudam q̄ cognominabatur scarioth vnū de duodecim: & abijt & locutus est cū principibus sacerdotū/ & magistratib⁹: quemadmodū illū traderet eis. Et gauisi sunt: & pacti sunt pecuniā illi dare. Et spopondit. Et querebat oportunitatē: vt traderet illum sine turbis. Uenit autē dies azimorū: in qua necesse erat occidi pascha. Et misit petrū et iohānem dicens. ✠ Euntes parate nobis pascha: vt māducemus. ℭ At illi dixerunt. ℣. Ubi vis paremus? ℭ Et dixit ad eos. ✠ Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem: occurret vobis homo amphoram aque portans. Sequimini eū in domum in quam intrat: et dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi magister. Ubi est diuersorium: vbi pascha cū discipulis meis māducē? Et ipse vobis ostendet cenaculum magnum stratum: & ibi parate. ℭ Euntes autem inuenerunt sicut dixit illis: & parauerūt pascha. Et cum facta esset hora discubuit & duodecim apostoli cum eo.

Et ait illis. ✠ Desiderio desideraui hoc pascha mãducare vobiscum/ anteꝙ patiar. Dico enim vobis: qꝛa ex hoc non manducabo illud: donec impleatur in regno dei. c. Et accepto calice: gꝛas egit & dixit. ✠ Accipite: & diuidite inter vos. Dico enĩ vobis: ꝙ non bibam de generatione vitis donec regnũ dei veniat. c. Et accepto pane: gratias egit & fregit: & dedit eis dicens. ✠ Hoc est coꝛpꝰ meum quod pꝛo vobis datur. Hoc facite in meam cõmemoꝛationem. c. Similiter & calicem: postꝙ cenauit dicens. ✠ Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo: qui pꝛo vobis effundetur. Uerũtamen ecce manus tradentis me: mecum est in mensa. Et quidẽ filius hominis secũdum quod diffinitũ est/ vadit. Uerũtamen ve homini illi: per quem tradetur. c. Et ipsi ceperunt querere inter se: quis esset ex eis qui hoc facturus esset. Facta est autem & contentio inter eos: quis eoꝛũ videretur esse maioꝛ. Dixit autem eis. ✠ Reges gẽtium dominantur eorum: & qui potestatem habẽt super eos/ benefici vocantur. Uos autem non sic. Sed qui maioꝛ est in vobis: fiat sicut iunioꝛ. Et qui pcelloꝛ est: sicut ministratoꝛ. Nam quis maioꝛ est: qui recumbit an qui ministrat? Nonne qui recũbit? Ego autem in medio vestrum sum: sicut qui ministrat. Uos autem estis qui permansistis mecum in tẽtationibus meis. Et ego dispono vobꝭ sicut disposuit mihi pater meus regnũ: vt edatis & bibatis super mẽsam meam in regno meo: & sedeatis super thꝛonos duodecim: iudicãtes duodecim tribus israel. c. Ait autem dominꝰ symoni. ✠ Symon ecce satanas expetiuit vos/ vt cribꝛaret sicut triticum. Ego autem rogaui pꝛo te: vt nõ deficiat fides tua. Et tu aliquãdo conuersus: confirma fratres tuos. c. Qui dixit ei. s. Domine: tecũ paratus sum: & in carcerem & in moꝛtem ire. c. Et ille dixit. ✠ Dico tibi petre: non cantabit hodie gallꝰ: donec ter abneges nosse me. c. Et dixit eis. ✠ Quando misi vos sine sacculo/ & pera/ & calciamẽtis: numquid aliquid defuit vobis? c. At illi direrunt. s. Nihil. c. Dixit ergo eis. ✠ Sed nunc qui habet sacculum: tollat similiter & peram. Et qui nõ habet: vendat tunicam suã/ & emat gladium. Dico enim vobis quoniã adhuc hoc quod scriptũ est: opoꝛtet impleri in me. Et cum iniquis deputatus est. Etenim ea que sunt de me finem habent. c. At illi direrũt. s. Domine/ ecce gladij duo hic. c. At ille dixit eis. ✠ Satis est. c. Et egressus ibat secũdum consuetudinem/ in montem oliuarum. Secuti sunt autem illũ & discipuli. Et cum peruenissent ad locum: dixit illis. ✠ Oꝛate ne intretis in tentationem. c. Et ipse auulsus est ab eis: quãtum iactus est lapidis. Et positis genibus: oꝛabat dicens. ✠ Pater si vis/ transfer calicem istum a me. Uerumtamen non mea voluntas: sed tua fiat. c. Apparuit autem illi angelus de celo cõfoꝛtans eum. Et factus in agonia: pꝛolixius oꝛabat. Et factus est sudoꝛ eius sicut gutte sanguinis decurrentis in terram. Et cum surrexisset ab oꝛatione et venisset ad discipulos suos: inuenit eos doꝛmientes pꝛe tristitia. Et ait illis. ✠ Quid doꝛmitis? Surgite/ oꝛate: ne intretis in tentationem. c. Adhuc eo loquente: ecce turba/ et qui vocabatur iudas vnus er duodecim antecedebat eos. Et appꝛopinquauit iesu: vt oscularetur eum. Jesus autem dixit illi. ✠ Juda osculo filium hominis tradis. c. Uidentes autem hi qui circa ipsum erant quod futurum erat: dixerunt ei. s. Domine: si percutimus in gladio? c. Et percussit vnus ex illis seruum pꝛincipis sacerdotum: & amputauit auriculam eius dextram. Respondens autem iesus: ait. ✠ Sinite vsꝙ huc. c. Et cum tetigisset auriculam eius: sanauit eum. Dixit autem iesus ad eos qui venerant ad se pꝛincipes sacerdotum / et magistratus templi & senioꝛes. ✠ Quasi ad latronem existis cum gladijs/ & fustibus. Cum quotidie vobiscum fuerim in templo: et non extendistis manus in me. Sed hec est hoꝛa vestra: & potestas tenebꝛarum. c. Compꝛehendentes autem eum: duxerũt ad domum pꝛincipis sacerdotũ. Petrus vero sequebatur eum a longe. Accenso autem igne in medio atrij: et circũsedentibus illis erat petrus in medio eoꝛum. Quem cum vidisset ancilla quedam sedentẽ ad lumen: et eum fuisset intuita: dixit. s. Et hic cum illo erat. c. At ille negauit eum dicens. s. Mulier/ non noui illum. c. Et post pusillum: alius videns eum dixit. s. Et tu de illis es. c. Petrus vero ait. s. O homo non sum. c. Et interuallo facto quasi hoꝛe vnius: alius quidam affirmabat dicens. s. Uere & hic cum illo erat: nam & galileus est. c. Et ait petrus. s. Homo/ nescio qd dicis. c. Et continuo adhuc loquente illo: cantauit gallus. Et conuersus dominus/ respexit petrum. Et recoꝛdatꝰ est petrus verbi domini sicut dixerat: qꝛa pꝛiusꝙ gallus cantet/ ter me negabis. Et egressus foꝛas petrus/ fleuit amare. Et viri qui tenebãt eum: illudebant ei cedentes. Et velauerunt eum: & percutiebant faciem eius: & interrogabant eum dicentes. s. Pꝛophetiza: quis est qui te percussit? c. Et alia multa blasphemantes/ dicebant in eum. Et vt factus est dies: conuenerunt senioꝛes plebis: et pꝛincipes sacerdotum et scribe. Et duxerunt illum in consilium suũ/ dicentes. s. Si tu es chꝛistus dic nobis? c. Et ait illis. ✠ Si vobis dixero: non credetis mihi. Si autem & interrogauero: nõ respondebitis mihi/ neꝙ dimittetis. Ex hoc autem erit filius hominis sedens a dextris virtutis dei. c. Dixerunt autem omnes. s. Tu ergo es filiꝰ dei? c. Qui ait. ✠ Uos dicitis quia ego sum. c. At illi direrunt. s. Quid adhuc desideramus testimoniũ? Ipsi enim audiuimus ex oꝛe eius. c. Et surgens omnis multitudo/ eoꝛum: duxerunt illum ad pylatum. Ceperunt autem illum accusare dicentes. s. Hũc inuenimꝰ subuertẽtem gentem nostram: & pꝛohibẽtem tributa dari cesari: & dicentem se chꝛistum regem esse. c. Pylatus autem interrogauit eũ dicens. s. Tu es rex iudeoꝛum? c. At ille respondens: ait. ✠ Tu dicis. c. Ait autem pylatus ad pꝛincipes sacerdotum & turbas. s. Nihil inuenio cause in hoc homine. c. At illi inualescebant dicentes. s. Cõmouit populum / docens per vniuersam iudeam: incipiens a galilea vsꝙ huc. c. Pylatus autem audiens galileam: interrogauit si homo galileus esset. Et vt cognouit ꝙ de herodis potestate esset: remisit eum ad herodem: qui et ipse hierosolymis erat illis diebus. Herodes autem viso iesu: gauisus est valde. Erat enim cupiens ex multo tempoꝛe videre eum: eo ꝙ audiret multa de illo. Et sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem illum multis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat. Stabant etiam pꝛincipes sacerdotum & scribe: constanter accusantes eum. Spꝛeuit autem illum herodes cũ exercitu suo: et illusit indutum veste alba: et remisit ad pylatum. Et facti sunt amici herodes et pylatus in ipsa die.

Nam antea inimici erant adinuicē Pylatus autem conuocatis principibus sacerdotum ⁊ magistratibus ⁊ plebe: dixit ad illos. ℣. Obtulistis mihi hunc hominem quasi auertentem populum: ⁊ ecce ego coram vobis interrogans nullam causam inuenio in homine isto: ex his in quibus eum accusatis: sed neq; herodes Nam remisi vos ad illum: ⁊ ecce nichil dignū morte actum est ei. Emēdatum ergo illum dimittam. ℟. Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum vnum. Exclamauit autem simul vniuersa turba dicens. ℣. Tolle hunc: ⁊ dimitte nobis barrabam. ℟. Qui erat propter seditionem quandam factam in ciuitate ⁊ homicidium: missus in carcerē. Iterum autem pylatus locutus est ad illos: volens dimittere iesum. At illi succlamabant dicentes. ℣. Crucifige crucifige eum. ℟. Ille autē tertio dixit ad illos. ℣. Quid enim mali fecit iste. Nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illū: et dimittam. ℟. At illi instabant vocibus magnis postulantes vt crucifigeretur: et inualescebant voces eorum. Et pylatus adiudicauit fieri petitionē eorum. Dimisit autem illis eum qui propter homicidiū et seditionem missus fuerat in carcerē quem petebant. Jesum vero tradidit voluntati eorum. Et cum ducerent eum: apprehenderunt symonē quendam cyrenensem venientē de villa: et imposuerunt illi crucē portare post iesum. Sequebatur autē illum multa turba populi ⁊ mulierum / que plangebant ⁊ lamentabātur eum. Cōuersus autem ad illas iesus / dixit. ✠. Filie hierusalē nolite flere super me: sed super vosipsas flete / ⁊ sup filios vestros. Quoniam ecce venient dies in quib⁹ dicent. Beate steriles ⁊ vētres qui nō genuerunt: et vbera que non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus: cadite super nos / et collibus operite nos. Quia si in viridi ligno hoc faciunt: in arido quid fiet? ℟. Ducebantur autem ⁊ alij duo nequā cum eo vt interficerentur. Et postq̄ venerunt in locum qui vocabatur caluarie: ibi crucifixerunt eum. Et latrones vnum a dextris: ⁊ alterū a sinistris. Jesus autē dicebat. ✠. Pater dimitte illis: nō enim sciūt quid faciunt. ℟. Diuidentes vero vestimēta eius miserunt sortes. Et stabat populus expectans: ⁊ deridebant illum principes cum eis dicentes. ℣. Alios saluos fecit: se saluum faciat si hic est christus dei electus. ℟. Illudebant autem ei et milites accedētes: ⁊ acetum offerentes illi ⁊ dicentes. ℣. Si tu es rex iudeorum: saluū te fac. ℟. Erat autem ⁊ superscriptio scripta super illum litteris grecis / et latinis: ⁊ hebraicis. Hic est rex iudeorum. Unus autem de his qui pēdebant latronib⁹ blasphemabat eū dicens. ℣. Si tu es christus: saluum fac teipsum ⁊ nos. ℟. Respondēs autem alter: increpabat eum dicēs. ℣. Neq; tu times deum qui in eadem dānatione es? Et nos quidē iuste: nam digna factis recipimus. Hic vero nihil mali gessit. ℟. Et dicebat ad iesum. ℣. Domine: memento mei cū veneris in regnum tuum. ℟. Et dixit illi iesus. ✠. Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiso. ℟. Erat autē fere hora sexta. Et tenebre facte sūt in vniuersam terram vsq; in horam nonā. Et obscuratus est sol. Et velum templi scissum est mediū Et clamans voce magna iesus ait. ✠. Pater in manus tuas commendo spiritum meum. ℟. Et hec dicens expirauit. Prostratio. Videns autem centurio quod factum fuerat / glorificauit deum dicēs. ℣. Vere hic homo iustus erat. ℟. Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud / ⁊ videbant q̄ fiebāt: percutientes pectora sua / reuertebantur. Stabant autē omnes noti eius a longe: ⁊ mulieres que secute erant eum a galilea hec videntes.

Jntroitus euāgelij. Et ecce vir nomine ioseph q̄ erat decurio vir bon⁹ et iustus: hic non cōsenserat cōsilio et actibus eorū / ab arimathia ciuitate iudee: qui expectabat et ipse regnū dei. Hic accessit ad pylatū: et petijt corpus iesu. Et depositum inuolvit in syndone: ⁊ posuit eum in monumento excisso: in quo nōdum quisq̄ positus fuerat. Oratio. Dñe exaudi oōnē meā: ⁊ clamor me⁹ ad te veniat.

Purifica nos misericors deus: vt ecclesie tue pces que tibi grate sunt pia munera deferentes: fiant expiatis mentibus gratiores. Per do. Prefatio. Qui corporali ieiu. Cōio. Potū meū cū fletu tēperabā: quia eleuās allisisti me ⁊ ego sicut fenū aruī: tu autē dñe in eternum permanes. tu exurgens misereberis syon: quia venit tēpus miserendi eius. Postcōmunio.

Largire sensibus nostris omnipotēs deus: vt per temporalem filij tui mortem quam mysteria veneranda testātur: vitā nobis vendille ppetuā cōsidam⁹. P eūdē d̄o. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Respice q̄sumus dñe sup hanc familiā tuā: pro qua dominus noster iesus christus non dubitauit manibus tradi nocentium: ⁊ crucis subire tormentum. Qui tecū viuit. In fine. Benedicamus domino. Deo grattas. Et reta more solito. Feria quinta in cena dñi in ecclesia cathedrali. Missa. Fit absolutio hora. decima in nanu dicte ecclesie per episcopū seu eius vicarium (vt decet) mōitum facientem officium cum eisdem assistentibus incipiētem a sa. Introit oratio mea. prostrati. Deinde cantātur psal. sequētes voce mediocri: videlicet. Psalmus.

Domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Miserere mei dñe quoniam infirm⁹ sum: sana me domine quonia cōturbata sunt omnia ossa mea. Et aia mea turbata est valde: sed tu dñe vsq;quo. Conuertere domine ⁊ eripe aiam meam: saluum me fac propter misericordiā tuam. Quoniam nō est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi. Laborauī in gemitu meo lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratū meū rigabo. Turbatus est a furore oculi meus: inueteraui inter omnes inimicos meos. Discedite a me oēs qui operamini iniqtatē: quoniā exaudiuit dominus vocem fletus mei. Exaudiuit dom⁹ deprecationem meā: dom⁹ orationem meā suscepit. Erubescāt ⁊ conturbentur vehemēter omnes inimici mei: conuertantur et erubescant valde velociter. Psalmus.

Beati quorū remisse sunt iniqtates: ⁊ quorū tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit dom⁹ peccatū: nec est in spiritu eius dolus. Quoniā tacui inueterauerūt ossa mea dum clamarem tota die. Quoniā die ac nocte grauata est super me man⁹ tua: cōuersus sum in erūna mea dū cōfigitur spina. Delictum meū cognitū tibi feci: ⁊ iniustitiam meam nō abscondi. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam dño: ⁊ tu remisisti impietatē peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis sanct⁹ in tēpore opportuno. Verūtamen in diluuio aquarum multarum: ad eum non approximabunt. Tu es refugium meū a tribulatione que circūdedit me: exultatio mea erue me a circūdātib⁹ me. Intellectū tibi dabo et

instruã te in via hac qua gradieris/ firmabo sup te oculos meos. Nolite fieri sicut equus et mul⁹: quib⁹ nõ est intellect⁹. In camo & freno maxillas eoꝝ cõstringe: qui nõ approximãt ad te. Multa flagella peccatoris: sperãtem autẽ in dño misericordia circundabit. Letamini in domino & exultate iusti: & gloriami ni omnes recti corde. Psalmus.

Domine ne i furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Quoniã sagitte tue infixe sunt mihi: & cõfirmasti sup me manum tuam. Non est sanitas in carne mea a facie ire tue: nõ est pax ossibus meis: a facie peccatoꝝ meorum. Quoniã iniq̃tates mee super gresse sunt caput meũ: & sicut onus graue grauate sunt super me. Putruerunt & corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipientie mee. Miser factus sum & curuatus sum vsq; in finem: tota die contristat⁹ ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionib⁹: & nõ est sanitas in carne mea. Afflictus sum & humiliatus sum nimis rugiebã a gemitu cordis mei. Domine ante te omne desideriũ meũ: & gemit⁹ meus a te non est abscõditus. Cor meũ conturbatũ est/ dereliq̃t me virt⁹ mea: & lumen oculoꝝ meorum & ipsum non est mecũ. Amici mei et primi mei aduersum me appropinquauerunt & steterũt. Et q̃ iuxta me erãt de longe steterunt: & vim faciebant qui querebãt animã meam. Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates: & dolos tota die meditabantur. Ego autẽ tanq̃ surd⁹ non audiebã: & sicut mut⁹ non aperiens os suum. Et fact⁹ sum sicut homo non audiẽs: & non habẽs in ore suo redargutiones. Quoniã in te dñe speraui: tu exaudies me dñe deus meus. Quia dixi nequando supergaudeant mihi inimici mei: & dum commouentur pedes mei super me magna locuti sunt. Quoniam ego in flagella parat⁹ sum: & dolor meus in conspectu meo semp. Quoniam iniquitatem meam annunciabo: et cogitabo pro peccato meo. Inimici autem mei viuunt et confirmati sunt super me: et multiplicati sunt qui oderunt me inique. Qui retribuunt mala pro bonis detrahebãt mihi: quoniam sequebar bonitatẽ. Ne derelinquas me domine: deus meus ne discesseris a me. Intende in adiutoriũ meum domine deus salutis mee. Psalmus.

Miserere mei deus secundum magnam misericordiã tuam. Et secundum multitudinẽ miserationum tuarũ: dele iniquitatẽ meã. Amplius lauame ab iniq̃tate mea: & a peccato meo munda me. Quoniam iniquitatẽ meã ego cognosco & peccatũ meũ cõtra me est semper. Tibi soli peccaui & malum coram te feci/ vt iustificeris in sermonibus tuis: & vincas cum iudicaris. Ecce enim in iniq̃tatib⁹ concept⁹ sum: et in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim veritatẽ dilexisti: incerta & occulta sapiẽtie tue manifestasti mihi. Asperges me dñe ysopo & mũdabor: lauabis me & super niuem dealbabor. Auditui meo dabis gaudiũ & letitiam: et exultabũt ossa humiliata. Auerte faciẽ tuã a peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele. Cor mundũ crea in me deus: & spiritum rectũ innoua in visceribus meis. Ne proiicias me a facie tua: & spiritum sanctũ tuum ne auferas a me. Redde mihi letitiam salutaris tui: & spiritu principali cõfirma me. Docebo iniquos vias tuas: & impii ad te cõuertẽtur. Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee: & exultabit lingua mea iustitiã tuam. Domine labia mea aperies: et os meum annunciabit

laudẽ tuã. Quoniã si voluisses sacrificium dedissem: vtiq; holocaustis nõ delectaberis. Sacrificiũ deo spiritus cõtribulat⁹: cor cõtritũ et humiliatũ de⁹ nõ despicies. Benigne fac dñe in bona volũtate tua syon: vt edificẽtur muri hierusalẽ. Tunc acceptabis sacrificiũ iustitie oblationes & holocausta: tunc imponent super altare tuũ vitulos. Psalm⁹.

Domine exaudi orationẽ meã & clamor meus ad te veniat. Non auertas faciẽ tuam a me: in quacũq; die tribulor inclina ad me aurem tuam. In quacunq; die invocauero te: velociter exaudi me. Quia defecerunt sicut fumus dies mei: & ossa mea sicut cremiũ aruerunt. Percussus sum vt fenum et aruit cor meũ: quia oblitus sum comedere panẽ meũ. A voce gemit⁹ mei: adhesit os meũ carni mee. Similis fact⁹ sum pellicano solitudinis: fact⁹ sum sicut nicticorax in domicilio. Vigilaui & fact⁹ sum sicut passer solitarius in tecto. Tota die exprobrabant mihi inimici mei: et qui laudabãt me aduersum me iurabãt. Quia cinerem tanq̃ panem manducabam: et potum meũ cum fletu miscebã. A facie ire indignationis tue: quia eleuãs allisisti me. Dies mei sicut vmbra declinauerunt: & ego sicut fenũ arui. Tu autem domine in eternũ permanes: et memoriale tuum in generatione et generationẽ. Tu exurgẽs domine misereberis syon: quia tẽpus miserendi eius quia venit tẽpus. Quoniam placuerũt seruis tuis lapides eius: & terre eius miserebuntur. Et timebunt gẽtes nomen tuum dñe: et omnes reges terre gloriã tuam. Quia edificauit dñs syon: & videbitur in gloria sua. Respexit in orationẽ humilium: & non sprevit preces eorum. Scribãtur hec in generatione altera: & popul⁹ qui creabitur laudabit dñm. Quia prospexit de excelso sancto suo: dñs de celo in terram aspexit. Vt audiret gemitus compeditoꝝ: vt solueret filios interemptoꝝ. Vt annũcient in syon nomen domini: & laudem ei⁹ in hierusalem. In conueniendo populos in vnũ: & reges vt seruiãt domino. Respondit ei in via virtutis sue: paucitatem dierũ meorum nuncia mihi. Ne revoces me i dimidio dierum meorũ: in generatione & generationẽ anni tui. Initio tu dñe terram fundasti: & opa manuum tuarum sunt celi. Ipsi peribunt tu autem permanes: et omnes sicut vestimentum veterascẽt. Et sicut opertorium mutabis eos & mutabũtur: tu autem idẽ ipse es & anni tui non deficient. Filij seruorum tuorum habitabunt: et semen eorum in seculum dirigetur. Psalmus.

De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocẽ meã. Fiant aures tue intendẽtes: in vocem deprecationis mee. Si iniq̃tates obseruaueris dñe: dñe quis sustinebit. Quia apud te propiciatio est: & propter legem tuam sustinui te dñe. Sustinuit anima mea in verbo ei⁹: speravit anima mea in dño. A custodia matutina vsq; ad noctẽ: speret israel in dño. Quia apud dñm misericordia: & copiosa apud eũ redemptio. Et ipse redimet israel ex omnibus iniquitatibus eius. Psalmus.

Domine exaudi oratione meam: auribus percipe obsecrationem meam: in veritate tua exaudi me in tua iustitia. Et non intres in iudiciũ cũ seruo tuo: qa nõ iustificabitur in cõspectu tuo ois viuens. Quia persecut⁹ est inimic⁹ animã meã: humiliauit in terra vitã meã. Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi/ & anxiat⁹ est super me spirit⁹ meus: in me turbatũ est cor meum. Memor fui dierũ anti-

quoꝝ meditatus sum in omnibus operib⁹ tuis: in factis manuū tuarum meditabar. ℭ Expandi manus meas ad te aīa mea sicut terra sine aqua tibi. ℭ Velociter exaudi me dñe: defecit spiritus meus. ℭ Non auertas faciē tuā a me ⁊ similis ero descendentib⁹ in lacū. ℭ Auditā fac mihi mane misericordiā tuam quia in te speraui. ℭ Notā fac michi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui aīam meā. ℭ Eripe me de inimicis meis: dñe ad te cōfugi doce me facere voluntatē tuā: quia deus me⁹ es tu. ℭ Spiritus tuus bonus deducet me in terrā rectā: ꝓpter nomē tuū dñe viuificabis me in equitate tua. ℭ Educes de tribulatione aiam meā ⁊ in mia tua disperdes oēs inimicos meos. ℭ Et perdes oēs qui tribulant aīam meā quoniā ego seruus tu⁹ sum. ℣ Intret oratio nostra in conspectu tuo dñe: inclina aurem tuam ad preces nostras. parce dñe parce populo tuo: quem redemisti christe pretioso sanguine tuo ne in eternū iraſcaris nobis. His finitis cū letanijs (vt moris est) et precibus inde sequētib⁹ dicit Kyrie el. Xpe el. Kyrie el. Pater nr̄. Deinde tenēs oīm ascendit cathedrā incipiens. Et ne nos. Sed libera. ℟. Saluos fac seruos tuos ⁊ ancillas tuas. ℣. Deus meus sperantes in te. ℟. Mitte eis auxiliū de sācto. ℣. Et de syō tuere eos. ℟. Dñe exaudi oratiōnē meam. ℣. Et clamor meus. ℟. Dñs vobiscū ℣. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Adesto dñe supplicatiōib⁹ nostris ⁊ me qui etiam mia tua primus indigeo clementer exaudi: quē non electionis meritis: sed dono gratie tue cōstituisti operis hui⁹ ministrū: da fiduciam muneris tui exequēdi: ⁊ ipse in nō ministerio qō tue pietat̄ est opare Yxp̄z. Oremus.

Questa q̄s dñe his famulis et famulab⁹ tuis dignū penitētie fructū: vt ecclesie tue sancte a cuius integritate deuiarūt peccando: admillorū reddātur innoxij / ac venia cōsequātur. Per xp̄m. Oremus.

Deus humani generis benignissime cōditor et mie reformator / qui recōciliatione laplorum etiā me qui mia prim⁹ indigeo seruire effectib⁹ gratie tue per ministeriū sacerdotale voluisti: vt cessante merito supplicantis mirabilior fieret clemētia redēptoris. Ꝑ. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus: confitentibus tibi his famulis et famulabus tuis / ꝓ tua pietate peccata relaxa: vt non plus eis noceat conscientie reatus ad penam: q̄ indulgentia tue pietatis ad veniam. Per christum dñm. Oremus.

Omnipotens et misericors de⁹: qui peccatorum indulgētiam in confessione celeri posuisti: succurre laplis: miserere cōfessis / vt quos delictorum cathena cōstringit: magnitudo tue pietatis absoluat. Per christum dñm nostrum. Oremus.

Deus humani generis benignissime conditor ⁊ misericordissime reformator: qui hominem inuidia dyabolt ab eternitate deiectū vnici filij tui sanguine redemisti: vivifica hos famulos tuos ⁊ famulas tuas quos tibi nullatenus mori desideras. Et q̄ non derelinquis deuios assume correctos. Moueant pietatem tuam quesumus domine horū famulorū famularūq⁹ tuarū lachrymosa suspiria: tu eorum medere lāguoribus: tu tacentibus manū porrige salutarem. Ne ecclesia tua aliqua sui corporis portione vastetur / ne grex tuus detrimētum sustineat: ne de familie tue dāno: inimicus exultet / ne renatos lauacro salutari / mors secunda possideat. Mibi ergo dñe supplices preces: tibi fletū cordis effundimus / tu parce confitentibus. Ut sic i hac mortalitate peccata sua te adiuuante deleāt: qualiter in tremēda iudicij die: sententiam dānationis eterne euadant: et nesciant qō terret in tenebris: quod stridet in flammis / atq⁹ ab erroris via / ad iter reuersi iustitie: nequaq̄ vulneribus vltra lancientur: sed integrum sit eis atq⁹ ꝑpetuū: et quod gratia tua contulit / ⁊ qō misericordia reformauit. Per xp̄m. Oremus.

Dominus iesus christus / qui dixit discipulis suis: quecūq⁹ ligaueritis super terram / erūt ligata ⁊ in celis: ⁊ quecūq⁹ solueritis super terram erūt soluta ⁊ in celis. de quoꝝ numero quāuis me indignū et peccatorem / ministrū tamen esse voluit: intercedente beata dei genitrice maria: et beato michaele archāgelo: ⁊ beato petro apostolo / cui data est potestas ligandi atq⁹ soluendi: ⁊ omnibus sanctis: ipse vos absoluat per ministeriū nostrū / ab omnibus peccatis vestris: quecūq⁹ cogitatione / locutione / aut operatione: negligēter egistis: atq⁹ a vinculis peccatorū vestrorꝝ absolutos / perducere dignetur ad regnū celorum. Qui cū deo patre ⁊ spiritu sancto viuit ⁊ regnat deus. Per omnia secula seculorū. Amen. Absolutio. Absolutionem et remissionē omnium peccatorū vestrorū percipere mereamini hic ⁊ in eternū. Amen. ℭ Nota q̄ in missa due hostie cōsecrātur: quarum vna ꝓ crastino sine vino cōseruatur in loco preparato. ℭ Ad missam. Introitus.

Nos autem gloriari oportet in cruce dñi nostri iesu christi: in quo est salus vita / ⁊ resurrectio nostra: per quem saluati et liberati sumus. ℣. Deus misereatur nr̄i et benedicat nobis: illuminet vultū suū sup nos ⁊ misereatur nr̄i. Glia p̄ri. Eo die ad

officiū dz: cū in precedētib⁹ nequaq̄ dicatur: nec etiā in dñica precedēti. Gloria i excel. ⁊ Credo. nō dicāturi nisi vbi crisma conficit. Kyrie tū: et Sāctus. ⁊ Agnus solēniter vt in duplo vbiq⁹ dicitur. Dñs vo. Mox flectam⁹ genu. Oremus. Oratio.

Deus a quo ⁊ iudas reat⁹ sui penam / ⁊ confessionis suc latro premium sumpsit: cōcede nobis quesum⁹ tue pciationis effectū: vt sicut in passiōe sua dñs noster iesus christ⁹ diuersa vtriq⁹ intulit stipendia meritorū: ita nobis ablato vetustatis erroꝝ / resurrectionis sue gratiā largiat. Qui te. Memoria nulla. ℭ Ad corinthios. prime. xj.

Fratres. Conuenientib⁹ vobis in vnū: tiā non est dñicam cenā manducare. Unusquisq⁹ enim suam cenā p̄sumit ad manducandum. Et alius quidem esurit: alius autem ebrius est. Nunquid domos non habetis ad manducādum ⁊ bibendum: aut ecclesiam dei contēnitis ⁊ confunditis eos qui nō habēt. Quid dicam vobis? Laudo vos in hoc? Nō laudo. Ego enim accepi a domino quod ⁊ tradidi vobis. Quoniam dominus iesus in qua nocte tradebatur: accepit panē: ⁊ gratias agēs fregit / ⁊ dixit. Accipite ⁊ manducate. Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam cōmemorationem. Similiter ⁊ calicem: postq̄ cenauit dicens. Hic calix nouum testamētum est in meo sanguine. Hoc facite / quotiēscunq⁹ bibetis in meam cōmemorationem. Quotienscunq⁹ enim manducabitis panem hunc / et calicem bibetis: mortem domini annunciabitis donec veniat. Itaq⁹ quicunq⁹ manducauerit panē vel biberit calicem dñi indigne: reus erit corporis ⁊ sanguinis domini. Probet autem seipsum homo ⁊ sic de pane illo edat ⁊ de calice bibat. Qui enī man-

ducat ⁊ bibit indigne:iudicium sibi manducat et bibit non diiudicans corp⁹ domini. Ideo inter vos multi infirmi ⁊ imbecilles:⁊ dormiunt multi. Quod si nosmetipsos diiudicaremus: non vtiq; iudicaremur. Dum iudicamur autem a domino corripimur: vt non cum hoc mundo dānemur. ℟. Christus fact⁹ est pro nobis obediēs vsq; ad mortem:mortem autem crucis. ℣. Propter quod et deus exaltauit illum:et dedit illi nomen quod est super omne nomen.

℣ Secundum Johannem. xiij.

In illo tēpore.Ante diem festum pasche sciens iesus quia venit eius hora vt transeat ex hoc mundo ad patrem: cum dilexisset suos qui erāt in mūdo:in finem dilexit eos. Et cena facta cū diabol⁹ iam misisset in cor vt traderet eum iudas symonis scariothis:scies qa omnia dedit ei pater in manus/et quia a deo exiuit ⁊ ad deum vadit: surgit a cena/et ponit vestimenta sua. Et cū accepisset lintheum:precinxit se. Deinde misit aquā in peluim:⁊ cepit lauare pedes discipulorum suorū/⁊ extergere lintheo quo erat precinctus. Venit ergo ad symonem petrum. Et dicit ei petrus. Domine tu mihi lauas pedes? Respondit iesus:⁊ dixit ei. Quod ego facio tu nescis modo: scies autem postea. Dixit ei petrus. Non lauabis mihi pedes in eternū. Respōdit ei iesus. Si non lauero te:non habebis partem mecum. Dicit ei symon petrus. Dñe:non tātū pedes meos/ sed et man⁹ ⁊ caput. Dicit ei iesus. Qui lotus est/non indiget nisi vt pedes lauet:sed est mundus totus. Et vos mundi estis:sed nō omnes. Sciebat enim quisnā esset:qui traderet eū. Propterea dixit:non estis mūdi omnes. Postq̄ ergo lauit pedes eorum:accepit vestimenta sua: et cum recubuisset iterum dixit eis. Scitis quid fecerim vobis. Vos vocatis me magister ⁊ dominē:⁊ bene dicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros dominus et magister:⁊ vos debetis alter alterius lauare pedes. Exēplum enim dedi vobis:vt quemadmodum ego feci vobis:ita et vos faciatis. Offertorium Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me. non moriar sed viuam et narrabo opera domini. Secreta.

Ipse tibi dñe quesum⁹ sancte pater omnipotēs eterne de⁹/ sacrificium nostrū reddat acceptū: qui discipulis suis in sui cōmemoratione hoc fieri hodierna traditione monstrauit: dñs noster iesus christus. Qui tecū vivit. Prefatio cōis.

Communicātes ⁊ diem sacratissimū celebrantes:quo dominus noster iesus christus pro nobis est tradit⁹. Sed ⁊ memoriam venerantes: imprimis glorioſe semp̄ virginis marie/ genitricis eiusdem dei et domini nostri iesu christi:sed et beatorū apostolorum ⁊ martyrum tuorum. Petri. Pauli. Andree. Iacobi. Iohānis. Thome. Iacobi. Philippi. Bartholomei. Ma-

thei. Simōis ⁊ Thadei. Lini. Cleti Clementis. Sixti. Cornelij. Cypriani Laurētij. Crisogoni. Iohānis ⁊ Pauli. Cosme et Damiani. Et omnium sanctorū tuorum: quorum meritis precibusq; concedas vt in omnibus protectionis tue muniamur auxilio. Per eundem christum dominū nostrū.

℣ Expansis manib⁹ sup sacrificiū dicit.

Hanc igit̄ oblationem seruitutis nostre:sed et cuncte familie tue quam tibi offerimus ob diem in qua domin⁹ noster iesus christ⁹ tradidit discipulis suis corporis ⁊ sanguinis sui mysteria celebrāda q̄sumus dñe:vt placatus accipias:diesq; nros i tua pace disponas atq; ab eterna dānatione nos eripi:⁊ in electorū tuorum iubeas grege numerari. Per eundem.

℣ Junctis sursum manibus dicat.

Quā oblationē tu de⁹ in oīb⁹ q̄s benedictā: ascriptā: ratā:rationabilem: acceptabilēq; facere dignerī vt nobis cor ✠p⁹ et san✠guis fiat dilectissimi filij tui domini nostri iesu christi.

Qui pridie quā pro nr̄a oīmq; salute pateret (hoc est hodie) accepit panē in sāctas ac venerabiles man⁹ suas:⁊ eleuatis oculis.

Et cetera vt i canone. Ubi cōsūmatur cōficitur Agn⁹ dei ⁊ parat. Alibi vero Agn⁹ dei ⁊ non parat:sed par nō datur.


Cōio Dñs iesus postq̄ cenauit cum discipulis suis:lauit pedes eorū/et ait illis:scitis q̄d fecerim vobis:ego dñs ⁊ magister exēplū dedi vobis vt ⁊ vos ita faciatis. ℣ Facta sūptione corporis et sāguinis domini/⁊ dicta communione:incipit sacerdos hāc antiphonā ad vespas. Ātā. Caltcem. ps.

Credidi ꝓpter qō locut⁹ sum: ego aūt humiliat⁹ sū nimis. Ego dixi in excessu meo:omis homo mēdax. Quid retribuā dño:ꝓ oīb⁹ q̄ retribuit mihi. Calicē salutaris accipiā:⁊ nomē dñi invocabo. Vota mea dño reddā coram oī pplo ei⁹:

preciosa in cōspectu dñi mors sācto rū ei⁹. O dñe quia ego seru⁹ tuus: ego seruus tuus & fili⁹ ancille tue. Dirupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiā laudis: & nomen dñi invocabo. Vota mea dño reddā in cō spectu oīs populi ei⁹: in atriis dom⁹ domini in medio tui hierusalē. ān.



Calicem salutaris accipiam



et nomen domini invocabo.



Añ. Cum his. Psalmus.

Ad dñm cū tribularer clamavi: & exaudivit me. Dñe libera animā meā a labijs iniquis: et a lingua dolosa. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguā dolosā. Sagitte potētis acute cū carbonib⁹ desolatorijs. Heu mihi quia incolatus me⁹ prolongatus est: habitavi cū habitantib⁹ cedar multū incola fuit aia mea. Cū his qui oderunt pacē erā pacificus cū loquebar illis impugnabant me gratis. ān.



Cum his qui oderunt pacem eram



pacificus cū loquebar illis



impugnabant me gratis. Añ.




Ab hominibus iniquis.

Psalmus.

Eripe me domine ab homine malo: a viro iniquo eripe me. Qui cogitaverunt iniquitates in corde: tota die constituebant prelia. Acuerunt linguas suas sicut serpentes venenum aspidum sub labijs eorum. Custodi me domine de manu peccatoris: et ab hominibus iniquis eripe me. Qui cogitaverunt supplantare gressus meos absconderunt superbi laqueum mihi. Et funes extenderunt in laqueum iuxta iter scandalum posuerunt mihi. Dixi domino deus meus es tu exaudi domine vocem deprecationis mee. Domine domine virtus salutis mee: obumbrasti super caput meum in die belli. Non tradas me domine a desiderio meo peccatori cogitaverunt contra me ne derelinquas me/ ne forte exaltentur. Caput circuitus eorum: labor labiorum ipsorum operiet eos. Cadent super eos carbones/ in ignem dejcies eos: in miserijs non subsistent. Vir linguosus non dirigetur in terra: virum injustum mala capient in interitu. Cognovi quia faciet dominus judicium inopis: et vindictam pauperum. Verumtamen justi confitebuntur nomini tuo et habitabunt recti cum vultu tuo. Antiphona.



Ab hominibus iniquis libera me



domine. Antiphona.



Custo di me. Psalmus.

Domine clamavi ad te exaudi me: intende voci mee dū clamavero ad te. Dirigat oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: elevatio manuū mearū sacrificiū vespertinum. Pone dñe custodiā ori meo: et ostium circumstantie labijs meis. Non declines cor meū in verba malicie: ad excusandas excusationes in peccatis. Cum hominibus operantib⁹ iniquitatem: & non communicabo cum electis eorum. Corripiet me justus in misericordia et increpabit me: oleum autem peccatoris nō impinguet caput meum. Quoniā adhuc et oratio mea in beneplacitis eorum: absorpti sūt juncti petre judices eorū. Audient verba mea quoniā potuerunt: sicut crassitudo terre erupta est super terram. Dissipata sunt ossa nostra secus infernum: quia ad te domine domine oculi mei: in te speravi nō auferas animam meam. Custodi me a laqueo quem statuerunt mihi: et a scandalis operantium iniquitatem. Cadent in retiaculo eius peccatores: singulariter sum ego donec transeam. Antiphona.



Custodi me a laqueo quem sta-



tu e runt mihi: et a scandalis




operanti um iniquitatem. Añ.




Consiberabam. Psalmus.


Voce mea ad dominū clamavi: voce mea ad dñm deprecatus sum. Effundo in conspectu ei⁹ orationem meam: & tribulationem meam ante ipsum pronuncio. In deficiendo ex me spiritum meū: & tu cognovisti semitas meas. In via hac qua ambulabam: absconderunt laqueū mihi. Considerabā ad dexterā & videbā: & non erat qui cognosceret me. Perijt fuga a me & nō est qui requirat aiam meā. Clamavi ad te dñe dixi tu es spes mea: portio mea in terra viventiū. Intende ad deprecationē meā: quia humiliat⁹ sum nimis. Libera me a persequentibus me: quia cōfortati sunt super me. Educ de custodia animā meam ad confitendū nomini tuo: me expectant justi donec retribuas mihi. ān.



Cōsiderabā ad dexterā & videbam



et nō erat q̄ cognosceret me



Sacerdos incipit. Añ. Cenantibus autē accepit



iesus panē: benedixit/ & fregit/



dedit⁹q discipulis suis. et deīge p

ps. Mag. Mris tui unt missa

hāc oronē **Dñs vobiscū.** Postcōio.
REfecti vitalibus alimētis qs dñe deus noster: vt quod tempore nostre mortalitatis exequimur: immortalitatis tue munere consequamur. Per dñm no. Ite missa vbi scrisma cōficit ꝫ: **Ite missa est.** Alibi **Benedicam⁹ dño. Aditoriū. ℟c.**
℣ Nota ꝙ si aliqđ corpus mortuū fuerit in die cene vel in die parasceue/non debetur intumulari vsq; in diem sabbati post seruitiū. Et si in die sabbati sero mortuū fuerit/vsq; in die pasche post primā missā/ita ꝙ non sit in missa/nec inter populos: sed cum silētio intumulet: quia tunc nō habetur missa de **Requiem.**
℣ Tūc portatur corp⁹ dñi ad locū preparatū cū luminarib⁹ ℈ incenso. Post prandiū conueniūt canonici/vicarij/℈ chorist̄e in maiori ecclesia Leon̄.℈ lauantur altaria p vnū sacerdotē/et duos diaconos vestitos in albis:℈ vadit presbit⁹ ad singula altaria. Primo aquā/postea vinū: infundendo desup/in modū crucis. Et in abluendo cātetur. ān. vel ℣. de sctō/in cuius honore fuerit altare consecratū. Sequitur. ℣. ℈ oro de eodē sicut in libro pcss. continetur. His itaq; expletis/diacon⁹ in choro/alba/℈ dalmatica vestit⁹/℈ calciatus/legat euangeliū. **Ante diē festū pasche.** vbi in missa. cū thuribulo ℈ cereis accēsis/℈ cruce/℈ subdiacono. Quelibet vero alia ecclesia faciat iurta morem suum. Lecto euangelio/tenens officiū lauet pedes duodecim choristarū/representantiū totidem discipulos christi et cantatur. ān. **Mandatū nouū do vobis: vt diligatis inuicem sicut dilexi vos/dicit dñs.** ℘s. **Beati immaculati in via: qui ambulant in lege dñi.** ān. **Diligamus nos adinuicem: quia charitas ex deo est: qui diligit fratrē suum: ex deo natus est/℈ videt deū.** ℘s. **Et qui manet in charitate: i deo manet/℈ deus in eo.** ān. **Postq; surrexit dñs a cena: misit aquā in peluī cepit lauare pedes discipulorū: hoc exemplum reliquit suis.** ℘s. **Audite hec oēs gentes: aurib⁹ percipite qui habitatis orbē.** ān. **Vos vocatis me magister et dñe/et benedicitis: sum etenim. si ego laui vestros pedes dominus ℈ magister: ℈ vos debetis alter alterius lauare pedes.** ℘s. **Exēplū enim dedi vobis: vt quēadmodum ego feci vobis/ita ℈ vos facia tis.** ān. **In hoc cognoscēt oēs quia discipuli mei estis: si dilectionē habueritis adinuicem.** ℘s. **Dixit iesus discipulis suis.** ān. **In dieb⁹ illis: mulier que erat in ciuitate peccatrix: vt cognouit ꝙ iesus accubuit in domo symonis leprosi: attulit alabastrum vnguenti: ℈ stans retro secus pedes dñi iesu: lachrimis cepit rigare pedes eius: ℈ capillis capitis sui tergebat: ℈ osculabatur pedes eius/℈ vnguēto vngebat.** ℘s. **Magnus dñs et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri/in mōte sancto eius.** ān. **Si ego dñs et magister vester/laui vestros pedes q̄nto magis vos debetis/alter alterius lauare pedes.** ℘s. **Dixit iesus discipulis suis.** ān. **Ante diē festum pasche/sciens iesus quia hora eius venit vt tranleat ex hoc mūdo ad patrem lintheo precinxit se/misit aquā in peluim/cepit lauare pedes discipulorū.** ān. **Venit ad petrū dixit ei petrus: nō lauabis mihi pedes in eternū. Respōdes iesus dixit ei. si non lauero te/non habebis partem mecū. dñe nō tantū pedes meos/sed et manus ℈ caput.** ℣. **Ostende nobis dñe misericordiā tuam. Et salutare tuum da nobis. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyso. Pater noster. Et ne nos. Sed libera.** ℣. **Suscepimus dñe miam tuam. In medio templi tui.** ℣. **Tu mandasti mandata tua. Custodiri nimis.** ℣. **Tu lauasti pedes discipulorū tuorū. Operis ma**

nuū tuarū ne despicias. ℣. Dñe exaudi orationē meam. Et clamor me⁹ ad te veniat. ℣. Dñs vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.
ABsolue quesumus dñe deus noster maculas prauitatū nostrarum diuinitatis tue ppitiabili sacramento: ℈ ita culpa decidat facinoris: vt tua nos semper letificet/et illustret miseratio pietatis. Per christum dñm. ℣ Alia oratio.
ADesto quesumus domine officio seruitutis nostre: ℈ quia tu lauare dignatus es pedes discipulorū: ne despicias opera manuū nostrarum/que nobis retinēda mādasti: vt sicut hic exteriora abluuntur inquinamenta: sic a te omnium nostrorum interiora abluantur peccata. Qui viuis regnas deus. Per.
℣ Loris autē pedibus/cōueniūt in capitulo: vbi dictus tenēs officium facit benedictionē sup panem ℈ vinum: ℈ porrigit his quib⁹ prius lauerat pedes in memoriā dñice cene. Sequit benedictio panis ℈ vini per sequē. videlicet. **Oculi omniū in te sperant dñe. Et tu das escā illorum in tēpore opportuno. Aperis tu manum tuā ℈ imples omne animal benedictiōe. Gloria patri. Sicut erat. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie el. Pr̄ nr̄. Et ne. Sed li. Oremus.**
BEnedic dñe dona tua/que de tua largitate sumus sumpturi. Per christum dñm. ℣ Huc dicat lector: **Jube dñe bñdicere.** Sacerdos. **Ad cenam perpetue vite: perducat nos rex eterne glorie.** Sequit lectio
AMen amen dico vobis. Non est seruus maior domino suo. Neq; apostolus maior eo qui misit illum. Si hec scitis: beati eritis si feceritis ea. Non de omnibus vobis dico: ego scio quos elegerim. Sed vt adimpleatur scriptura qui manducat meum panem leuauit contra me calcaneum suū. ℣ His peractis panis benedictus distribuitur assistentibus: ℈ vinū similiter. ℣ Feria vj. in parasceue: in qualibet ecclesia celebrat tm̄ officiū cōe: ℈ stat sacerdos vestitus casula ad altare: ℈ diaconus/℈ qui leget lectionē incipiet sine titulo. Prophetia pma. **Osee. vj.**
IN tribulatione sua: mane cōsurgent ad me ℈ dicent. Venite et reuertamur ad dñm quia ipse cepit ℈ sanabit nos. percutiet: ℈ curabit nos. Viuificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos: et viuemus in conspectu eius. Sciemus: sequemurq; vt cognoscamus dñm. Quasi diluculum preparatus est egressus eius ℈ veniet quasi imber nobis temporaneus et serotin⁹ terre. Quid faciā tibi effraym: quid faciam tibi iuda? Misericordia vestra quasi nubes matutina: ℈ quasi ros mane pertrāliens. Propter hoc dolaui in prophetis: ℈ occidi eos in verbis oris mei. Et iudicia tua quasi lux egredientur. Quia misericordiā volui ℈ non sacrificium ℈ scientiā dei plus℈ holocausta. Tractus.
DOmine audiui auditū tuum ℈ timui: cōsideraui opera tua et expaui. ℣. **In medio duū animaliū innotescēris dū appropinquauerint anni cognosceris: dū aduenerit tempus ostenderis.** ℣. **In eo dū cōturbata fuerit anima mea: in ira mea misericordie memoreris.** ℣. **Operuit celos maiestas ei⁹: ℈ laudis ei⁹ plena est terra.** ℣. **Deus a libano veniet: ℈ sanct⁹ de monte vmbroso ℈ condenso.** Sequit oratio sine **Dñs vobiscū. ℈ sine Flectam⁹ genua/leuate. Oremus. Oro.**
DEus a quo ℈ iudas reatus sui penam: ℈ confessionis sue latro premiū sumpsit: concede nobis q̄s tue ppitiationis effectū: vt sicut in passiōe sua/dñs noster iesus christus diuersa vtriq; intulit stipendia meritorū: ita nobis ablato veteris erroze resurrectiōis sue gratiā

largiatur. Qui tecū. Sequitur lectō sine titulo. yphetia scđa. Exodi. xij.

IN diebus illis. Dixit dñs ad moysen & aaron in terra egypti. Mensis iste vobis principium mensium / primus erit in mensibus anni. Loqmini ad vniuersum cetū filiorum israel / & dicite eis. Decima die mensis huius: tollat vnusquisq; agnum p familias / & domos suas. Si autem minor est numerus / vt sufficere possit ad vescēdū agnum: assumat vicinū suum qui coniunct⁹ est domui ei⁹ iuxta numerū animarum / que sufficere possint ad esum agni. Erit enim agnus absq; macula: masculus⁹ anniculus⁹. Juxta quem ritum tolletis & hedum & seruabitis eum vsq; ad quartādecimā mensis huius. Immolabitq; eum vniuersa multitudo filiorū israel ad vesperū: & sument de sanguine ei⁹ ac ponent superbtrūq; postem: & in superliminaribus domorū / in quib⁹ comedēt illum. Et edent carnes / nocte illa assas igni: & azimos panes cum lactucis agrestib⁹. Non comedetis ex eo crudum quid: nec coctum aqua: sed assum tātum igni. Caput cum pedibus eius & intestinis vorabitis: & os eius non cōfringetis: nec remanebit ex eo q̄cq̄ vsq; mane. Si quid residuū fuerit: igni cōburetis. Sic autē comedetis illū. Renes vestros accingetis: & calciamēta habebitis in pedib⁹: tenētes baculos in manibus & comedetis festināter. Est enī phase: id est trālitus dñi. Tractus.

ERipe me dñe ab homine malo: a viro iniquo libera me. ℣. Quoniā cogitauerūt malicias in corde: tota die cōstituebant prelia. ℣. Acuerūt linguas suas sicut serpētes venenum aspidū sub labijs eorum. ℣ Custodi me dñe de manu peccatoris: & ab hominibus iniqs libera me. ℣ Qui cogitauerūt supplātare gressus meos: absconderunt superbi laqueum mihi. ℣ Et funes extēderūt in laqueum pedibus meis: iuxta iter scandalum posuerunt mihi. ℣ Dixi domino deus me⁹ es tu: exaudi dñe vocē orationis mee. ℣ Dñe dñe virtus salutis mee: obūbrasti caput meum in die belli. ℣ Ne tradas me a desiderio meo peccatori: cogitauerunt aduersum me ne derelinquas me / ne vnq̄ exaltentur. ℣ Caput circuitus eorum: labor labiorū ipsorū operiet eos. ℣ Verūtamen iusti cōfitebūtur nomini tuo: & habitabunt recti cum vultu tuo. Funito tractu / legat diaconus discalciatus cū alijs passionem / sine cereis: sed cum thuribulo tantum. Cum vero dixerit Partiti sunt vestimenta mea. Duo diaconi vel alij auferant duo linteamina desuper altare hinc et indepositra.

Passio domini nostri iesu christi. Secundum Johannem. xviij.

IN diebꝰ illis. Cum audissent apostoli q erat hierosolymis: quia recepisset samaria verbũ dei: miserũt ad eos petrũ ⁊ iohannem. Qui cũ venissent orauerũt pro ipsis: vt acciperẽt spiritũ sanctũ. Nondũ enĩ in quẽq; illorũ venerat: sed baptizati tantũ erant in nõe dñi iesu. Tũc ponebãt manꝰ sup illos: ⁊ accipiebãt spm̃ sctm̃. Alla. ℣. Mentẽ sãcte spũs reple tuorũ corda fidelium ⁊ tui amoris ĩ eis ignẽ accẽde. Prosa.

LUx iocũda lux insignis: qua de throno missus ignis/ ĩ christi discipulos. Corda replet linguas ditat ad concordes nos inuitat/ coris lingue modulos. Christus misit quod promisit: pignus sponse quã reuisit/ die quinquagesima. Post dulcorem melleum petra fudit oleũ petra iam firmissima. In tabellis sareis: non in linguis igneis/ lex de monte populo. Paucis cordis nouitas: ⁊ linguarũ vnitas/ datur ĩ cenaculo. O q̃ felix q̃ festiua: dies in qua primitiua/ fundat ecclesia. Ut ue sunt primitie: nascentis ecclesie tria primũ milia. Panes legis primitiui: sub vna sunt adoptiui/ fide duo populi. Se duobus interiecit: sicq; duos vnum fecit/ lapis caput anguli. Utres noui nõ vetusti: sũt capaces noui musti/ vasa parat vidua. Liquorem dat helyseus: nobis sacrum rorem deus: si corda sint congrua. Non hoc musto vel liquore: non hoc sumus digni rore/ si discordes moribus. In obscuris vel diuisis: non potest hec paraclysis/

habitare cordibus. ℭ Consolator alme veni: linguas rege corda leni: nihil fellis aut veneni: sub tua presentia. ℭ Illocundū nil amenū: nil salubre nil serenum: nihil dulce nihil plenū: nisi tua gratia. ℭ Tu lumē es & vnguentū: tu celeste condimentū: aque ditans elementū: virtute mysterij. ℭ Noua facti creatura: te laudamus mente pura: gratie nunc sed natura prius ire filij. ℭ Tu qui dator es & donū: tu qui condis omne bonum: cor ad laudem redde pronum nostre lingue formans sonū: in tua preconia. ℭ Tu purga nos a peccatis: auctor ipse puritatis: & in christo renouatis: da perfecte nouitatis: plena nobis gaudia. Amen.

ℭ Secundum Johannem. x.

IN illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Amen amē dico vobis: qui non intrat p ostiū in ouile ouiū: sed ascēdit aliūde: ille fur est et latro. Qui autē intrat per ostiū: pastor est ouiū. Huic ostiarius aperit: & oues vocem eius audiunt. Et proprias oues vocat nominatim: & educit eas. Et cū pprias oues emiserit: ante eas vadit & oues illum sequuntur: quia sciunt vocē ei⁹. Alienum autē non sequūtur: sed fugiūt ab eo: quia non nouerūt vocem alienorum. Hoc prouerbiū dixit eis iesus. Illi autē non cognouerūt quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterū iesus. Amen amen dico vobis: quia ego sum ostiū ouiū. Omnes quotquot venerūt fures sunt & latrones Sed non audierunt eos oues. Ego sum ostiū. Per me si quis introierit saluabitur: & ingredietur & egredietur: & pascua inuenīet. Fur non venit nisi vt furetur & mactet & perdat. Ego veni vt vitam habeant: et abundātius habeant. ℭ Credo. Offer. Portas celi aperuit domin⁹: & pluit illis manna vt ederent. panem celi dedit illis panem angelorum manducauit homo alleluya. Secreta.

PUrificet nos qs dñe muneris presentis oblatio: et dignos sacra participatione pficiat. P do. Prefatio. Qui ascendēs. Cōmunicātes & dicē. Hāc igit. ḡre aī canonē. Cōio. Spūs q̄ a patre procedit alla: ille me clarificabit alla. Postcōio.

MEntes nostras qs dñe spūsāctus diuinis reparet sacramētis: quia ipe est remissio oim peccatorū. P w. ℭ Feria.iiij. Introitus.

DEus dum egrederetis cora populo tuo alleluya. iter faciēs eis alla habitans in illis alleluya alla. Ps. Exurgat deus et dissipent inimici ei⁹ & fugiant qui oderunt eū a facie ei⁹. Gloria patri. Kyrie el. Gloria in excel. Sine Dñs vobiscū. Orem⁹. Dio.

DEus q̄ apostolis tuis sanctū dedisti spiritū: cōcede plebi tue pie petitionis effectū: vt quib⁹ dedisti fidē: largiaris & pacē. Per dñm. eiusdē. ℭ Lectio libri sapientie. j.

IN diebus illis. Dixit salomō filijs israel. Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Sentite de domino in bonitate: et in simplicitate cordis querite illū. Quoniā inuenitur ab his qui nō tētant illū: apparet autē eis qui fidē habent in illū. Peruerse eīm cogitationes: separāt a deo. Probata autē virtus: corripit insipientes. Quoniā in maliuolam animā nō introibit sapiētia: nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spiritus eīm sanct⁹ discipline effugiet fictū: & & auferret se a cogitationibus que sunt sine intellectu: & corripietur a superuenēte iniquitate. Benignus est eīm spirit⁹ sapiētie: et nō liberabit maledictū a labijs suis Quoniā renum illius testis est deus et cordis illius scrutator est verus: et lingue illius auditor. Quoniam

spiritus dñi replenit orbem terrarū & hoc quod continet omnia, scientiā habet vocis. Alleluya. ℣. Veni sancte spirit⁹ reple tuorū corda fidelū et tui amoris in eis ignem accende. Dominus vobiscum. Oratio.

MEntes nostras quesumus domine paraclytus qui a te procedit illuminet: et inducat in omnē sicut tuus promisit filius veritatē. Qui tecum. in vnitate eiusdem.

ℭ Lectio actuum apostolorum. ij.

IN diebus illis. Stans petrus cum vndecim eleuauit vocem suam: & locutus est eis. Viri iudei & qui habitatis hierusalem vniuersi: hoc vobis notum sit: & auribus percipite verba mea. Non enim sicut vos estimatis ebrij sunt: cum sit hora diei tertia: sed hoc est quod dictū est per prophetam iohel. Et erit in nouissimis diebus dicit dominus: effundam de spiritu meo super omnem carnem: & prophetabūt filij vestri: & filie vestre. Et iuuenes vestri visiones videbunt: & seniores vestri somnia somniabunt. Et quidē sup seruos meos: & sup ancillas meas: in diebus illis effundam de spiritu meo: & prophetabunt. Et dabo prodigia in celo sursum: & signa in terra deorsum. Sanguinē & ignem: et vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras: et luna in sanguinem: anteqū veniat dies dñi magnus: & manifestus. Et omnis quicunq; inuocauerit nomen domini: saluus erit. Alla. ℣. Loquebantur variis linguis apostoli magnalia dei. Prosa.

SImplex in essentia: septiformis gratia: nos reformet spiritus. Cordis instret tenebras: et carnis illecebras lux emissa celitus Lex precessit in figura: lex penalis lex obscura: lumen euangelicum.

Spiritalis intellect⁹: litteralē tōde tectus: prodeat in publicū. Lex de monte populo: paucis in cenaculo: nouā datur gratia. Situs vocet nos locorum: preceptorum vel donorū: que sit eminentia. Ignis clāgor buccine: fragor cum caligine lāpadum discursio. Terrorem incutiunt: nec amorem nutriunt: quem effudit vnctio. Sic in lyra lex diuina: reis est imposita. Lex timoris non amoris: puniens illicita. Ecce patres preelecti: dij recētes sunt effecti: culpe soluūt vincula. Soluūt verbo tonant minis: nouis linguis et doctrinis: consonant miracula. Exhibentes egris curam: morbum damnāt non naturā: persequentes scelera. Reos premunt & castigant modo soluūt modo ligant potestate libera. Typū gerit iubilei: dies iste si diei: reqris mysteria. In quo tribus milibus: ad fidem currentibus pullulat ecclesia. Iubileus est vocatus: vel dimittens vel muratus: ad priores vocans status: res distractas libere. Nos distractos sub peccatis: liberet lex charitatis: & perfecte libertatis: dignos reddat munere. Amē. ℭ Secūm Johānē. vj

IN illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Nemo potest venire ad me: nisi pater qui misit me traxerit eum. Et ego resuscitabo eū in nouissimo die. Est scriptū in prophetis. Et erunt oēs docibiles dei. Omnis qui audiuit a patre & didicit: venit ad me: non quia patrē vidit quisq̄: nisi is qui est a deo: hic vidit patrem. Amen amen dico vobis qui credit in me habet vitam eternam. Ego sum panis vite. Patres vestri manducauerunt māna in deserto et mortui sunt. Hic est panis de celo descendens: vt si quis ex ipso māducauerit: nō moriatur. Ego sum panis viuus qui de celo descēdi. Si quis manducauerit ex hoc pane: viuet in eternum. Et panis quē ego dabo caro mea est: p mundi vita. ℭ Credo. Offertorij. Meditabor

in mandatis tuis que dilexi valde/et leuabo manus meas ad mãdata tua que dilexi alleluya. Secreta.

ACcipe quesumus dñe munus oblatũ ꝙ dignanter operare: vt quod mysteriis agim⁹/pijs affectibus celebremus. Per dñm. Prefat. Qui ascẽdens. Cõmunicãtes. Hanc igitur. ꝙte ante canonẽ. Cõio. Pacẽ meã do vobis alleluya: pacẽ reliquo vobis alleluya alleluya. Postcõio.

SAnctificentes domine hec sacramenta celestia: quesumus clemẽtiã tuã: vt qõ tẽpoz aliter gerim⁹ eternus gaudijs cõsequamur. Per.

℣Feria quinta. Introitus.

REpleatur os meum laude tua alleluya: vt possim cãtare alleluya. gaudebũt labia mea dũ cãtauero tibi alla alla. ps. In te domine speraui non confundar in eternum: in iustitia tua libera me. Gloria pri. Kyrie eleyson. Gloria in ex. Oratio.

DEus qui ecclesiam tuam sancti spiritus cotidiana visitatione dignaris: quesumus vt quem ad predicandum gentibus filium tuum misisti/ipsum quoque mittere ad corda credentium dignẽ. Qui tecũ vi. in vni. eiusdẽ. ℣Lectio actuum apostolorũ. viij.

IN diebꝫ illis. Philippus descendens in ciuitatẽ samarie: predicabat illis christũ. Intẽdebãt autem turbe his que a philippo dicebantur: vnanimiter audientes et videntes signa que faciebat. Multi enim illorum qui habebãt spiritus immundos: clamãtes voce magna exibãt. Multi eñ paralitici ꝙ claudi curati sunt. Factũ est autem gaudiũ magnũ in illa ciuitate. Alla. ℣. Factꝰ est repẽte de celo sonꝰ aduenientis spiritꝰ vehemẽtis. Prosa.

ALma chorus dñi nunc pãgat nomina summi. Messias/soter/emmanuel/sabaoth/adonay. Est vnigenitus/via/vita/manus/homo/vlyon. Principium/primogenitus/sapiẽtia/virtus. Alpha/caput/finisq;/simul vocitat/ꝙ est o. Hons ꝙ origo boni/paraclytus/ac mediator. Agnus/ouis/vitulus/serpẽs/aries/leo/vermis. Os/verbum/splendor/sol/gloria/lux/et imago. Panis/flos/vitis/mons/tanua/petra/lapisq;. Angelus/et sponsus/pastorq;/prophe ta/sacerdos. Athanathos/kyrios/theos/panthon/craton/ysus. Saluificet nos/sit cui secla/y oia wra. Amen.

℣Secundum Lucam. ix.

IN illo tpe. Conuocatis iesus duodecim apostolis: dedit illis virtutẽ et potestatẽ sup oia demonia: ꝙ vt lãguores curarẽt. Et misit illos predicare regnũ dei/ꝙ sanare infirmos. Et ait ad illos. Nihil tuleritis in via: neq; virgã/neq; perã: neq; panẽ/neq; pecuniã: neq; duas tunicas habeatis. Et in quãcunq; domũ intraueritis ibi manete: ꝙ inde ne exeatis. Et qcũq; nõ receperit vos: exeũtes de ciuitate illa/etiam puluerẽ pedum vestrorũ excutite: in testimoniũ supra illos. Egressi aũt circuibãt p castella: euãgelizãtes et curãtes vbiq;. Credo. Offr. Lauda aĩa mea dominũ laudabo dñm ĩ vita mea: psallã deo meo q̃diu ero alla.

PRopitiare dñe ꝙs hec Secta. dona sctifica: ꝙ hostie spiritalis oblatiõe suscepta: nosmetipsos tibi pfice munꝰ eternũ. ℣. Prefat. Qui ascẽdens. Infra. Cõicantes. et Hãc igit. vt infra añ canonẽ. Cõio. Spiritꝰ vbi vult spirat ꝙ vocẽ eius audis alla: sed nescis vnde veniat aut quo vadat alla alla. Postcõio.

PResta ꝙs omps deus: vt a nris mentibus carnales amoueat spũsctus affectꝰ: ꝙ spiritalia nobis dona potẽter infũdat. ℣ vo. eiusdẽ.

℣Feria sexta. Introitus.

REpleatur os meum laude tua alleluya: vt possim cãtare alleluya. gaudebũt labia mea dũ cantauero tibi alla alla. ps. In te dñe speraui non confundar in eternũ: in iustitia tua libera me. Gloria pri. Kyrie el. Gloria in ex. Sine dñs vobiscũ. Ofo.

DEus qui ecclesiam tuam misericors de⁹: vt spiritu sancto cõgregata: hostili nullatenus incursione turbetur. Per dñm. eiusdem.

℣Lectio actuum apostolorum. ij.

IN diebus illis. Aperiens petrus os sunm dixit. Viri israelite: audite verba hec. Jesum nazarenum virum approbatum a deo in vobis virtutibus et prodigijs et signis: que fecit per illum deus in medio vestri sicut scitis. Hunc definito consilio et prescientia dei traditum per manus iniquorum affligentes/interemistis. Quem deus suscitauit solutis doloribꝰ inferni: iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Dauid enim dicit in eum. Prouidebam dñm in conspectu meo semper quoniam a dextris est mihi ne commouear. Propter hoc letatũ est cor meum: et exultauit lingua mea: insuper ꝙ caro mea requiescet in spe. Quoniam non derelinques animã meam in inferno nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Notas michi feciſti vias vite: replebis me iocunditate: cum facie tua. Alla. ℣. Emitte spiritũ tuum ꝙ creabũtur ꝙ renouabis faciẽ terre. Prosa.

QUi procedis ab vtroq;: genitore genitoq;/pariter paraclyte. Redde linguas eloquentes/fac feruẽtes in te mentes: flamma tua diuite. Amor patris filijq;/par amborũ ꝙ vtriq;: compar ꝙ consimilis. Cuncta reples cuncta fones/astra regis celum moues/permanẽs immobilis. Lumen clarũ lumen carum/internarũ tenebrarũ: effugas caliginem. Per te mundi sunt mũdati/tu peccatũ et peccati: destruis rubiginem. Veritatẽ notam facis ꝙ ostendis viam pacis: ꝙ iter iustitie. Peruersorũ corda vitas/ꝙ bonorũ corda ditas: munere scientie. Te duce nil obscurum/te presente nil impurũ: sub tua presentia. Gloriatur mens iocunda/per te leta per te mũda: gaudet conscientia. Tu commutas elemẽta/per te suã sacramẽta: habẽt efficatiã. Tu nociuã vim repellis/tu confutas ꝙ refellis: hostium nequitiã. Quando venis cor da lenis/quando subis atre nubis: effugit obscuritas. Sacer ignis pectus ignis/non cõburis sed a curis: purgas quãdo vilitas. Mẽtes pri⁹ imperitas/ꝙ sopitas ꝙ oblitas: eruditis ꝙ excitas. Houes linguas formas sonum/cor ad bonũ facit pronũ: a te data charitas. Cinuamen oppressorũ/o solamen miserorum: pauperũ refugium. O a contẽptũ terrenorũ ad amorẽ supernorũ: trahe desiderium. Consolator et fundator/habitator et amator: cordiũ humiliũ. Pelle mala terge sordes: et discordes fac concordes: et afferpresidium. Tu qui quondã visitasti/docuisti confortasti: timentes discipulos. Visitare nos digneris/nos si placet consoleris ꝙ credentes populos. Par maiestas personarũ par potestas est earũ: ꝙ cõmunis deitas. Tu procedis a duobꝰ/coequalis es ambobꝰ: in nullo disparitas. Quia tãtus es ꝙ talis/quantꝰ pater est ꝙ qualis: seruorũ humilitas. Deo patri filioq;/redemptori tibi quoq;: laudes reddat debitas. Amẽ.

℣Secundum Lucam. v.

IN illo tẽpore. Factum est in vna dierũ: ꝙ ielus sedebat: docens. Et erãt pharisei sedẽtes: ꝙ legisdoctores q̃ venerãt ex oi castello

galilee/ & iudee/ & hierusalē: & virt⁹ dñi erat ad sanādū eos. Et ecce viri portantes in lecto hominē qui erat paralyticus: & querebāt eū inferre & ponere ante eū. Et non inuenientes qua parte illū inferrēt pre turba ascenderunt supra tectū: & per tegulas submiserūt illū cum lecto in medium ante ihesum. Quorū fidem vt vidit: dixit. Homo remittuntur tibi pctā tua. Et ceperunt cogitare scribe & pharisei dicētes. Quis est hic q̄ loquit blasphemias? Quis potest dimittere peccata: nisi sol⁹ de⁹? Ut cognouit autem ihesus cogitationes eorū: respōdēs dixit ad illos. Quid cogitatis mala in cordib⁹ vestris? Quid est facilius dicere: dimittūtur tibi peccata/an dicere/ surge & ambula? Ut aūt sciatis: quia filius hominis potestatem habet in terra dimittēdi peccata: ait paralitico. Tibi dico surge: tolle lectū tuū & vade in domū tuā. Et cōfestim surgēs coram illis: tulit lectū in quo iacebat: & abijt in domum suam magnificās deum. Et stupor apprehēdit oēs et magnificabant deū. Et repleti sunt omnes timore dicentes: quia vidimus: mirabilia hodie. ℣. Credo. Off. Lauda anima mea dñm laudabo dominū in vita mea: psallam deo meo ꝙdiu ero alleluya. Secreta.

SAcrificia domine ꝗs tuis oblata munerib⁹ cōspectib⁹ ignis ille diuinus allumat: qui discipulorum christi filij tui per spiritū sāctū corda succendit. Qui tecū. eiusdem. Prefatio. Qui ascendens. Cōmunicantes et die. Hanc igit. quere ante canonē. Cōio Spiritus vbi vult spirat: & vocē eius audis alleluya: sed nescis vnde veniat aut quo vadat alleluya alleluya. Postcōio.

SUmpsimus dñe sacri dona mysterij humiliter deprecātes vt que in tui cōmemoratione nos facere pcepisti in nostre pficiāt infirmitatis aūriliū. Y. Sabbato. Introit. CHaritas dei diffusa & in cordib⁹ vestris alleluya per inhabitātem spiritū ei⁹ in vobis alla alla. ℣. Domine de⁹ salutis mee in die clamaui et nocte coram te. Gloria patri. Kyrie el. Gloria in excel. fine Dominus vobiscū. Nec le vertit sacerdos & sicut sequit⁹. Oro.

ILlo nos igne quesumus dñe spiritus sanctus inflāmet quē dominus noster ihesus christus misit in terram: & voluit vehementer accēdi. Qui tecū vi. in vnitate eiusdē.

Lectio ysaie prophete ij.

HEc dicit dñs deus. Effundam de spiritu meo sup oēm carnē & pphetabūt filij vestri & filie vestre Senes vestri somnia somniabūt: et iuuenes vestri visiones videbunt. Sed et super seruos meos/et ancillas meas in diebus illis effundā de spiritu meo: et dabo prodigia in celo sursum: & signa in terra deorsum sanguinem & ignē & vaporem fumi Sol cōuertetur in tenebras/& luna in sanguinē: anteq̄ veniat dies dñi magnus & manifestus. Et ois quicūq̄ inuocauerit nomē dñi: saluus erit. ℟. ℣. Veni sancte spirit⁹ replc tuorū corda fidelium & tui amoris in eis ignem accēde. fine Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

DEus q̄ apostolis tuis sanctū dedisti spiritū cōcede plebi tue pie petitionis effectū: vt q̄b⁹ dedisti fidē largiaris & pacē. Y do. eiusdem.

Lectio libri Leuitici. xxiij.

IN diebus illis. Locutus est dominus ad moysen dicēs. Loquere filijs israel & dices ad eos. Cū ingressi fueritis terrā quā ego dabo vobis et messueritis segetē: feretis manipulos spicarū: primitias messis vestre ad sacerdotem. Qui eleuabit fasciculum coram dño vt acceptabilis sit pro vobis altera die sabbati: et sanctificabit illum. Numerabitis ergo ab ipso die: in quo obtulistis manipulos primitiarum septem ebdomadas plenas/vsq̄ ad alterum diē expletionis ebdomade septime: et sic offeretis sacrificium nouum dño/ex omnibus habitaculis vestris. Panes primitiarū duos de duabus decimis similē: quos eleuabit sacerdos coram dño: et vocabitis hunc diē celeberrimū atq̄ sanctissimum. Omne opus seruile non facietis in eo. Legitimum sempiternū erit in cūctis habitaculis vestris & generationibus vestis. Dicit dñs: oipotens. ℟. ℣. Loquebātur varijs linguis apostoli: magnalia dei. fine Dñs vobiscū. Oremus. Oro.

ASit nobis quesumus domine virtus spiritus sancti: que et corda nostra clementer expurget et ab omnibus tueatur aduersis. Y dñm. eiusdem spiritus sancti deus.

Lectio libri Deuteronomij. xxvj.

IN diebus illis. Dixit moyses filijs israel. Audi israel q̄ ego precipio tibi hodie. Cum intraueris terram quam dñs deus tuus tibi daturus est possidendā: et obtinueris eam atq̄ habitaueris in illa: tolles de cunctis frugibus tuis primitias & pones in cartallo. Pergensq̄ ad locum quem dñs deus tuus elegerit: vt ibi inuocetur nomen eius accedes ad sacerdotē qui fuerit in diebus illis: & dices ad eum. Profiteor hodie coram dño deo tuo qui eranduit nos: & respexit humilitatem nostram/et labores atq̄ angustias: et eduxit nos de egypto in manu forti & brachio extento: in ingenti pauore/in signis atq̄ portentis: & introduxit ad locū istum: et tradidit nobis terrā lacte & melle manantē. Et idcirco nunc offero primitias frugū terre quam dñs deus dedit mihi. Et dimittes eas in cōspectu dñi dei tui. Et adorato domino deo tuo/epulaberis in omnibus bonis que dominus deus tuus dederit tibi. ℟. ℣. Emitte spiritū tuū & creabuntur et renouabis faciem terre. fine Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.

MEntes nostras quesumus domine paraclytus qui a te procedit illuminet: & inducat in omnē sicut tuus promisit filius veritatē. Qui tecum vi. in vnitate eiusdem.

Lectio libri Leuitici. xxvj.

IN diebus illis. Dixit dominus ad moysen. Loquere filijs israel et dices ad eos. Si in preceptis meis ambulaueritis: et mandata mea custodieritis/et feceritis ea: dabo vobis pluuias temporibus suis: & terra gignet germen suum. Et pomis arbores replebuntur. Et apprehendet messium tritura vindemiā et vindemia occupabit sementem. Et comedetis panem vestrum in saturitate: et absq̄ pauore habitabitis in terra vestra. Dabo pacem in finibus vestris. dormietis: & nō erit qui exterreat. Auferat malas bestias: et gladius non transibit terminos vestros. Persequimini inimicos vestros: et corruent coram vobis. Et persequentur quinq̄ de vestris centum alienos: et centum ex vobis decem milia. Cadent inimici vestri gladio: in conspectu vestro. Respiciam vos & crescere faciam: et multiplicabimini/et firmabo pactum meum vobiscum. Et comedetis vetustissima veterum et vetera nouis superuenientibus proijcietis. Ponam tabernaculum meū in medio vestri: et non abijciet vos vltra anima mea. Et ambulabo inter vos et ero vester deus: vosq̄ eritis populus meus. Dicit dñs: omni potens. ℟. ℣. Dum complerentur dies penthecostes: erant omnes pariter dicentes. fine Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

QDucde quesum⁹ omnipotēs deus: vt qui solēnitatem toni sancti spiritus colim⁹ celestibus dōtibus accensi: fontem vite sitiam⁹: dominū nostrū iesum chr̄m filium tuum. Qui tecū. in vnitate eiusdē.

Lectio Danielis prophete.

IN diebus illis. Angelus dñi descendit cū azaria. ℟e supra in aduētu sabbato. iij. tym. fol. v. Alla. ℣. Benedict⁹ es dñe de⁹ patrū nostroꝝ: & laudabilis in secula. Dñs vobiscum. Et vertit se. Oro.

OMntib⁹ nostris quesum⁹ dñe spiritū sanctū benign⁹ infunde: cui⁹ & sapiētia cōditi sumus: et puidētia gubernamur. Pw. in vnitate eiusdē. Memoria si occurrerit.

Lectio actuū apostolorum. xiij.

IN diebus illis. Cōuenit vniuersa ciuitas audire verbum dñi. Videntes autē turbas iudei repleti sunt zelo: & contradicebāt his que a paulo dicebātur blasphemantes. Tūc constāter paulus & barnabas direcunt. Vobis oportebat primum loqui verbum dei. Sed quoniā repulistis illud: & indignos vos iudicastis eterne vite: ecce conuertimur ad gētes. Sic enim nobis precepit dñs. Posui te in lucem gentibus vt sis salus mea vsq; ad extremum terre. Audiētes autem gētes: gaudse sunt & glorificabāt verbum dñi: & crediderūt quotquot erāt preordinati ad vitā eternā. Disseminabatur autē verbum dñi per vniuersam regionē. Judei autē concitauerunt mulieres religiosas honestas & primos ciuitatis: & excitauerunt persecutionē in paulū & barnabam: & eiecerunt eos de finib⁹ suis. At illi excusso puluere pedū in eos: venerunt yconium. Discipuli quoq; replebātur gaudio: & spū sctō. Alla. ℣. Laudate dñm oēs gētes: & collaudate eum oēs populi. Prosa.

VEni sancte spiritus: & emitte celitus / lucis tue radium. Veni pater pauperū: veni datoꝝ munerū veni lumē cordiū. Cōsolatoꝝ optime: dulcis hospes anime / dulce refrigerium. In laboꝝe requies: in estu tēperies / in fletu solatium. O lux beatissima: reple cordis intima: tuorum fidelium. Sine tuo numine: nihil est in lumine: nihil est innoxium Mana quod est sordidū: riga qđ est aridū: sana qđ est saucium. Flecte qđ est rigidū: foue quod est frigidum / rege qđ est deuium. Da tuis fidelib⁹ in te confidētib⁹ / sacrū septenariū. Da virtutis meritum: da salutis exitū / da perenne gaudium. Amen.

Secundum Lucam. iiij.

IN illo tēpoꝝe. Surgēs iesus de synagoga: intrauit in domum symonis. Socrus autem symonis tenebatur magnis febribus & rogauerunt illū pro ea. Et stans super illā: imperauit febri: & dimisit illam. Et cōtinuo surgēs: ministrabat illis. Cum sol autem occidisset: omnes qui habebāt infirmos variis languoribus / ducebant illos ad eū. At ille singulis man⁹ imponēs: curabat eos. Exibāt autem demonia a multis clamātia & dicentia: quia tu es filius dei. Et increpās nō sinebat ea loqui: quia sciebāt ipsum esse chr̄istum. Facta autē die: egressus ibat in desertū locum. Et turbe requirebāt eū & venerūt vsq; ad ipsū: & detinebāt illum / ne discederet ab eis. Quib⁹ ille ait. Quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnū dei / qa ideo missus sum. Et erat ꝓdicans / in synagogis galilee. Credo. Offr. Dñe de⁹ salutis mee: in die clamaui & nocte coram te: intret oro mea in cōspectu tuo dñe. Secta.

MUnera qs dñe oblata sanctifica: & corda nra sancti spūs illustratione emūda. P dominum eiusdē. Prefat. Qui ascendens. Communicātes et diem. Hāc igitur. ℟e ante canonē.

Cōmunio. Non vos relinquam orphanos veniam ad vos iterum alleluya: et gaudebit cor vestrum alleluya alleluya. Postcōmunio.

SAncti spiritus dñe corda nostra mundet infusio: et sui roris intima asperſiō fecūdet. Per dñm. De sanctissima trinitate. Ad missam. Introitus.



BEnedicta sit scā trinitas atq; indiuisa vnitas / cōfitebimur ei: quia fecit nobiscū misericordiam suā. ℘s. Benedicamus patrem & filiū cū sancto spiritu. Gloria patri. Kyrie el̄. Gloria in ex. Oro.

OMps sempiterne de⁹: qui dedisti famulis tuis / in cōfessione vere fidei eterne trinitatis gloriā agnoscere: & in potētia maiestatis adorare vnitatē q̄s vt eiusdē fidei firmitate ab oib⁹ semp muniamur aduersis. P dn. Si occurrerit memoria de eadem. Lectio epīe beati pauli apīi. Ad corinthios. ſcōe. vltimo.

FRatres. Gratia dñi nostri iesu chr̄isti: & charitas dei. Et cōmunicatio sancti spirit⁹: sit semper cū omnibus vobis amen. ℣. Benedictus es dñe qui intueris abyssos & sedes super cherubin. ℟. Benedicite deū celi: quia fecit nobiscū misericordiam suā. Alla. ℣. Benedicam⁹ patrē & filiū cū sancto spiritu laudem⁹ et superexaltem⁹ eū in secula. Alla. ℣. Verbo dñi celi firmati sūt: & spiritu oris ei⁹ omnis virtus eorū. Prosa.

BEnedicta semper sit beata trinitas: deitas scilicet vnitas / coequalis gloria. Pater / filius / sanctus spūs: tria sunt nomina / omnia eadem substantia. Deus genitor / deus genitus / in vtroq; sacer spiritus: deitate socia. Non tres tamen dij sunt / deus verus vnus est: sic pater dominus / filius spūsq; dñs. Ipse tamen filius / deus verus vn⁹ est preclarus: itaq; spūs ab vtroq; emanat. Propietas in plonis / vnitas est & in essentia. Maiestas par & potestas / decus honorq; per oia. Sidera maria continens / arua simul / & vniuersa condita. Quem tremūt impia tartara / colit quoq; quem et abyssus infima. Quem laudāt sol atq; luna: dignitas adorat angelica. Nunc omnis vox atq; lingua: fateatur hunc laude debita. Et nos voce precelsa: oēs modulemur organica: cantica dulci melodia. Ea et eya nunc oēs iubilemus alti throno: dño laudes in excelsis. O veneranda trinitas. O adorāda vnitas. Per te sum⁹ creati vera eternitas. Per te sumus redempti summa tu charitas. Populū cunctum tu protege / salua / libera / eripe / & munda. Te adoramus omps / tibi canim⁹: tibi laus & gloria. Amen.

Initium sancti euangelij scōm Johannē. j.

IN principio erat verbū: & verbum erat apud deum: & deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deū. Omnia per ipsum facta sūt: & sine ipso factū est nihil. Quod factum est in ipso vita erat. Et vita erat lux hominū. Et lux in tenebris lucet: & tenebre eam non cōprehenderunt. Fuit homo missus a deo: cui nomen erat iohannes. Hic venit in testimoniū vt testimonium perhiberet de lumine: vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera: que illuminat omnē hominē venientem in hunc mundū. In mundo erat: et mundus per ipsum factus est: & mundus eum non cognouit. In ppria venit: et sui eū

non receperunt. Quotquot autē receperunt eū: dedit eis potestatem filios dei fieri: his q̄ credūt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus: neq; ex voluntate carnis neq; ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt. Et verbum caro factum est: & habitauit in nobis. Et vidimus gloriā eius gloriā quasi vnigeniti a patre. Plenū gratie: & veritatis. ℣ redo. Dñs. Benedictus sit deus pater vnigenitusq; dei filius sanctus quoq; spūs: quia fecit nobiscum miam suam. Secreta.

SAnctifica q̄s dñe per tui sancti nominis inuocationem huius oblationis hostiā: et per eā nosmetipsos tibi perfice munus eternum. Per do. Prefatio. Qui cū vnigeni. ḡre aū canonē. Cōio. Benedicimus deū celi: & coram oīb⁹ viuētib⁹ cōfitebimur ei quia fecit nobiscum misericordiam suam. Postcōmunio.

PRoficiat nobis ad salutē corporis et anime dñe deus noster hui⁹ sacramēti susceptio: & sempiterne sctē trinitatis eiusdēq; indiuidue vnitatis cōfessio. P do. Post missam cuāgeliū. Cū venerit paraclyt⁹. ḡre dñica post ascēsionē. Dñica prima post octa. pentheco. quere officium post officium sacramenti.

De sancto sacramento altaris.

Ad missam. Introitus.



Ibauit eos ex adipe frumēti alleluya & de petra melle saturauit eos alla alla alleluya. ℣s. Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. Cibauit. Gloria patri & fi. Cibauit. Kyrie eleyson. Gloria in excelsis. Oratio

DEus qui nobis sub sacramēto mirabili passionis tue memoriā reliquisti: tribue q̄s: ita nos corporis & sāguinis tui sacra mysteria venerari: vt redēptionis tue fructū / in nobis percipere mereamur. Qui vivis. Memoria si occurrerit. Ad corinthios. j. xj.

FRatres. Ego enī accepi a dño quō & tradidi vobis. Quoniam dñs ihesus in qua nocte tradebatur accepit panē: & gratias agēs fregit & dixit. Accipite & māducate. Hoc ē corp⁹ meū: quod p vobis tradetur: Hoc facite: in meā cōmemorationē Similiter & calicē postq̄ cenauit dicēs. Hic calix nouū testamentū est: in meo sāguine. Hoc facite quotiēscūq; sumitis in meā cōmemorationē. Quotiēscūq; enim māducabitis panē hūc / & calicē bibetis: mortem dñi annūciabitis donec veniat. Itaq; quicūq; māducauerit hūc panē: & biberit calicē dñi indigne / reus erit corporis & sanguinis dñi. Probet autē seipm homo: & sic de pane illo edat: et de calice bibat. Qui enim māducat & bibit indigne: iudiciū sibi māducat & bibit. Nō diiudicans corp⁹ dñi. ℣. Oculi oim in te sperāt dñe: & tu das illis escā in tēpore opportuno. ℟. Aperis tu manū tuā: et iples oīe animal bñdictione. Alle. ℣. Caro mea vere est cibus & sanguis me⁹ vere est potus: qui māducat meā carnē et bibit meū sanguinē: in me manet et ego in eo alla. Prosa.

LAuda syon saluatorē: lauda ducē & pastorē / in hymnis et cāticis. Quantū potes tantū gaude: quia maior oi laude / nec laudare sufficis. Laudis thema specialis panis viu⁹ & vitalis / hodie ꝓponitur. Quē in sacre mēsa cene: turbe fratrū duodene / datū non ambigit. Sit laus plena sit sonora: sit iocūda sit decora mētis inbilatio. Dies enim solēnis agitur: in qua mense

prima recolitur: hui⁹ institutio. In hac mensa noui regis: nouū pascha noue legis / phase vetus terminat. Vetustatē nouitas: vmbra fugat veritas noctē lux illuminat. Quod in cena christus gessit: faciendū hoc exp̄essit / in sui memoriā. Diuisio. Docti sacris institutis: panē vinū in salutis cōsecram⁹ hostiā. Dogmadatur christianis: quod in carnē transit panis / et vinū in sanguinē. Quod nō capis quod nō vides: animosa firmat fides / p̄eter rerū ordinē. Sub diuersis speciebus: signis tantum & non rebus / latent res eximie. Caro cib⁹ sanguis potus: manet tamen christus totus sub vtraq; specie. Sumente non cōscisus: nō confractus non diuisus / integer accipitur. Sumit vnus sumunt mille: quantū iste tātum ille / nec sumptus cōsumitur. Sumunt boni sumunt mali: sorte tamen inequali / vite vel interitus. Mors est malis vita bonis: vide paris sumptionis / q̄ sit dispar exitus. Fracto demum sacramēto: ne vacilles sed memēto: tantū esse sub fragmēto quantū toto tegitur. Nulla rei fit scissura: signi tantū fit fractura / qua nec status nec statura: signati minuitur. Sequēs ℣. Fit. Ecce panis angelorū: factus cibus viatorū / vere panis filiorū non mittendus canibus. In figuris p̄signatur: cum isaac immolatur / agnus pasche deputat datur māna patrib⁹. Bone pastor panis vere: iesu nostri miserere tu nos pasce nos tuere tu nos bona fac videre: in terra viuentium. Tu qui cuncta scis & vales: qui nos pascis hic mortales tuos ibi cōmensales / coheredes & sodales: fac sanctorum ciuiū. Amē. Cōmixtio. vj. In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis / & turbis in deserto. Ego sum panis vite. Patres vestri manducauerūt māna in deserto et mortui sunt. Hic est panis de celo descendēs: vt si quis ex ipso māducauerit / non moriatur. Ego sum panis viuus / qui de celo descendi. Si quis māducauerit ex hoc pane: viuet in eternū. Et panis quē ego dabo / caro mea est p̄o mundi vita. Litigabant ergo iudei adinuicē dicentes. Quomodo potest hic nobis dare carnē suā ad manducādū? Dixit ergo eis iesus. Amen amen dico vobis: nisi māducaueritis carnē filij hominis / & biberitis eius sanguinē: nō habebitis vitā in vobis. Qui manducat meā carnē: & bibit meum sanguinē / habet vitā eternam. Et ego resuscitabo eū in nouissimo die. Caro enī mea vere est cibus: et sanguis meus vere est potus. Qui māducat meam carnem / & bibit meum sanguinem: in me manet et ego in illo. Sicut misit me viuens pater: et ego viuo p̄opter patrem. Et qui manducat me: ipse viuet ꝓpter me Hic est panis: qui de celo descendit. Non sicut manducauerunt patres vestri manna in deserto: et mortui sunt. Qui manducat hunc panem vivet in eternū. ℣ redo. Offertorium. Sacerdotes incensū domini: et panem offerunt deo et ideo sancti erūt deo suo et non polluent nomen eius alleluya. Secreta.

ECclesie tue quesumus domine vnitatis et pacis p̄opitius dona concede que sub oblatis muneribus mystice designantur. Per dominū nostrum iesum christum filiū tuum. Qui te. Prefatio. Quia per incarnati. ℣t in nati. dñi. Cōmunio Quotiēscūq; manducabitis panem hunc / & calicē bibetis mortē dñi annunciabitis donec veniat: itaq; quicūq; manducauerit panē vel biberit calicem dñi indigne: reus erit corporis & sanguinis dñi alla. Postcōio.

HAc nos q̄s dñe diuinitatis tue sempiterna fruitione re-

pleri: quã pciosi corporis ⁊ sanguinis tui tẽporalis ꝯceptio figurat. Qui viuis ⁊ regnas cũ deo patre.

¶ Per octa. singulis diebus/missa sicut in die cum Gloria in excelsis. Prosa. Credo ⁊ Prefatione. Prosa tamen diuiditur in duas vel in tres partes. Et dicitur tãtum vna pars per ordinem. Die vero dominica infra octa. ⁊ in die octa. dicitur tota.

¶ Nota etiam ꝙ de quocunq; fiat missa infra octa. preterq; pro defunctis dicitur Gloria in excel. Credo. ⁊ Prefatio. Quia ꝙ incarnati. Nisi illa festa habeãt proprium/sicut si fiat de beata Maria/vel de apostolis: quia tunc diceretur prefatio de beata Maria/vel de apostolis. Et sic per alias octa. per totũ annum.

¶ Dñica. j. post trinitatẽ Introit⁹.

Domine in tua misericordia speraui: exultauit cor meũ in salutari tuo cantabo domino q̃ bona tribuit mihi. Vsq; quo domine obliuiscaris me in finẽ: vsq; quo auertis faciem tuam a me. Gloria patri ⁊ filio. Kyrie eleyson. Nõ dr. Gloria in exnec Credo. in hoc officio: qa fit semper de die preuiato. Oratio.

Deus in te sperãtium fortitudo: adesto piicius inuocationibus nostris: ⁊ qa sine te nihil potest mortalis infirmitas: psta auxilium gẽe tue: vt in exequẽdis mãdatis tuis: ⁊ voluntate tibi ⁊ actione placeamus. Pr dn. ¶ Lectio epistole beati Johãnis apostoli. j. iij.

Karissimi. Deus charitas est. In hoc apparuit charitas dei in nobis: quoniam filiũ suum vnigenitum misit deus in mũdum: vt viuamus per eum. In hoc est charitas: nõ quasi nõ dilexerimus deũ: sed quoniam ipse prior dilexit nos: et misit filiũ suum propitiationem pro peccatis nostris. Charissimi: si deus dilexit nos: ⁊ nos debemus alterutrum diligere. Deum nemo vidit vnq;. Si diligam⁹ inuicem: deus in nobis manet: ⁊ charitas eius in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus quoniã in eo manemus/⁊ ipse in nobis: quoniã de spiritu suo dedit nobis. Et nos vidimus ⁊ testificamur: quoniam pater misit filium suum saluatorem mũdi. Quisquis confessus fuerit quoniã iesus est filius dei: deus in eo manet ⁊ ipse in deo. Et nos cognouimus ⁊ credidimus charitati/quã habet de⁹ in nobis. Deus charitas est. Et q̃ manet in charitate in deo manet ⁊ deus in eo. In hoc perfecta est charitas dei nobiscũ: vt fiduciam habeamus in die iudicij: qa sicut ille est/⁊ nos sumus in hoc mũdo. Timor nõ est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorẽ: qm̃ timor penam habet. Qui autẽ timet/non est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus deum: qm̃ ipse prior dilexit nos. Si quis dixerit qm̃ diligo deũ: ⁊ fratrẽ suũ oderit/mẽdax est. Qui enim nõ diligit fratrẽ suũ quem videt: deũ quem non videt/quomodo potest diligere? Et hoc mãdatũ habemus a deo: vt qui diligit deũ/diligat ⁊ fratrẽ suum. ℟. Ego dixi domine miserere mei: sana aiam meã quoniã peccaui tibi. ℣. Beatus q̃ intelligit super egenũ ⁊ pauperem: in die mala liberabit eum dñs. Alla. ℣. Deus iudex iust⁹ fortis ⁊ patiẽs: nunquid irascetur p singulos dies. Non dicitur prosa vsq; ad aduentum domini quando fit de tempore.

¶ Secundum Lucam. rvj.

In illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis. Homo quidam erat diues: et indumentum purpura ⁊ bysso: ⁊ epulabat quotidie splendide. Et erat quidã mẽdic⁹ nomine lazarus: qui iacebat ad ianuã eius

vlceribus plenus cupiẽs saturari de micis que cadebant de mensa diuitis: ⁊ nemo illi dabat. Sed et canes veniebant ⁊ lingebant vlcera eius. Factũ est autẽ vt moreretur mendicus: ⁊ portaretur ab angelis in sinũ abrahe. Mortuus est autẽ et diues: ⁊ sepultus est in inferno. Eleuãs autem oculos suos cũ esset in tormentis: vidit abraham a longe: et lazarum in sinu eius. Et ipse clamãs dixit. Pater abraham miserere mei et mitte lazarũ vt intingat extremum digiti sui in aqua: vt refrigeret linguã meam: quia crucior in hac flãma. Et dixit illi abrahã. Fili recordare quia recepisti bona in vita tua ⁊ lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur: tu vero cruciaris. Et in his omnibus inter vos et nos chaos magnum firmatũ est: vt hi qui volunt hinc transire ad vos non possint: neq; inde huc transmeare. Et ait. Rogo te pater: vt mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quinq; fratres/vt testetur illis: ne ⁊ ipsi veniant in hunc locum tormentorũ. Et ait illi abrahã. Habent moysen et prophetas: audiant illos. At ille dixit. Non pater abraha. Sed si quis ex mortuis ierit ad eos: penitentiã agent. Ait autẽ illi. Si moysen ⁊ prophetas nõ audiũt: neq; si quis ex mortuis resurrexerit credent. Offr. Intende voci orationis mee: rex meus et deus me⁹ quoniam ad te orabo dñe. Secreta.

Hostias nostras tibi dñe dicatas placatus assume: ⁊ ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per do. Cõio. Narrabo oĩa mirabilia tua: letabor ⁊ exultabo in te psallã nõi tuo altissime. Postcõio

Sanctis domine repletis muneribus prestta quesumus: vt et salutaria dona capiamus: et a tua nunq; laude cessemus. Per dñm.

¶ Feria. iij. Ad romanos. vj.

Fratres. Non regnet peccatũ in vestro mortali corpore: vt obediatis concupiscẽtijs eius. Sed neq; exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato: sed exhibete vos deo tanq; ex mortuis viuentes/⁊ membra vestra arma iustitie deo. Peccatũ enim vobis non dominabitur. Nõ enim sub lege estis sed sub gratia. Quid ergo? Peccauim⁹ quoniã non sumus sub lege: sed sub gratia? Absit. An nescitis quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediẽdum: serui estis eius cui obeditis: siue peccati ad mortem: siue obeditionis ad iustitiam? Gratias autẽ deo q̃ fuistis serui peccati: obedistis autem ex corde in eam formam doctrine in qua traditi estis. Liberati autem a peccato: serui facti estis iustitie. Per iesum christum dñm nostrum. ¶ Secundũ Mattheum. v.

In illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis. Nolite putare quoniam veni soluere legẽ aut prophetas. non veni soluere: sed adimplere. Amen quippe dico vobis: donec transeat celum ⁊ terra iota vnũ aut vnus apex/non preteribit a lege: donec omnia fiãt. Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis: et docuerit sic homines: minimus vocabitur in regno celorum. Qui autẽ fecerit et docuerit: hic magnus vocabitur in regno celorum.

¶ Feria. vj. Ad ephesios. primo.

Fratres. Nõ cesso gratias agens pro vobis: memoriã vestri faciens in orationibus meis: vt deus domini nostri iesu christi pater glorie: det vobis spiritũ sapientie: ⁊ reuelationis in agnitionẽ ei⁹ illuminatos oculos cordis. Vt sciatis que sit spes vocationis eius: et que diuitie glorie hereditatis ei⁹ in sanctis ⁊ q̃ sit supereminẽs magnitudo virtutis eius in nos: qui credimus secũdum operationẽ potentie

virtutis eius: quam operatus est in christo suscitans illum a mortuis: & cõstituens eũ ad dexteram suã in celestibus: supra omnẽ principatũ/ et potestatem/ & virtutẽ/ & dominationẽ/ & omne nomẽ quod nominatur Non solum in hoc seculo sed etiã in futuro. ℂ Secundũ Lucam. xvij.

IN illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis. Impossibile est: vt non veniãt scandala. Ve autem illi: per quem veniũt. Utilius est illi si lapis molaris imponatur circa collũ eius/ & proiciatur in mare: q̃ vt scandalizet vnũ de pusillis istis. Attẽdite vobis. Si peccauerit in te frater tuus: increpa illum. Et si penitentiam egerit: dimitte illi. Et si septies in die peccauerit in te: et septies in die cõuersus fuerit ad te dicens/ penitet me: dimitte illi. Et dixerũt apostoli dño. Adauge nobis fidem. Dixit autẽ dñs. Si habueritis fidem sicut granum synapis: dicetis huic arbori moro/ eradicare & transplantare in mare: & obediet vobis. Quis autem vestrum habet seruũ arantem: aut pascẽtem boues: qui egresso de agro dicat illi statim trãsi & recũbe. et non dicit ei paracenã/ et precinge et ministra mihi/ donec manducem & bibã: & post hec tu mãducabis & bibes? Numquid gratiã habet seruo illi/ quia fecit que ei imperauerat? Non puto. Sic & vos cũ feceritis omnia que precepta sunt vobis dicite. Serui inutiles sumus quod debuimus facere fecimus.

℣ Dominica secunda. Introitus.

FActus est dñs protector meus: & eduxit me in latitudinẽ salutũ me fecit quoniã voluit me. ℟. Diligam te dñe fortitudo mea dñs firmamẽtum meũ & refugium meũ et liberator me⁹. Gloria patri. Kyrie eleyson.

Gloria in excelsis. ℣ Credo. dicitur si fiat die dominico/ alias non: et sic deinceps. Oratio.

SAncti nominis tui dñe timorẽ pariter & amorẽ fac nos habere perpetuũ: quia nunq̃ tua gubernatione destituis: quos in soliditate tue dilectionis instituis. Per dñm. ℣ Lectio eple beti iohãnis apli. j. ij.

CAriss̃imi. Nolite mirari: si odit vos mũdus. Nos scim⁹ quoniã trãslati sumus de morte ad vitã: quoniã diligim⁹ fratres. Qui nõ diligit manet in morte. Dis qui odit fratrẽ suũ homicida est. Et scitis quoniã oĩs homicida: non habet vitam eternã in se manentẽ. In hoc cognouim⁹ charitatẽ dei: quoniã ille pro nobis aiam suã posuit: & nos debemus pro fratrib⁹ nostris aias ponere. Qui habuerit substãtiã huius mũdi: & viderit fratrẽ suũ necesse habere: & clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas dei manet in eo? Filioli mei non diligam⁹ verbo neq̃ ligua: sed opere & veritate. ℟. Ad dñm cũ tribularer clamaui: & exaudiuit me. ℣. Dñe libera aiam meã a labijs iniquis et a lingua dolosa. Alla. ℣. Diligã te dñe virt⁹ mea: dñs firmamẽtũ meũ & refugiũ meũ. Prosa nulla ℣ Scõm Lucã. xiij.

IN illo tẽpore. Dixit ihesus discipulis suis: similitudinem hãc. Homo quidã fecit cenã magnã & vocauit multos. Et misit seruum suum hora cene dicere invitatis vt venirẽt/ quia iã parata sunt oia. Et ceperũt: oĩs simul excusare. Prim⁹ dixit ei. Villam emi & necesse habeo exire/ et videre illam. Rogo te habe me excusatum. Et alter dixit. Juga boũ emi quinq̃: et eo probare illa. Rogo te: habe me excusatum. Et alius dixit. Uxorem duxi: et ideo non possum venire. Et reuersus seruus nunciauit hec dño suo. Tunc iratus paterfamilias/ dixit seruo suo. Exi

cito in plateas et vicos ciuitatis: et pauperes ac debiles/ cecos/ et claudos: introduc huc. Et ait seruus. Domine/ factũ est vt iperasti: et adhuc locus ẽ. Et ait dñs seruo. Exi in vias/ & sepes: & cõpelle intrare/ vt impleatur dom⁹ mea. Dico aũt vobis q̃ nemo virorũ illorũ q̃ vocati sunt gustabit cenã meã. ℣ Credo. bt̃s. dictũ est. Offr. Factus est dñs firmamentũ meũ & refugiũ meũ & liberator meus sperabo in eũ. Secreta.

OBlatio nos dñe tuo nomini dicata purificet: & de die in diem ad celestis vite transferat actionẽ. Per dñm nostrum. Cõio. Cantabo dño qui bona tribuit mihi: et psallã nomini dñi altissimi. Postcõio.

SUmptis mun̄ibus dñe quesumus: vt cũ frequentatione mysterij crescat nostre salutis effectus. Per do. Missa per ebdomadã vt in dñica. Excepto q̃ non dr Gloria in excel. nec ℣ Credo. Et br in fine. Bñdicam⁹ dño. Si aũt feria quarta vel sexta euenerit/ fiet alia feria de epla & euãgelio ipsarum: vel celebrat feria sctõa de angelis: & alijs festis/ vt infra in missis familiarib⁹ notatum est. vel de patrono ecclesie aliquod die ebdomade: quelibet ecclesia iuxta morẽ suã: etiã in festis testũ lectionũ iuxta deuotionẽ celebrãtis: nisi sit missa ppria/ vt in. xl. in rogationib⁹: in ieiunijs quatuor tẽpor: in vigilijs festorũ/ & similib⁹ ℣ Feria. iij. Ad collossenses. iij.

HRatres. Mortificate mẽbra vestra: que sunt super terram Fornicationem/ immũdiciam: & libidinẽ/ concupiscentiã malã: & auariciã: que est simulachrorũ seruitus Propter que venit ira dei: sup filios incredulitatis: in quibus & vos ambulastis aliquando: cum viueretis in illis. Nunc autẽ deponite et vos omnia: trã/ indignationẽ/ maliciã/ blasphemiam/ et turpẽ sermonẽ de ore vestro ne emiseritis. Nolite mẽtiri inuicem: expoliantes vos veterẽ hominẽ cũ actibus suis: et induẽtes nouũ: eũ qui renouatur in agnitionẽ dei secundũ imaginẽ eius qui creauit eum. Ubi non est gentilis & iudeus: circumcisio & prepucium: barbarus et scytha: seruus & liber. Sed omnia: et in omnibus christus.

℣ Secundum Lucam. xij.

IN illo tempore. Ait quidam de turba ad iesum. Magister dic fratri meo: vt diuidat mecum hereditatẽ. At ille dixit ei. Homo quis me constitnit iudicem aut diuisorẽ supra vos? Diritq̃ ad illos. Uidete & cauete ab omni auaricia: quia nõ in habundãtia cuiusq̃ eius vita est: ex his que possidet. Dixit autem similitudinẽ ad illos dicens. Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit/ & cogitabat intra se dicens. Quid faciam quia nõ habeo: quo congregem fructus meos? Et dixit. Hoc faciã. Destruam horrea mea/ & maiora faciã: & illuc congregabo omnia que nata sunt mihi: et bona mea & dicam aie mee. Anima habes multa bona reposita in annos plurimos: requiesce/ comede: bibe/ et epulare. Dixit autẽ illi deus. Stulte hac nocte aiã tuam repetent a te. Que autem parasti: cuius erunt? Sic est qui sibi thesaurizat: et non est in deũ dives. ℣ Feria. vj. ℣ Lcõ eple beti iohis apli. prime. j.

CAriss̃imi. Hec est annunciatio quam audiuimus a deo: & annũciamus vobis: quoniam deus lux est: & tenebre in eo nõ sunt vlle. Si dixerimus quoniã societatẽ habemus cũ eo: et in tenebris ambulamus: mentimur/ & non facimus veritatem. Si autẽ in luce ambulam⁹ sicut & ipse in luce est: societatẽ habemus adinuicem: et sanguis iesu christi filij eius emũdat nos ab omni peccato. Si dixerimus quoniam

peccatum non habemus: nosipsos seducim⁹: ⁊ veritas in nobis nō est. Si cōfiteamur peccata nostra fidelis est ⁊ iust⁹/ vt remittat nobis peccata nostra: ⁊ emūdet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus quoniam non peccauim⁹: mēdacem facimus eum: ⁊ verbū eius: non est in nobis.

℣ Secundum Mattheum. xj.

In illo tyc. Cepit iesus exprobrare ciuitatib⁹ in quibus facte sunt plurime virtutes ei⁹: quia nō egissent penitētiā. Ue tibi corozaim: ve tibi bethsaida/ qa si in tyro ⁊ sydone facte fuissent virtutes: que facte sunt in vobis: olim in cilicio ⁊ cinere penitētiā egissent. Uerūtamen dico vobis: tyro et sydoni remissius in die iudicij erit ꝙ vobis. Et tu capharnaum nunquid vsq in celū exaltaberis: vsq in infernū descendes? Quia si in sodomis facte fuissent virtutes que facte sunt in te: forte mansissent vsq in hanc diem. Uerūtamen dico vobis quia terre sodomozū remissius erit in die iudicij: ꝙ tibi. ℣ Sabbato. Secundum Mattheum. xij.

In illo tēpore. Abiit iesus sabbato per sata. Discipuli autē eius esurientes: ceperūt vellere spicas/ ⁊ manducare. Pharisei autem videntes: dixerūt ei. Ecce discipuli tui faciunt que non licet facere sabbatis. At ille dixit eis. Non legistis quid fecerit dauid quando esuriit/ et qui cum eo erāt: quomodo intrauit in domū dei/ ⁊ panes propositionis comedit quos non licebat ei edere: neq; is qui cū eo erāt nisi solis sacerdotibus? Aut nō legistis in lege: qa sabbatis sacerdotes in tēplo sabbatum violāt: ⁊ sine crimine sunt. Dico autē vobis quia tēplo maior est hic. Si autē sciretis qd est misericordiam volo/ ⁊ nō sacrificium: nunq; condēnasletis innocentes. Dns est enim filius hominis: etiā sabbati.

℣ Domina tertia. Introitus.

Respice in me ⁊ miserere mei domine: quoniam vnicus et pauper sum ego/ vide humilitatē meā ⁊ labozē meū: et dimitte omnia peccata mea deus meus. ℣. Ad te dñe leuaui animā meam: deus meus in te confido nō erubescam. Glozia patri. Kyrie el̄. Glozia in excelsis. Oro.

Exaudi orationē nostrā quesum⁹ domine benignus exaudi: et quibus supplicādi prestas affectū: tribue defensionis auxiliū. Per do.

℣ Lectio epīe beati Petri apīi. j. v.

Carissimi. Humiliamini sub potēti manu dei: vt vos exaltet in tēpore visitationis. Omnem sollicitudinē vestrā proijcientes in eum: quoniā ipsi cura est de vobis. Sobrij estote et vigilate: qa aduersarius vester diabolus tanq; leo rugiens/ circuit querens quē deuozet. Cui resistite forces in fide: scientes eandem passionē ei que in mūdo est vestre fraternitati fieri. Deus autē omnis gratie q̄ vocauit nos in eternam suā gloziam: in christo iesu modicum passos: ipse perficiet/ confirmabit/ solidabitq;. Ipsi gloria ⁊ imperium: in secula seculozum. Amē. ℣. Jacta cogitatū tuū in dño: ⁊ ipse te enutriet. ℣. Dū clamarē ad dñm: exaudiuit vocē meā ab his q̄ appropinquant mihi. Alla. ℣. Dñe in virtute tua letabitur rex: ⁊ super salutare tuum exultabit vehementer.

℣ Secundum Lucam. xv.

In illo tēpore. Erant appropinquātes ad iesum publicani ⁊ peccatores: vt audirēt eum. Et murmurabant scribe ⁊ pharisei dicentes. Quia hic peccatores recipit ⁊ manducat cū illis. Et ait ad illos parabolā istam/ dicēs. Quis ex vobis homo qui habet cētum oues: et

si perdiderit vnam ex illis: nōne dimittit nonagintanouem in deserto/ ⁊ vadit ad illam que perierat donec inueniat eam? Et cū inuenerit eam imponit in humeros suos gaudēs. Et veniens domum: conuocat amicos et vicinos: dicens illis. Cōgratulamini mihi: qa inueni ouē meā que perierat. Dico vobis: q̄ ita gaudium erit in celo: sup vno peccatore penitētiam agēte/ q̄ sup nonagintanouem iustis qui non indigēt penitētia. Aut q̄ mulier habēs dragmas decem: si perdiderit dragmā vnam: nonne accendit lucernam/ ⁊ euertit domum: et querit diligenter donec inueniat? Et cum inuenerit: conuocat amicas ⁊ vicinas dicens. Congratulamini mihi: qa inueni dragmam quā perdideram. Ita dico vobis: gaudium erit cozā angelis dei/ super vno peccatore penitētiam agente. Offr. Sperēt in te oēs qui nouerunt nomē tuum dñe: qm̄ non dereliquis querētes te. psallite dño qui habitat in syon: qm̄ non est oblitus oratiōnem pauperis. Secreta.

Munera quesumus dñe oblata sanctifica: vt tui nobis vnigeniti corp⁹ ⁊ sanguis fiant. Per do. Cōmunio. Ego clamaui quoniam exaudisti me de⁹: inclina aurē tuam ⁊ exaudi verba mea. Postcōio.

Hec nos cōmunio dñe purget a crimine: et celestis mysterij faciat esse consortes. Per dñm. ℣ Feria quarta. Ad collossenses. iij.

Fratres. Omne quodcūq; facitis in verbo aut in ope: oia in nomine domini nostri iesu christi facite: gratias agentes deo ⁊ patri per ipsum. Mulieres subdite estote viris: sicut oportet in domino. Uiri diligite vxores vestras: ⁊ nolite amari esse ad illas. Filij/ obedite parentibus per omnia: hoc enim bene placitum est in dño. Patres/ nolite ad indignationem prouocare filios vestros: vt non pusillo animo fiāt. Serui: obedite per omnia dominis carnalibus: nō ad oculum seruientes: quasi hominib⁹ placentes: sed in simplicitate cozdis timentes dominum. Quodcunq; facitis ex animo operamini: sicut domino ⁊ non hominibus. Scientes q̄a dño accipietis: retributionem hereditatis. Per iesum christum: dñm nostrum.

℣ Secundum Mattheum. xviij.

In illo tempore. Dixit iesus scribis ⁊ phariseis/ parabolā istā. Quid vobis videtur si fuerint alicui cētum oues/ ⁊ errauerit vna ex eis: nōne reliquet nonagintanouē in montibus/ ⁊ vadet querere eam que errauit. Et si contigerit vt inueniat eam. Amen dico vobis: quia gaudet super eam magis/ ꝙ super nonagintanouē que nō errauerunt. Sic non est voluntas ante patrem vestrum q̄ in celis est: vt pereat vn⁹ de pusillis istis. ℣ Feria. vj. Lectio epīe beati Petri apīi. Prime. f.

Carissimi. Reportantes finē fidei vestre salutem animarū vestrarū de qua salute exquisierunt atq; scrutati sunt prophete qui de futura in vobis gratia pphetauerūt. Scrutantes in quod vel quale tempus significaret qui in eis erat spiritus christi prenūcians eas q̄ in christo sunt passiōes/ ⁊ posteriozes glorias. Quibus reuelatū est: quia nō sibimetipsis: vobis autem ministrabant ea q̄ nunc nūciata sunt vobis: per eos q̄ euangelizauerunt vobis: spiritu sancto misso de celo: in quem desiderant angeli prospicere. Propter qō succincti lūbos mētis vestre sobrij perfecte sperate in eam q̄ offertur vobis gratiam in reuelatiōnem iesu christi. Quasi filij obedientie non cōfigurati: prioribus ignorantie vestre desideriis: sed secūdum eum qui vocauit vos sanctum: vt et ipsi in omni cōuersatiōe sancti sitis

quoniam scriptum est. Sācti eritis quoniam ego sanctus sum. Et si patrem inuocatis: eum qui sine acceptione personarū iudicat secūdum vnuscuiusq opus: in timore incolatus vestri: tempore cōuersamini.

℣ Secundum Lucam. ir.

IN illo tēpore. Accedētes duodecim discipuli/direrūt ihesu. Dimitte turbas: vt eūtes in castella villasq/que circa sunt diuertant & inueniant escas: quia hic in loco deserto sumus. Ait autem ad illos. Vos date illis manducare. At illi direrūt. Nō sunt nobis plusq̄ q̄nq panes & duo pisces: nisi forte nos eamus/& emamus in omnē hanc turbam escas. Erāt autē fere viri q̄nq milia. Ait autē ad discipulos suos. Facite illos discūbere per conuiuia quinquagenos. Et ita fecerunt. Et discubuerunt omnes. Acceptis autem quinq panib⁹ & duobus piscibus: respexit in celum/et benedixit eos: & fregit/& distribuit discipulis suis vt ponerēt ante turbas. Et mā ducauerūt oēs: et saturati sunt. Et sublatum est quod superfuit illis fragmentorum: cophini duodecim.

℣ Dominica.iiij. Introitus.

DOminus illuminatio mea et sal⁹ mea quē timebo. dominꝰ defensor vite mee a quo trepidabo. qui tribulāt me inimici mei infirmati sunt et ceciderunt. ps. Si cōsistāt aduersum me castra: non timebit cor meū. Glia pa. Kyrie ele. Glia in ex. Oto.

PRotector in te sperātiū deus sine quo nihil est validū/nihil sanctū: multiplica sup nos misericordiam tuā: vt te rectore te duce sic transeamus per bona tēporalia: vt nō amittam⁹ eterna. Per dn.

℣ Ad Romanos. viij.

FRatres. Existimo enī/q̄ non sunt condigne passiones huius temporis: ad futuram gloriam q̄ reuelabitur in nobis. Nam expectatio creature: reuelationem filiorum dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est: non volens: sed ppter eum qui subiecit eam in spe: quia et ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis: in libertatē glorie filiorum dei. Scim⁹ enim q̄ omnis creatura ingemiscit: & parturit vsq adhuc. Nō solum autem illa: sed et nosipsi primitias spiritus habētes: & ipsi intra nos gemimus: adoptionem filiorū dei: expectantes redemptionem corporis nostri. In christo iesu: domino nostro. ℟. Propicius esto dne peccatis nostris: nequando dicant gentes vbi est deus eorum. ℣. Adiuua nos deꝰ salutaris noster: et ppter honorē naminis tui dne libera nos. Alla. ℣. In te dne speraui non cōfundar in eternū: in tua iustitia libera me & eripe me. inclina ad me aurē tuā: accelera vt eruas me.

℣ Secundum Lucam. vj.

IN illo tēpore. Dixit ihesus discipulis suis. Estote misericordes: sicut et pater vester misericors est. Nolite iudicare: & nō iudicabimini. Nolite condēnare: & non condēnabimini. Dimittite: & dimittemini. Date: & dabitur vobis. Mēsuram bonā/& confertā: & coagitatā & superefluentem: dabūt in sinum vestrum. Eadē quippe mēsura qua mēsi fueritis: remetietur vobis. Dicebat autem: & illis similitudinem. Nunquid potest cecus cecū ducere? Nonne ambo in foueam cadunt? Non est discipul⁹ super magistrū. Perfectus autem omnis erit: si sit sicut magister eius. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui: trabem autem que in oculo tuo est/non conspicis? Aut quomodo potes dicere fratri tuo: frater sine eiciam festucā de oculo tuo et ecce trabes est in oculo tuo? Hypocrita eice primo trabē de oculo tuo et tunc videbis eicere festucam de oculo fratris tui.

oculo tuo trabem non vides? Hypocrita: eice primum trabem de oculo tuo: & tunc perspicies/vt educas festucam de oculo fratris tui. Offr. Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiā in morte: nequādo dicat inimicus meus/prevalui aduersus eū. Respice domine munera supplicātis ecclesie: & salutī credentium/perpetua sanctificatione lumenda concede. Per dñm. Cōio. Dñs firmamentū meum/& refugium meum: et liberator meus/deus meꝰ adiutor meus. Postcōio. Sancta tua nos dne sumpta vificent: & misericordie sempiterne preparent expiatos. Per do.

℣ Feria.iiij. Ad Romanos. v.

FRatres. Sicut per vnius delictum in omnes homines in condēnationē: sic & per vnius iustitiam in oēs homines in iustificationem vite. Sicut enim p̄ inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi: ita & per vnius obedientiā iusti cōstituētur multi. Lex autē subintrauit: vt abūdaret delictum. Vbi autē abundauit delictū: superabundauit & gratia. Vt sicut regnauit peccatū in morte: ita & gratia regnet p̄ iustitiā in vitā eternā. Per iesum christum: dñm nostrum.

℣ Secundum Matheum. vij.

IN illo tēpore. Dixit ihesus discipulis suis. Nolite iudicare et nō iudicabimini. Nolite cōdēnare/& non condemnabimini. In quo enim iudicio iudicaueritis/iudicabimini. Et in qua mēsura mēsi fueritis: remetietur vobis. Quid autē vides festucam in oculo fratris tui: & trabem in oculo tuo non vides? Aut quomodo dicis fratri tuo: frater sine eiciam festucā de oculo tuo & ecce trabes est in oculo tuo? Hypocrita eice primo trabē de oculo tuo et tunc videbis eicere festucam de oculo fratris tui. Nolite dare sanctum canib⁹: neq̄ mittatis margaritas vestras ante porcos. Ne forte conculcēt eas pedibus suis: & canes conuersi dirūpāt vos.

℣ Feria.vj. Lectio epīe beati Jacobi apīi. v.

CArissimi. Patientes estote vsq̄ ad aduētū domini. Ecce agricola expectat pretiosum fructū terre: patienter ferens donec accipiat tēporaneum & serotinum. Patientes igitur estote et vos: et confirmate corda vestra: quia aduētus domini appropinquabit. Nolite ingemiscere fratres in alterutrum vt nō iudicemini. Ecce index ante ianua āassistit. Exēplū accipite fratres exitus malī/& longanimitatis & labōris & patientie: prophetas qui locuti sunt in nomine domini. Ecce beatificamus eos: qui sustinuerūt. Sufferentiam iob audistis & finem domini vidistis. Quoniam misericors est dominus: et miserator.

℣ Secundum Marcum. viij.

IN illo tpe. Dixit ihesus turbis. Non enim est aliq̄d absconditum quod nō manifestetur: nec factū est occultū/qō nō i palā veniat. Si q̄s habet aures audiēdi: audiat. Et dicebat illis. Videte q̄d audiatis. In qua mēsura mensi fueritis: remetietur vobis & adijciet vobis. Qui enī habet dabitur illi. Et q̄ nō habet: etiā qō habet auferet ab illo. Et dicebat. Sic est regnū dei quemadmodum si homo iaciat sementem in terrā/& dormiat: & exurgat nocte ac die: & semen germinet/et increscat dum nescit ille. Ultro enim terra fructificat: primū herbā deinde spicā/deinde plenū frumentum in spica. Et cum exierit pduxerit fructus: statim mittit falcē quonā adest messis. Et dicebat. Cui assimilabimus regnum dei: aut cui parabole comparabim⁹ illud? Sicut granū synapis qō cum seminatum fuerit in terra minus est omnib⁹ se-

minibus que sunt in terra: & cū natum fuerit: alcēdit in arborem et fit maius oibus olerib⁹: & facit ramos magnos ita vt possint sub vmbra eius aues celi habitare. Et talibus multis parabolis loquebat eis verbum: prout poterant audire. Sine parabola aūt: non loquebatur eis.

¶ Dominica quinta. Introitus.

EXaudi domine vocē meam qua clamaui ad te. adiutor meus esto ne derelinquas me: neq; despicias me deꝰ salutaris meus. ps. Dñs illuminatio mea: & salus mea quē timebo. Gloria patri. Kyrie el. Gloria in ex.

ORa nobis quesumus dñe vt et mundi cursus pacifice tuo ordine dirigatur: et ecclesia tua tranquilla deuotione letetur. Per dñm.

¶ Lectio epłe beati petri apli j.ij.

CArissimi. Omēs vnanimes in oratione estote compatientes: fraternitatis amatores: misericordes/humiles: non reddentes malum pro malo/vel maledictum pro maledicto: sed econtrario benedicētes. Quia in hoc vocati estis: vt benedictionem hereditate possideatis Qui enim vult vitam diligere & videre dies bonos: coherceat linguā suam a malo/et labia eius ne loquātur dolum. Declinet autem a malo & faciat bonum. inquirat pacem: et persequatur eam. Quia oculi domini super iustos: & aures eius ad preces eorum. Vultus autē dñi: super facientes mala. Et quis est qui vobis noceat: si boni emulatores fueritis? Sed & si quid patimini ꝓpter iustitiam: beati. Timorē autē eorū ne timueritis/& non conturbemini. Dñm autē christum sanctificate in cordibus vestris. ℟. Protector noster aspice deus et respice super seruos tuos. ℣. Domine deꝰ virtutū exaudi preces seruorum tuorum. Alla. ℣. Eripe me de inimicis meis deꝰ meꝰ et ab insurgentib⁹ in me libera me.

¶ Secundum Lucam. v.

IN illo tēpore. Cū turbe irruerent in iesum: vt audirent verbum dei: et ipse stabat secus stagnū genezareth. Et vidit duas naues stātes secus stagnū. Piscatores autem descēderant: & lauabant retia. Ascendēs autē in vnam nauim que erat simonis: rogauit eum vt a terra reduceret pusillū. Et sedens: docebat de nauicula turbas. Vt cessauit autē loqui: dixit ad simonē. Duc in altum: & laxate retia vestra in capturam. Et respondens simon dixit illi. Preceptor/per totam noctē laborātes nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rethe. Et cū hoc fecissent: concluserunt piscium multitudinē copiosam. Rūpebatur autē rethe eorū. Et annuerunt sociis qui erant in alia naui: vt venirent & adiuuarent eos. Et venerunt & impleuerunt ambas nauiculas: ita vt pene mergerētur. Quod cū vidisset symon petrus: procidit ad genua iesu dicens. Exi a me: quia homo peccator sum dñe. Stupor enim circūdederat eū: & oēs qui cum illo erant in captura piscium quam ceperāt. Similiter autē iacobum & iohannē filios zebedei: qui erant socij simonis. Et ait ad symonem iesus. Noli timere ex hoc iā homines eris capiens. Et subductis ad terram nauibus/relictis omnibus: secuti sunt eū. ¶ Credo. Offr. Benedicā dominū qui mihi tribuit intellectū. prouidebā deū in cōspectu meo semp: qm a dextris est mihi ne commouear. Secreta.

OBlationib⁹ ꝗs dñe placare suscceptis/et ad te nostras etiam rebelles cōpelle propitius voluntates. Per do. Cōto. Unā petij a dño hanc requirā: vt inhabitem in domo dñi oib⁹ dieb⁹ vite mee. Postcōto.

MYsteria nos domine sancta purificent: & suo munere tueantur. Per dñm no. ¶ Feria quarta. Ad Romanos iij.et.iiij.

FRatres. Arbitramur enī iustificari hominē per fidem: sine operibus legis. An iudeorum deus tantum? Nōne & gentium? Immo & gentium. Quoniam quidē vnus est deus/qui iustificat circūcisionem ex fide: & ꝓputium per fidē. Legem ergo destruimus per fidem? Absit: sed legem statuim⁹. Quid ergo dicemus inuenisse abraham patrem nostrum secundū carnem? Si enim abraham ex operibus legis iustificatus est habet gloriam: sed non apud deum. Quid enim scriptura dicit? Credidit abraham deo: & reputatum est illi ad iustitiā. Ei autem qui operatur: merces nō imputatur secūdū gratiā: sed secūdū debitum. Ei vero qui non operatur: credenti autem in eū qui iustificat impium: reputatur fides eius ad iustitiam.

¶ Secundum Mattheum. xvj.

IN illo tēpore. Accesserunt ad iesum pharisei & saducei tentantes: & rogauerūt eū vt signū de celo ostenderet eis. At ille respōdēs ait eis. Facto vespere dicitis serenū erit: rubicūdum est enim celum. Et mane: hodie tēpestas/rutilat enim triste celū. Faciem ergo celi diiudicare nostis: signa autē tēporū non potestis. Generatio mala & adultera signū querit: & signū nō dabitur ei/nisi signum Ione ꝓphete. Et relictis illis: abiit. Et cū venissent discipuli eiꝰ trāsfretū: obliti sunt panes accipere. Qui dixit illis. Intuemini & cauete a fermēto pharisеorum et saduceorum. ¶ Feria sexta. Malachie prophete. iij.et.iiij.

HEc dicit dominꝰ. Accedam ad vos in iudicio: & ero testis velox maleficis/& adulteris/& periuris: & qui calūniātur mercedē mercenarij: & humiliant viduas & pupillos & peregrinum opprimūt nec timuerūt me dicit dñs exercituum. Ecce ego mittā vobis helyā ꝓphetam: anteq; veniat dies dñi magnꝰ et horribilis. Et cōuertet cor patrū ad filios: & cor filiorū ad patres eorum. Dicit dominus: omnipotens.

¶ Dominica sexta. Introitus.

DOminus fortitudo plebis sue & protector salutariū christi sui est. Saluū fac populum tuum dñe & benedic hereditati tue & rege eos vsq; in seculum. ps. Ad te dñe clamabo deus meus ne sileas a me: nequando taceas a me & assimilabor descendētibus in lacum. Gloria patri. Kyrie eleyson. Gloria in excel. Oratio.

DEus qui diligentibus te bona inuisibilia preparasti: infunde cordibus nostris tui amoris affectum: vt te in omnibus et super omnia diligētes: promissiones tuas: que omne desiderium superant consequamur. Per dñm nostrum.

¶ Ad Romanos vj.

FRatres. Quicunq; baptizati sumus in christo iesu: in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem: vt quomodo christus surrexit a mortuis per gloriam patris: ita et nos in nouitate vite ambulemus. Si enim cōplantati facti sumus similitudini mortis eius: simul et resurrectionis erimus. Hoc scientes/quia vetus homo noster simul crucifixus est: vt destruatur corpus peccati: vt vltra non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est: iustificatus est a pcō. Si autē mortui sumus cum christo: credim⁹ quia simul etiā viuem⁹ cū illo. Scientes q̄ christus resurgens a mortuis iā non moritur: mors illi

vltra nō dominabitur. Quod enim mortuus est peccato: mortuus est semel. Dō autē viuit: viuit deo. Ita et vos existimate vos mortuos esse quidē peccato/ viuētes autem deo. In xpo iesu: dño nro. ℟. Cōuertere dñe aliquātulū ⁊ deprecare sup seruos tuos. ℣. Dñe refugiū factus es nobis a generatiōe ⁊ pgenie. Alla. ℣. Te decet hymn⁹ deus in syon: et tibi reddetur votum in hierusalem.

℣Secundum Mattheum. v.

In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Amē dico vobis nisi abūdauerit iustitia vestra plus⁹ scribarum ⁊ phariseorum: nō intrabitis in regnum celorū. Audistis quia dictum est antiquis: non occides. Qui autem occiderit: reus erit iudicio. Ego autē dico vobis: quia omnis qui irascitur fratri suo/ reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo racha: reus erit cōcilio. Qui autem dixerit fatue: reus erit gehenne ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare/ et ibi recordatus fueris: quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare: ⁊ vade prius reconciliari fratri tuo. Et tunc veniens: offeres munus tuum. Offr. Perfice gressus meos i semitis tuis/ vt non moueantur vestigia mea. inclina aurē tuā ⁊ exaudi verba mea: mirifica misericordias tuas q̄ saluos facis sperātes in te dñe. Secreta.

Propitiare dñe supplicationibus nris: ⁊ has oblatiōes famulorū tuorū benignus assume: vt q̄ singuli obtulerūt ad honorē nominis tui: cūctis prīciat ad salutē. P dō. Cōio. Circuibo ⁊ immolabo i tabernaculū ei⁹ hostiā iubilationis: cātabo: ⁊ psalmū dicā dño. Postcōio.

Quos celesti dñe dono satiasti: presta quesumus: vt a nostris mundemur occultis: et ab hostium liberemur insidijs. Per dñm nostrū.

℣Feria. iij. Ad hebreos. xij. ℟. xiij.

Hfratres. Habemus gratiam per quam seruiam⁹ placētes deo: cum metu ⁊ reuerētia. Etenim deus noster: ignis consumens est. Charitas fraternitatis maneat in vobis: ⁊ hospitalitatem nolite oblisci. Per hāc enim placuerūt quidam angelis hospitio receptis. Memētote vinctorū tanq̄ simul vincti: ⁊ laborātium tanq̄ ⁊ ipsi in corpore morantes. Honorabile connubium in omnib⁹: ⁊ thorus immaculatus. Fornicatores enim ⁊ adulteros iudicabit deus. Sint mores sine auaricia cōtenti presentibus. Ipse enim dixit. Nō te deseram: neq̄ derelinquam: ita vt cōfidēter dicam⁹. Dūs mihi adiutor est: non timebo quid faciat mihi homo. Memētote prepositorum vestrorum qui vobis locuti sunt verbū dei: quorū intuentes exitū cōuersationis/ imitamini fidem. Jesus christus heri et hodie ipse ⁊ in secula seculorum. Amen.

℣Secundum Lucam. xij.

In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Ignē veni mittere in terrā: ⁊ q̄d volo nisi vt accendatur? Baptisma autem habeo baptizari. Et quomodo coartor: vsq̄ dum perficiatur. Putatis quia pacem veni mittere in terram? Nō dico vobis: sed separationē. Erūt enī ex hoc: quinq̄ in domo vna diuisi. Tres in duos: ⁊ duo in tres diuidētur. Pater in filium: ⁊ filius in patrem suum. Mater in filiam: ⁊ filia in matrem. Socrus in nurū suam: ⁊ nurus in socrū suā. Dicebat autē ad turbas. Cū videritis nubē orientem ab occasu: statim dicitis nimb⁹ venit: ⁊ ita fit. Et cū austrum flantem: dicitis quia estus erit: et fit. Ypocrite faciem celi ⁊ terre nostis probare: hoc autē tēpus quomodo non probatis? Quid autem ⁊ a vobisipsis nō iudicatis quod iustū est?

Cum autē vadis cū aduersario tuo ad principem in via: da operam liberari ab illo. Ne forte trahat te ad iudicem/ ⁊ iudex tradat te exactori: ⁊ exactor mittat te in carcerem. Dico tibi/ non exies inde: donec etiam nouissimum minutum reddas.

℣Feria. iij. Lectio epistole beati Johannis apostoli. prime. ij.

Charissimi. Hec scribo vobis: vt nō peccetis. Sed et si quis peccauerit: aduocatum habem⁹ apud patrem iesum christū iustum: ⁊ ipse est propitiatio p peccatis nostris. Nō pro nostris autem tātum: sed etiā pro totius mūdi. Et in hoc scimus quoniā cognouimus eum: si mādata ei⁹ obseruamus. Qui dicit se nosse eum/ ⁊ mandata ei⁹ non custodit/ mēdax est: ⁊ in hoc veritas non est. Qui autem seruat verbum eius: vere in hoc charitas dei perfecta est. In hoc scimus quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in christo manere: debet sicut ille ambulauit/ ⁊ ipe ambulare. Charissimi/ nō mādatum nouū scribo vobis: sed mandatū vetus: qđ habuistis ab initio. Mandatum vetus est verbū quod audistis. Iterum mandatū nouum scribo vobis quod verum est in ipo/ ⁊ in vobis. Quoniā tenebre trāsierunt ⁊ verum lumen iam lucet. Per iesum christum dominū nostrum.

℣Secundum Lucam. xiij.

In illo tēpore. Aderant quidā in ipso tēpore nūciantes illis de galileis/ quorū miscuit sanguinem pylat⁹: cum sacrificijs eorum. Et respondens dixit illis. Putatis q̄ hi galilei pre oib⁹ galileis peccatores fuerint: quia talia passi sunt? Non dico vobis: sed nisi penitētiā habueritis: omnes similiter peribitis. Sicut illi decem ⁊ octo supra quos cecidit turris in syloe/ ⁊ occidit eos. putatis quia et ipsi debitores fuerint preter omnes homines habitātes in hierusalem? Non dico vobis: sed si non penitentiā egeritis/ omnes similiter peribitis.

℣Dominica. vij. Introitus.

Omnes gētes plaudite manibus: iubilate deo i voce exultationis. ℣. Subiecit populos nobis: ⁊ gētes sub pedibus nostris. Gloria pī. Kyrie eleyson. Gloria in er. Oco.

Deus virtutū cuius est totum qđ est optimū: insere pectoribus nostris amorē tui nominis: et presta in nobis religionis augmentum: vt q̄ sunt bona nutrias: ac pietatis studio que sunt nutriat custodias. P dō. ℣Ad Romanos. vj.

Hfratres. Humanū dico: propter infirmitatem carnis vestris. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immūditie ⁊ iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete mēbra vestra seruire iustitie in sanctificationē. Cū enim serui essetis peccati liberi fuistis iustitie. Quem ergo fructum habuistis tūc in illis: in quibus nūc erubescitis. Nā finis illorum mors est. Nunc vero liberati a peccato: serui autē facti deo: habetis fructū vestrū in sanctificationem/ finē vero vitā eternā. Stipendia enim peccati mors. Gratia autem dei: vita eterna. In xpo iesu: dño nostro. ℣. Beata gens cuius est dominus deus eorū populus quem elegit dñs in hereditatē sibi. ℣. Verbo domini celi firmati sunt: ⁊ spiritu oris eius ois virt⁹ eorum. Alla. ℣. Attendite populo meus legē meam.

℣Secundum Marcum. viij.

In illo tēpore. Cū turba multa esset cū iesu nec haberēt qđ manducarēt: cōuocatis discipulis/ ait illis. Miserescor sup turbā: quia ecce iam triduo sustinēt me: nec habent quod mānducēt. Et si dimisero

eos ieiunos in domū suam: deficiēt in via. Quidam enim ex eis de longe venerunt. Et respondērūt ei discipuli sui. Unde istos poterit quis saturare panibus in solitudine? Et interrogauit eos. Quot panes habetis. Qui dixerūt. Septē. Et p̄cepit turbe discumbere super terram? Et accipiens septem panes gratias agens fregit ⁊ dabat discipulis suis vt apponerent. Et apposuerunt turbe. Et habebant piscículos paucos Et ipsos benedixit: et iussit apponi. mānducauerūt ⁊ saturati sunt. Et sustulerūt quod superauerat de fragmētis: septē sportas. Erāt autē qui mānducauerūt quasi quatuor milia: ⁊ dimisit eos. Offr. Sicut in holocaustum arietum ⁊ taurorum et sicut in milibus agnorum pinguiū sic fiat sacrificium nostrum in cōspectu tuo hodie vt placeat tibi: quia non est cōfusio cōfidentib⁹ in te dñe. Secreta.

PRopitiare dñe supplicationibus nostris: et has populi tui oblationes benignus assume: et vt nullius sit irritum votum: nullius vacua postulatio: p̄sta q̄s: vt quod fideliter petimus: efficaciter consequamur. P do. Cōio. Inclina aurē tuā accelera vt eripias nos. Postcō.

REpleti sumus dñe muneribus tuis: tribue q̄s: vt eorū ⁊ mūdemur effectu: ⁊ muniamur auxilio. P dō. C Feria.iiij. Ad romanos. viij

FRatres. Nihil nunc damnationis est his qui sunt in christo iesu: qui non secundū carnē ambulant. Lex enī spiritus vite in christo iesu: liberauit me a lege peccati et mortis. Nam quod impossibile erat legi: in quo infirmabatur per carnem: deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati: et de peccato dānauit peccatum in carne: vt iustificatio legis impleretur in nobis: qui non secundū carnē ambulamus: sed secundū spiritū. Qui enim secundū carnem sunt: que carnis sunt sapiunt. Qui vero secundū spiritum sunt: que sunt spiritus sentiunt. Nam p̄udentia carnis mors est. Prudentia autem spūs: vita et pax. Ihu christo iesu: domino nostro.

C Secundum Matheum. xv.

IN illo tēpore. Cōuocatis iesus discipulis suis: dixit. Misereor turbe: quia triduo iam perseuerant mecum: ⁊ non habent quod manducent. Et dimittere eos ieiunos nolo: ne deficiant in via. Et dicunt ei discipuli. Unde ergo nobis in deserto panes tantos: vt saturemus turbam tantam? Et ait illis iesus. Quot panes habetis? At illi dixerunt. Septē ⁊ paucos piscículos. Et p̄cepit turbe: vt discumberent super terrā. Et accipiēs septem panes ⁊ piscēs: ⁊ gratias agens fregit ⁊ dedit discipulis suis. Et discipuli dederūt populo. Et comederūt omnes: ⁊ saturati sunt. Et quod superfuit de fragmētis: tulerunt sportas septem plenas. Erant autē qui mānducauerūt quatuor milia hominū: exceptis parvulis et mulieribus. Et dimissa turba ascendit in naviculam: et venit in fines magedan. C Feria sexta. Ad romanos. viij.

FRatres. Sapiētia carnis inimica est deo: legi enim dei nō subiicitur: nec enim potest. Qui autē in carne sunt: deo placere nō possunt. Vos autem in carne nō estis: sed in spiritu: si tamen spiritus dei habitat in vobis. Si quis autē spiritum christi non habet: hic non est eius. Si autē christus in vobis est: corpus quidem mortuū est propter peccatū. Spiritus autē vita propter iustificationē. Quod si spiritus eius qui suscitauit iesum a mortuis habitat in vobis: qui suscitauit iesum christū a mortuis viuificabit et mortalia corpora vestra: propter inhabitantem spiritum eius: in vobis.

C Secundum Lucam. ix.

IN illo tempore. Descendente iesu cū discipulis suis de monte: occurrit eis turba multa. Et ecce vir de turba exclamauit dicēs. Magister obsecro te: respice in filiū meū quia vnicus est mihi. Ecce spiritus apprehendit illum ⁊ subito clamat ⁊ elidit: ⁊ dilaniās eū. Et rogaui discipulos tuos vt ejicerēt illum: ⁊ non potuerūt. Respōdens autem iesus dixit. O generatio infidelis et peruersa: vsquo ero apud vos: et patiar vos? Adduc huc filiū tuum. Et cū accederet: elisit illum demonium: ⁊ dilaniauit. Et increpauit iesus spiritum immūdum: ⁊ sanauit puerum: ⁊ reddidit illū patri eius.

C Dominica.viij. Introitus.

SUscepimus deus misericordiam tuā in medio tēpli tui. Secūdum nomē tuum deus: ita ⁊ laus tua in fines terre: iustitia plena est dextera tua. Ps. Magnus dominus ⁊ laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in monte sancto eius. Gloria patri. Kyrie eleyson. Gloria in ex. Oco.

DEus cuius p̄uidentia in sui dispositione non fallitur: te supplices exoramus: vt noxia cuncta submoueas: ⁊ omnia nobis p̄ofutura cōcedas. Per dñm nostrum.

C Ad Romanos. viij.

FRatres. Debitores sumus non carni: vt secūdum carnem viuamus. Si enim secūdum carnem vixeritis: moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis: viuetis. Quicunq; enim spiritu dei aguntur: hi filij sunt dei. Non enim accepistis spiritū seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorū dei in quo clamamus abba pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro: q̄ sumus filij dei. Si autem filij et heredes. Heredes quidem dei: coheredes autem christi. ℣. Esto mihi in deum p̄otectorē ⁊ in locū refugij vt saluum me facias. ℣. Deus in te speraui domine: non cōfundar in eternum. Alla. ℣. Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. Sumite psalmum iocundum cum cythara.

C Secundum Matheum. viij.

IN illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Attendite a falsis p̄ophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis vuas: aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit. Mala autē arbor: fructus malos facit. Non potest arbor bona malos fructus facere: neq; arbor mala fructus bonos facere. Omnis arbor q̄ nō facit fructū bonum excidetur: ⁊ in ignē mittetur. Igit ex fructibus eorū cognoscetis eos. Nō omis q̄ dicit mihi dñe dñe: intrabit in regnū celorū: sed q̄ facit voluntatē patris mei q̄ in celis est: ipse intrabit in regnū celorū. Offr. Populū humilē saluū facies dñe: et oculos superborū humiliabis: quoniā quis deus p̄eter te dñe. Secreta.

DEus q̄ legalium differentias hostiarū vnius sacrificij perfectione sanxisti: accipe sacrificium a deuotis tibi famulis: ⁊ pari benedictione sicut munera abel sanctificā: vt qđ singuli obtulerunt ad maiestatis tue honorem: cunctis p̄osit ad salutē. P do. Cōio. Gustate ⁊ videte quoniā suauis est dñs beatus vir qui sperat in eo. Postcō.

TUa nos domine medicinalis operatio: ⁊ a cunctis peruersitatibus clementer expediat: ⁊ ad ea que sunt recta perducat. Per dñm.

C Feria.iiij. Ad corinthios. i.

FRatres. Non enim misit me christus baptizare: sed euangelizare. Non in sapientia verbi: vt nō euacuetur crux christi. Verbum enim crucis pereuntib⁹ quidē stultitia est: his autē qui salui fiūt: id est nobis dei virtus est. Scriptum est enim: perdam sapientiam sapientium: & prudētiam prudētiū reprobabo. Ubi sapiens: vbi scriba: vbi inquisitor huius seculi? Nōne stultā fecit deus sapientiam huius mundi? Nam quia in dei sapiētia nō cognouit mūdus per sapiētiā deū: placuit deo p stultitiā predicationis saluos facere credētes. Quoniā & iudei signa petūt: & greci sapiētiā querūt. Nos autē predicam⁹ iesum crucifixum: iudeis quidē scādalū: gētibus autem stultitiā. Ipsis autē vocatis iudeis atq; grecis christū dei virtutem: & dei sapiētiam. Quia qđ stultum est dei: sapiētius est hominib⁹.

℣ Secundum Lucam. xiij.

IN illo tpe. Ibat iesus per ciuitates/et castella docens: et iter faciens in hierusalē. Ait autem illi quidam. Dñe: si pauci sunt qui salnātur? Ipse autē dixit ad illos. Contēdite intrare per angustā portam: quia multi dico vobis querent intrare/& non poterunt. Cū autem intrauerit paterfamilias/& clauserit ostiū: incipietis foris stare & pulsare ostium/dicētes. Dñe: aperi nobis. Et respōdens dicet vobis. Nescio vos vnde sitis. Tunc incipietis dicere. Manducauimus & bibimus coram te: & in plateis nostris docuisti. Et dicet vobis. Nescio vos vnde sitis. Discedite a me omnes operarij iniquitatis. Ibi erit fletꝰ & stridor dentium. Cum autem videritis abraham/ ysaac/& iacob: et omnes prophetas in regno dei: vos autem expelli foras: & venient ab oriēte et occidente: & aquilone & austro & accumbent in regno dei. Et ecce sunt nouissimi q erāt primi. Et sunt primi: qui erāt nouissimi. ℣ Feria.vj. Ad corinthios. j.j.

FRatres. Videte vocationem vestrā: qa nō multi sapientes secūdū carnē/nō multi potētes/nō multi nobiles: sed q̄ stulta sunt mūdi elegit deꝰ: vt cōfundat sapiētes. Et infirma mūdi elegit deꝰ: vt confundat fortia. Et ignobilia mūdi et cōtēptibilia elegit deꝰ/& ea q̄ nō sūt vt ea q̄ sunt destrueret: vt nō glorietur omis caro in cōspectu eiꝰ. Ex ipso autē vos estis in xpō iesu: q̄ factus est sapiētia/& iustitia/& sāctificatio et redēptio: vt qēadmodū scriptū est. Qui gloriatur: in dño glorietur.

℣ Secundum Lucam. xij.

IN illo tpe. Accesserunt quidā pharisеorū ad iesum/dicētes illi. Exi: & vade hinc: quia herodes vult te occidere. Et ait illis. Ite et dicite vulpi illi. Ecce ejcio demonia: & sanitates pficio hodie & cras/& tertia die consumor. Verūtamen oportet me hodie & cras & sequenti ambulare: quia non capit prophetam perire extra hierusalem. Hierusalem hierusalē que occidis prophetas/& lapidas eos qui ad te mittuntur: quotiens volui congregare filios tuos: quemadmodū auis nidum suū sub pennis: & noluisti. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico autē vobis: qa non videbitis me donec veniat: cū dicetis. Benedictꝰ q̄ venit: in nomine dñi.

℣ Dominica.ix. Introitus.

ECce deꝰ adiuuat me: & dominus susceptor est anime mee auerte mala inimicis meis: et in veritate tua disperde illos protector meus dñe. Ps. Deus in nomine tuo saluum me fac: & in virtute tua iudica me. Gloria patri & filio. Kyrie eleyson. Gloria in excelsis. Oratio.

LArgire nobis q̄s dñe semper spiritum cogitandi que recta sunt propicius & agendi: vt qui sine te esse nō possumus: secūdū te viuere valeam⁹. Per dñm. in vnitate eiusdem.

℣ Ad Corinthios. j.x.

FRatres. Nō sim⁹ cōcupiscentes malorū: sicut & illi concupierunt. Neq; idolatre efficiamini: sicut quidā ex ipsis: quemadmodū scriptum est. Sedit popul⁹ manducare & bibere: & surrexerunt ludere. Neq; fornicemur: sicut quidam ex ipsis fornicati sunt: & ceciderūt vna die viginti tria milia. Neq; tēptem⁹ christū: sicut quidā eorū tētauerūt: & a serpētibus perierūt. Neq; murmurauerit⁹: sicut quidā eorū murmurauerunt: & perierūt ab exterminatore. Hec autē omnia: in figura cōtingebāt illis. Scripta sunt enim ad correptionē nostram: in quos fines seculorū deuenerunt. Itaq; qui se existimat stare: videat ne cadat. Tentatio vos nō apprehendat: nisi humana. Fidelis autē deus est: qui non patietur vos tentari/sup id qđ potestis: sed faciet etiā cū tētatione prouētum: vt possitis sustinere. ℟. Dñe dominus noster: q̄ admirabile est nomē tuum in vniuersa terra. ℣. Mā eleuata est magnificētia tua super celos. Alla. ℣. Dñe deꝰ salutis mee: in die clamaui & nocte coram te.

℣ Secundum Lucam. xvj.

IN illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis parabolam hāc. Homo quidam erat dives qui habebat villicū: & hic diffamatꝰ est apud illum quasi dissipasset bona ipsius. Et vocauit illū: & ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationē villicationis tue. Iam enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra se. Quid faciā: quia dominꝰ meus aufert a me villicationem? Fodere non valeo: mēdicare erubesco: scio quid faciam vt cum amotus fuero a villicatione: recipiāt me in domos suas. Cōuocatis itaq; singulis debitorib⁹ domini sui dicebat primo. Quantū debes dño meo? At ille dixit. Cētū cados olei. Dixitq; illi. Accipe cautionē tuā: & sede cito: scribe quinquagita. Deinde alio dixit. Tu vero quātū debes? Qui ait. Cētum choros tritici. Ait illi. Accipe litteras tuas: & scribe octoginta. Et laudauit dñs villicū iniqtatis: qa prudenter fecisset. Quia filij huius seculi: prudētiores filijs lucis in generatione sua sunt. Et ego dico vobis. Facite vobis amicos de mammona iniqtatis: vt cū defeceritis recipiant vos: in eterna tabernacula. Offr. Justitie dñi recte letificantes corda & dulciora sup mel & fauū: nā & seruus tuus custodiet ea. Secreta.

SUscipe munera dñe que sum⁹ que tibi de tua largitate deferimus: vt hec sacrosancta mysteria gratie tue operante virtute: presentis vite nos conuersatione sanctificent: & ad gaudia eterna perducāt. Per dñm. Cōmunio. Primum querite regnum dei: & omnia adjicientur vobis dicit dominus. Postcōio.

SIt nobis dñe reparatio mentis & corporis celeste mysteriū vt cuius exequimur actionē sentiamus effectū. Per dñm nrm iesum.

℣ Feria.iij. Ad corinthios. j.xv.

FRatres. Nō omnis caro: eadem caro. Sed alia quidē hominū/alia pecorū/alia volucrum/ alia autē piscium/& corpora celestia & corpora terrestria. Sed alia qdem celestiū gloria/alia autē terrestriū: alia claritas solis/alia claritas lune/& alia claritas stellarum. Stella enī a stella differt in claritate: sic et resurrectio mortuorū. Seminat in corruptiōe: surget in incorruptiōe. Seminat in ignobilitate: surget in gloria. Seminatur in infirmitate: surget in virtute. Seminat autem

corpus animale: surget corp⁹ spirituale. Si est corp⁹ animale: est & spirituale sicut scriptum est. Factus est primus homo adã in animã viuentẽ: nouissim⁹ adam in spiritũ viuificantẽ. Sed nõ primus quod spirituale est: sed quod animale. Deinde qõ spũale. In christo iesu: dño nostro.

¶ Secundum Lucam. xvj.

IN illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis. Nemo seru⁹ potest duobus dñis seruire. Aut enim vnum odiet/et alterum diliget. aut vni adherebit/et alterum contẽnet. Non potestis deo seruire: et mammone. Audiebant autẽ oia hec pharisei qui erant auari: et deridebant illum. Et ait illis. Vos estis qui iustificatis vos coram hominib⁹: deus aũt nouit cordа vestra. Quia quod hominib⁹ altũ est: abhominatio est ante deum. Lex & prophete: vsq; ad iohannem. Ex eo regnum dei euangelizatur: et omnis in illud vim facit. Facilius est autẽ celũ et terram preterire q̃ de lege vnum apicem cadere. Omnis qui dimittit vxorẽ suã et ducit alteram: mechatur. Et qui dimissam a viro ducit: mechatur.

¶ Feria.vj. Ad corinthios. j.xv.

FRatres. Sicut in adã oẽs moriuntur: ita & in christo oẽs viuificabũtur. Unusq̃sq; aũt in suo ordine primitie christ⁹. Deinde hi qui sunt christi: qui in aduentũ ei⁹ crediderũt. Deinde finis cũ tradiderit regnũ deo & patri: cũ euacuauerit omnẽ principatũ/& potestatẽ/& virtutẽ/& dominationẽ. Oportet autẽ illum regnare: donec ponat oẽs inimicos suos sub pedib⁹ eius. Nouissime autẽ inimica mors destruetur. Oia em̃ subiecit sub pedib⁹ ei⁹. Cũ autẽ dicat oia subiecta sunt ei: sine dubio preter eũ qui subiecit ei oia. Mã cũ subiecta ei fuerint oia: tunc et ipse filius subiectus erit ei qui sibi subiecit oia: vt sit deus: omnia in omnibus.

¶ Scõm Lucam. xvij.

IN illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis. Impossibile est/vt nõ veniant scandala. Ue autem illi: per quem veniũt. Utilius est illi: si lapis molaris imponatur circa collũ eius/& proiiciatur in mare: q̃ vt scãdalizaret vnũ de pusillis istis. Attẽdite vobis. Si peccauerit in te frater tuus: increpa illũ. Et si penitẽtiã egerit: dimitte illi. Et si septies in die peccauerit in te: et septies in die conuersus fuerit ad te/dicẽs penitet me: dimitte illi. Et dixerũt apostoli dño. Adauge fidem nobis. Dixit autem dñs. Si habueritis fidem sicut granum synapis: dicetis huic arbori moro: eradicare & transplantare in mare: et obediet vobis. Quis autem vestrum habet seruũ arantem aut pascentem boues: qui regresso de agro dicat illi statim transi & recũbe/& nõ dicat ei para quod cenẽ/et precinge te: & ministra mihi donec manducẽ & bibam: et post hec tu manducabis/& bibes? Numquid gratiã habet seruo illi: quia fecit q̃ imperauerat ei? Nõ puto. Sic et vos cum feceritis oia que precepta sunt vobis: dicite. Serui inutiles sumus quod debuimus facere fecimus.

¶ Dominica.x. Introitus.

OUm clamarẽ ad dominũ exaudiuit vocem meã ab his qui appropinquãt mihi et humiliauit eos q̃ est ante secula & manet in eternũ. iacta cogitatum tuũ in domino/et ipse te enutriet. ps. Exaudi deus orationẽ meã: & ne despexeris deprecationẽ meã: intẽde mihi & exaudi me. Gl'ia patri. Kyrie el'. Gloria in ex. Oro.

PAteãt aures misericordie tue dñe precib⁹ supplicantiũ & vt petẽtib⁹ desiderata cõcedas: faceos que tibi placita sũt postulare. ℣ do.

¶ Ad Corinthios. j.xij.

FRatres. Scitis quoniã cum gentes essetis: ad simulacra muta: put ducebamini eũtes. Ideo notum vobis facio: q̃ nemo in spiritu dei loquẽs dicit anathema iesu. Et nemo potest dicere dominus iesus: nisi in spiritu sancto. Diuisiones vero gratiarũ sunt: idem autem spiritus. Et diuisiones ministrationum sunt: idem autẽ dñs. Et diuisiones operationũ sunt: idem vero deus: qui operatur omnia in omnibus. Unicuiq; autẽ datur manifestatio spiritus: ad vtilitatem. Alij quidem per spiritũ datur sermo sapientie: alij vero sermo sciẽtie: scõm eundẽ spiritũ. Alteri fides in eodem spiritu: alij gratia sanitatũ in vno spiritu. Alij opatio virtutũ: alij prophetia: alij discretio spirituum. Alij genera linguarũ: alij interpretatio sermonũ. Hec autem oia operatur: vnus atq; idẽ spirit⁹. Diuidens singulis put vult. ℟. Custodi me dñe vt pupillã oculi: sub vmbra alarum tuarum ptege me. ℣. De vultu tuo iudiciũ meũ pdeat/oculi tui videãt equitates. Alla. ℣. Dñe refugiũ factus es nobis: a gñatione & pgenie.

¶ Secundum Lucam. xix.

IN illo tẽpore. Cũ appropinquasset iesus hierusalẽ: videns ciuitatẽ fleuit sup illã dicẽs. Quia si cognouisses & tu. Et qdem in hac die tua que ad pacem tibi: nunc aũt abscõdita sunt ab oculis tuis: quia venient dies in te/& circundabunt te inimici tui vallo: & circũdabũt te et coangustabunt te vndiq; & ad terrã prosternẽt te/& filios tuos qui in te sunt: & nõ relinquẽt in te lapidẽ super lapidem: eo q̃ non cognoueris tẽpus visitatiõis tue. Et ingressus in templũ: cepit eijcere vendẽtes et emẽtes/dicẽs illis. Scriptũ est/q̃a domus mea domus orationis est: vos autẽ fecistis illã spelũcã latronum. Et erat docẽs: quotidie in tẽplo. Credo. Dñe. Ad te dñe leuaui aiam meã: deus meus in te confido non erubescã: neq; irrideãt me inimici mei etenim vniuersi q̃ te expectant non confundentur. Secreta.

QUorede nobis hec q̃s dñe: digne frequentare mysteria q̃a quotiens hui⁹ hostie cõmemoratio celebratur: opus nostre redẽptionis exercetur. ℣ do. Cõio. Acceptabis sacrificiũ iustitie oblationes & holocausta sup altare tuũ dñe. Postcõio.

TRi nobis dñe cõmunio sacramenti & purificationem cõferat/& tribuat vnitatem. Per dñm.

¶ Feria.iij. Ad corinthios. j.vj.

FRatres. Nescitis qm̃ corpora vestra mẽbra sunt christi? Tollẽs ergo mẽbra xpi: faciã membra meretricis? Absit. An nescitis qm̃ q̃ adheret meretrici/vnũ corp⁹ efficitur? Erũt em̃ inq̃t: duo in carne vna. Qui aũt adheret dño: vnus spũs est. Fugite fornicationẽ. Dñe enim pcm̃ quodcũq; fecerit homo: extra corp⁹ est. Qui aũt fornicatur in corp⁹ suũ peccat. An nescitis qm̃ mẽbra vestra tẽplum sunt spiritus sancti/qui in vobis est: quem a deo habetis: et non estis vestri? Empti enim estis pcio magno. Glorificate & portate deũ: in corpore vestro.

¶ Secundum Lucam. xviij.

IN illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis parabolam hãc. Quoniã oportet semp orare: & non deficere dicens. Judex quidam erat in quadã ciuitate/qui deũ nõ timebat: & hominẽ nõ verebatur. Uidua autem quedã erat in ciuitate illa/& veniebat ad eum dicens. Uindica me de aduersario meo. Et nolebat per multũ tempus. Post hec autem dixit intra se. Et si deũ nõ timeo nec hominẽ reuereor: tamen quia mihi molesta est hec vidua/vindicabo illã: ne in nouissimo veniẽs sugillet

me. Ait autem dñs. Audite quid iudex iniqtatis dicit. Deus autē vindictam non faciet electoꝝ suoꝝ clamātium ad se die ac nocte: & patientiā habebit in illis? Dico autē vobis: quia cito faciet vindictam illoꝝ. Verūtamen filius hominis veniēs: putas inueniet fidē in terra.

℣ Feria.vj. Ad cōrinthios. j.v.

FRatres. Scripsi vobis i epka: ne cōmisceamini fornicarijs. Non vtiq; fornicarijs huius mūdi/ aut auaris/ aut rapacib⁹/ aut idolis seruientib⁹. Alioquin debueratis de hoc mūdo exisse. Nūc autem scripsi vobis: non cōmisceri. Si is q̄ frater nominatur inter vos est fornicator aut auarus/ aut idolis seruiēs/ aut maledic⁹/ aut rapax/ aut ebriosus: cū eiusmodi nec cibū sumere. Quid enim est mihi de his qui foris sunt iudicare? Nōne de his q̄ intus sunt vos iudicatis? Nam eos qui foris sunt deus iudicabit. Auferte malum ex vobismetipsis. Audet aliq̄s vestrum habens negotiū aduersus alterum iudicari apud iniquos: & non apud sanctos? An nescitis quoniā sancti de hoc mūdo iudicabūt? Et si in vobis iudicabitur mūd⁹: indigni estis qui de minimis iudicetis? Nescitis q̄m angelos iudicabimus. Quanto magis secularia? Secularia igitur iudicia: si habueritis contēptibiles qui sunt in ecclesia: illos cōstituite ad iudicandum. Adverecūdiam vestram dico. Sic non est inter vos sapiens quisq̄: qui possit iudicare inter fratrem suum: sed frater cū fratre iudicio contendit. Et hoc apud infideles. Iam quidē omnino delictum est in vobis: q̄ iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini? Sed vos magis iniuriam facitis et fraudatis: et hoc fratribus vestris.

℣ Secundum Marcum. xij.

IN illo tempore. Interrogauit iesum vn⁹ de scribis quod esset primum omnium mandatum. Jesus autē respōdit ei: q̄a primum omnium mādatum est. Audi israel dominus deus tuus: deus vnus est. Et diliges dominū deum tuum/ ex toto corde tuo/ & ex tota anima tua/ & ex tota mēte tua/ & ex tota virtute tua. Hoc est primum mādatum. Secūdum autē: simile est illi. Diliges proximū tuum: tanq̄ teipsum. Maius horū: aliud mādatum non est. Et ait illi scriba. Bene magister in veritate dixisti: q̄a vnus est deus: & non est alius preter eum. Et vt diligatur ex toto corde/ & ex toto intellectu/ & ex tota anima/ & ex tota fortitudine. Et diligere proximū tanq̄ seipsum: maius est omnibus holocaustomatibus & sacrificijs. Jesus autē videns q̄ sapienter respōdisset/ dixit illi. Non es lōge a regno dei.

℣ Dominica.xj. Introitus.

DEus in loco sancto suo deus q̄ inhabitare facit vnanimes in domo: ipse dabit virtutē & fortitudinem plebi suę. Exurgat de⁹ & dissipentur inimici ei⁹: & fugiāt qui oderunt eū a facie ei⁹. Gloria pa. Kyrie eleyson. Gloria in excel. Oratio.

DEus qui omnipotētiam tuā parcendo maxime & miserando manifestas: multiplica sup nos gratiam tuam: vt ad tua promissa currentes: celestium donoꝝ facias esse consortes. Per dominū nostrū.

℣ Ad Corinthios. pme.xv.

FRatres. Notum vobis facio euangelium quod predicaui vobis: quod et accepistis: in quo et statis: per quod et saluamini. Qua ratione predicauerim vobis si tenetis nisi frustra credidistis. Tradidi enim vobis in primis quod et accepi: quoniā christus mortuus est pro peccatis nostris secūdū scripturas: & quia sepult⁹ est: & quia resurrexit tertia die secūdum scripturas: et q̄a visus cephe: et post hoc vndecim. Deinde visus est plusq̄ quingentis fratribus simul: ex quib⁹ multi manent vsq; adhuc: quidam autē dormierunt. Deinde visus est iacobo: deinde apostolis omnib⁹. Nouissime autē omniū: tanq̄ abortiuo visus est & mihi. Ego enim sum minimus apostoloꝝ: qui nō sum dign⁹ vocari apostolus: quoniā persecut⁹ sum ecclesiam dei. Gratia autē dei sum/ id quod sum. Et gratia ei⁹/ in me vacua non fuit. ℟ In deo spera uit cor meum & adiut⁹ sum: & reflorauit caro mea: & ex volūtate mea cōfiteb or illi. ℣ Ad te domīe clamaui: deus meus ne sileas/ ne discedas a me. Alla. ℣ Venite exultemus domino: iubilem⁹ deo salutari nostro.

℣ Secundum Lucam. xviij.

IN illo tēpore. Dixit iesus ad quosdam qui in se cōfidebant tanq̄ iusti: et aspernabātur ceteros parabolā istā. Duo homines ascendebant in templum vt orarent: vnus pharisęus: & alter publican⁹. Pharisęus stās hec apud se orabat. De⁹ gratias ago tibi: quia nō sum sicut ceteri hominū. Raptores/ iniusti/ adultert/ velut etiā hic publican⁹. Jeiuno bis in sabbato: decimas do omnium que possideo. Et publicanus a longe stans/ nolebat nec oculos ad celū leuare: sed percutiebat pectus suum dicens. Deus ppicius esto mihi peccatori. Amen dico vobis: descendit hic iustificatus in domum suam ab illo. Quia omnis qui se exaltat/ humiliabitur. Et qui se humiliat/ exaltabitur. Offerto. Exaltabo te domine quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me: domine clamaui ad te et sanasti me. Secreta.

DIbi domine sacrificia dicata reddātur que sic ad honorem nois tui deferēda tribuisti vt eadem remedia fieri nostra pstares. P dō. Cōio Honora dñs de tua substātia: & de primitijs frugū tuarum vt impleantur horrea tua saturitate: & vino torcularia redūdabūt. Postcōio.

QUesumus dñe deus noster: vt quos diuinis reparare nō desinis sacramentis: tuis non destituas benignus auxilijs. P dñm no.

℣ Feria.iij. Ad corinthios. ij.v.

FRatres. Scimus quoniam si terrestris dom⁹ nostra huius habitationis dissoluatur: q̄ edificationem ex deo habem⁹ domum non manufactam: sed eternam in celis. Nam & in hoc ingemiscimus: habitationem nostram que de celo est superindui cupientes: si tamē vestiti/ & nō nudi inuenamur. Nam & qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus grauati: eo q̄ nolum⁹ expoliari: sed superuestiri: vt absorbeatur quod mortale est a vita. Qui autem efficit nos in hoc ipsum de⁹: qui dedit nobis pign⁹ spiritus. Audentes igitur semper/ & sciētes: quoniā dum sumus in corpore/ peregrinamur a dño. Per fidem enim ambulamus/ & nō per speciem. Audemus autem & bonā voluntatē habemus peregrinari magis a corpore: & presentes esse ad deū. Et ideo contendimus siue presentes siue absentes placere illi. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal christi: vt referat vnusquisq̄ ppria corporis prout gessit: siue bonum/ siue malum. Scientes ergo timorē dñi hominibus suademus: deo autem manifesti sum⁹. Spero autem et in conscientijs vestris/ manifestos nos esse. Per iesum xpm dñm nostrum.

℣ Secundum Matthęum. xvij.

IN illo tēpore. Accesserunt ad iesum saducei/ qui dicunt non

esse resurrectionem: et interrogauerunt eū dicentes. Magister moyses dixit/si quis mortuus fuerit non habens filiū vt ducat frater eius vxorē illius: & suscitet semē fratri suo. Erāt autem apud nos septē fratres. Et primus vxore ducta defunctus est: et non habens semen: reliquit vxorem suā fratri suo. Similiter secūdus et tertius vsq; ad septimū. Nouissime autē omniū: & mulier defuncta est. In resurrectione ergo cuius erit de septē vxor? Dēs enim habuerūt eā? Respondens autem iesus: ait illis. Erratis nescientes scripturas: neq; virtutē dei. In resurrectione enim neq; nubent neq; nubētur: sed erunt sicut angeli dei in celo. De resurrectione autē mortuorū non legistis quod dictū est a deo dicente vobis: ego sū deus abrahā/& deus ysaac/et deus iacob. Nō est deus mortuorū: sed viuentium. Et audientes turbe mirabantur in doctrina eius.

¶ Feria.vi. Ad romanos. viij.

Fratres. Spe enim salui facti sumus. Spes autē que videtur: non est spes. Nam quod videt quis/ quid sperat? Si autem quod non videmus speramus: per patientiam expectamus. Similiter autē: & spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Nam quid oremus sicut oportet nescimus: sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda scit quid desideret spiritus: quia secundum deū: postulat pro sanctis.

¶ Secundum Lucam. xxj.

In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Cū videritis circundari ab exercitu hierusalē: tunc scitote quia appropinquabit desolatio eius. Tūc qui in iudea sunt fugiēt ad mōtes: & qui in medio eius discedēt. Et qui regionibus nō intrēt in eā: quia dies vltionis hi sunt vt impleātur oia que scripta sunt. Ve autē pregnantibus: & nutrientibus in illis diebus. Erit enim pressura magna super terram: et ira populo huic. Et cadēt in ore gladij: & captiui ducētur in oēs gentes. Et hierusalem calcabitur a gētibus donec impleātur tēpora nationū. Et erūt signa in sole & luna & stellis/& in terris pressura gentium: pre cōfusione sonitus maris & fluctuū: arescētibus hominibus: pre timore & expectatiōe que superuenient vniuerso orbi.

¶ Dominica.xij. Introitus.

Deus in adiutorium meū intēde dñe ad adiuuandū me festina. cōfundātur & reuereant inimici mei qui querunt animā meā. ps. Auertātur retrorsum et erubescant: qui querūt mihi mala. Gloria patri et fi. Kyrie eleyson. Gloria in excel. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui abundantia pietatis tue & merita supplicum excedis et vota: effunde super nos misericordiā tuā: vt dimittas que conscientia metuit et adiicias quod oratio non presumit. Per do. ¶ Ad corinthios. ij.iij.

ACcepta tibi dn̄e sit sacre plebis oblatio pro tuorū honore sanctorum:quorū se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per dn̄z. Cōio. Fidelis seruus et prudēs quē cōstituit dn̄s sup familiam suam vt det illi in tempore tritici mensuram. Postcō.

BEati participatione muneris sacri/q̄sum⁹ dn̄e deus noster: vt cui⁹ exequmur cultū sētiam⁹ effectū.p vo. Cleophe. Postcō.

SAnctifi domine familiā tuam muneribus sacris: ei⁹ quesumus intercessione nos refoue/cuius solēnia celebramus. Per dn̄m. Scti germani epi parisij. Introi.

STatuit ei dn̄s testamentū pacis:ꝫ principem fecit eū vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. ℣. Misericordias domini in eternū cātabo. Gloria pr̄i. Kyrie el̄. Gloria in ex. Ofo.

DEus qui es sanctorū tuorum splendor mirabilis:quiq; hūc diē beati germani cōfessoris tui atq; pontificis depositione cōsecrasti: da ecclesie tue de ei⁹ natalitio semper gaudere:vt apud misericordiā tuam exemplis eius p̄tegamur et meritis. Per dn̄m nr̄m. Caranni martyris memoria. Oratio.

PResta quesum⁹ omps deus: vt q̄ beati caranni martyris tui natalitia colim⁹: intercessione eius in tui nois amore roboremur. Vo. Epla. Ecce sacerdos.in cōi fo. ℣. Ecce sacerdos magn⁹ q̄ i diebꝫ suis placuit deo.℣. Nō est inuent⁹ similis illi q̄ p̄seruaret legē excelsi. ℟lla.℣. Posui adiutoriū super potentē:ꝫ exaltaui electum de plebe mea. Si tpe pascha.euc. ℟lla.℣. In die resurrectionis mee dicit dn̄s: p̄cedā vos in galileā. Si vero inter alceū.ꝫ pēthecō. ℟lla.℣. Non vos relinquam orphanos:vado et venio ad vos:et gaudebit cor vestrum. Prosa.

LUx illuxit triūphalis:in qua cursus agonalis euoluto spacio. Stola p̄ima decorat:ꝫ secūda p̄stolat:germanꝰ cū gaudio. Mole carnis liberat:ꝫ a christo coronat: regni diademate. Iam adeptꝰ qō querebat:clare videt quodvidebat: p̄ius in enigmate. Celebremꝰ die istā:in qua suū agonistā/coronauit dn̄s. Finis fuit in agone:sed honoris sed corone/nullꝰ erit terminus. Luctꝰ labor et certamen:trāsierūt sed solamen/sed quies sed p̄mia. Que nūc a te iesu christe:tuo dantur agoniste:finis erunt nescia. Iā illuxit o germane: tibi clarū illud mane/quod non habet vesperum. Cessat lucta cessat luctꝰ:ꝫ ad vrbem es perductus/in qua nil est miserum. In hac valle lachrymarum in hoc loco tenebrarum/in hac solitudine. Suspirabas ꝫ plorabas/et ad lucem aspirabas/que caret caligine. Inuenisti fidum ducem:qui te duxit ad hanc lucem/dei patris vnicum. Qui de pugna rediturꝰ et ad regnum p̄fecturo/tibi dat viaticum. Gaude pater et exulta: quia merces tua multa/quia multa gloria. Celum tibi reseratur:te recepto gloriatur / tota celi curia. Inter celi senatores:collocaris vt eroes/christi verꝰ iudex. Quorū tibi supplicam⁹:ne nostrarū sentiamus/hūc culparū vindicem. Amē.

Euāgel. Sint lumbi. In cōi fol. xi. Offr. Veritas mea et miser icordia mea cum ipso/& in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

SAcrificiū nām tibi dñe ḡs beati germani cōfessoris tui atq; pontificis precatio sancta cōciliet: vt cui⁹ honore solēniter exhibetur: meritis efficiatur acceptum. P̄ do. ℂ De sancto caranno. Secreta.

MUnerib⁹ nāis ḡs dñe p̄cibusq; suscepti/& celestib⁹ nos mūda mysterijs/& clemēter exaudi. P̄ do. Cōio. Beatus seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantē: amen dico vobis super omnia bona sua constituet eum alla. Postcōio.

SAcro munere satiati supplices te dñe deprecamur: vt quod debite seruitutis celebramus officio: intercedente beato germano cōfessore tuo atq; pontifice/salutionis tue sentiamus augmētum. P̄ dñm. ℂ De sancto caranno. Postcōio.

DA ḡs dñe deus noster: vt sicut cōmemoratione martyris tui caranni tēporali gratulamur officio: ita ꝑpetuo letemur aspectu. P̄. ℂ Cantij/cātiani/& cantianille. Si iste pentheco. euene. Introitus.

SAncti tui dñe benedicent te/gloriā regni tui dicent alla. ℣. Exaltabo te deꝰ meus rex: & benedicam nomini tuo i scm scli/et in scm scli. Gloria pri. Kyrie eleyson. Oratio.

DEus inuisibilis fortitudo certantium: adesto ḡsum⁹ ꝑpti⁹ nobis supplicātibus: vt q̄ hodierna die sanctorū martyrum tuorū cantij/cantiani/& cantianille/ glorioſum triumphū recolimus: eorū meritis & precib⁹ festis angelorū perpetuis interesse mereamur. P̄ dñm. ℂ De sancto caranno. Postcōio.

EXaudi nos deus salutaris nr: vt sicut de beate petronille virginis festiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. P̄ dñz. Epla. Justorū anime. in cōi fo. vj. ℣. Justorū anime in manu dei sunt: et nō tanget illos tormētū malitie. ℣. Visi sunt oculis insipientiū mori: illi autē sunt in pace. Alla. ℣. Justi sunt q̄ venerūt ex magna tribulatione: & lauerūt stolas suas & dealbauerunt eas in sanguine agni. Euāgel. Cum audieritis. in cōi fo. vij. Offr. Mirabilis deꝰ in sanctis suis: deus israel ipse dabit virtutē & fortitudinē plebi sue benedictꝰ deus. Secta.

SUscipe clemētissime deꝰ orationes nostras: & per hāc oblationem quā in sanctorū martyrum tuorum cantij / cantiani/& cantianille: hodierne diei solennitate tue offerimus maiestati: eisdem suffragantibus meritis tue gratie capiamus augmentum. P̄ dñm nām. ℂ De sancta petronilla. Secreta.

ACcepta tibi dñe sit sacre plebis oblatio/pro tuorū honore scto⁹rū: quorū se meritis p̄cepisse de tribulatione cognoscit auxiliū. P̄. Cōio. Justor ai e in manu dei sunt: & non tāget illos tormentū malitie. visi sunt oculis insipientiū mori: illi aūt sunt in pace alleluya. Postcōio.

PResta domine quesumus: vt pignoris nostre redemptionis participatione vegetati: sanctorum martyrū tuorum cantij/cātiani/& cantianille/supplicationibus & meritis: gaudijs sempiternis mereamur perfrui. P̄ dñm nostrum. ℂ De sancta petronilla. Postcōio.

SAtiasti domine familiā tuam muneribus sacris: eius quesumus interuentione nos refoue/cuius solēnia celebramus. P̄ dñm. ℂ Si vero post pēthecostes euenerit festum cantij/cātiani/& cantianille: fiat sicut de sācto marcellino et petro cum orationibus predictis.

ℂ Ronani epi & cōfessō. Introit⁹.

STatuit ei dñs testamentū pacis: & principem fecit eū vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. ℣. Misericordias domini in eternū cātabo. Gloria patri. Kyrie eley. Oratio.

DEus qui es sanctorū tuorum splendor mirabilis: quiq; hūc diem beati ronani cōfessoris tui atq; pontificis depositione cōsecrasti: da ecclesie tue de eiꝰ natalitio semper gaudere: vt apud misericordiā tuā exēplis eius & meritis adiuuemur. P̄. ℂ Nichome. mar. me. Oko.

DEus qui nos beati nichomedis martyris tui meritis & intercessione letificas: concede ꝑpitiꝰ: vt qui eius beneficia poscimꝰ: dono gratie tue consequamur. P̄ dñm. Epla. Dedit dominꝰ. in cōi fo. ix. ℣. Inueni dauid seruum meū: oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei/& brachium meū confortabit eum. ℣. Nihil ꝓficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocebit ei. Alla. ℣. Sacerdos magnus ronanus q̄ in diebꝰ suis placuit deo: et inuētus est iustus. Prosa. Ronane inclyte. in cōi fo. x. Euāgel. Sint lumbi. in cōi fo. xi. Offr. Inueni dauid seruum meum: et in oleo sancto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei/et brachium meum confortabit eum. Secreta.

PRopitiare dñe supplicationibus nostris: & intercedēte ꝓ nobis sancto ronano confessore tuo atq; pōtifice/his sacramētis celestibus seruientes: ab omni culpa liberos esse concede: vt purificante nos tua gratia/hilarē quib⁹ famulamur mysterijs/emūdemur. P̄ dominū. ℂ Nichomedis. Secreta.

MUnera dñe oblata sanctifica: & intercedēte beato nichomedis martyre tuo: nos ꝑ hec a peccatorū nrorū maculis emūda. P̄. Cōio. Fidelis seruꝰ & prudens quē constituit dñs sup familiā suā: vt det illi in tēpore tritici mensurā. Postcōio.

UT nobis domine tua sacrificia dent salutem: beatus ronanꝰ confessor tuus atq; pontifex: quesumus p̄cator accedat. P̄ dñm. ℂ Nichomedis. Postcōio.

SUpplices te rogamus omnipotens deus: vt quos tuis refici sacramentis intercedente beato nichomede martyre tuo: tibi etiam placitis moribus dignāter tribuas deseruire. P̄ dñm nostrū iesum. ℂ Marcellini & petri. Introitus.

CLamauerunt iusti et dñs exaudiuit eos: et ex omnibus tribulationibus eorū liberauit eos. ℣. Benedicam dñm in omni tēpore: semper laus eius in ore meo. Gloria pri. Kyrie eleyson. Oratio.

DEus qui nos annua beatorū martyrum tuorū marcellini et petri solennitate letificas: p̄sta quesumus: vt quorū gaudemꝰ meritis p̄nouocemur exemplis. P̄ dñm. Epistola. Respondens vnus. Quere in cōi fol. vj. ℣. Justorū anime in manu dei sunt: & nō tāget illos tormētū malitie. ℣. Visi sunt oculis insipientiū mori: illi autē sunt in pace. Alla. ℣. Mirabilis dñs noster: in sanctis suis. Euāge. Cū audieritis. in cōi fol. vij. Offr. Letamini in domino & exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. Secreta.

HOstia hec ḡs dñe quā in scto⁹rū natalitijs recēsētes offerimꝰ: & vincula nre p̄uitatis absolnat: & tue nobis mie dona cōciliet. P̄ dñm. Cōio. Justorum anime in manu dei sunt: & nō tanget illos tormentum malitie. visi sunt oculis insipiētium mori: illi aūt sunt i pace. Postcōio.

SAcro munere latiati supplices te dñe depcamur: vt qñ debite seruitutis celebram⁹ officio: saluationis tue sentiam⁹ augmētū. p̄ dñm. ℂ Pauli epi ⁊ marty. memo. Oco.

INmīmitatē nostram respice omps de⁹: ⁊ qa pōd⁹ p̄prie actionis grauat: beati pauli martyris tui atq; pōtificis / intercessio gloriosa nos p̄tegat. Per. Secreta.

HOstias tibi dñe pauli martyris tui atq; pontificis dicatas merit⁊ benigⁿ allume: ⁊ ad ppetuū nobis tribue puenire subsidiū. p̄ dñm.

BEfecti pticipatione muneris sacri ꝗs dñe deus nr: vt cuius exequimur cultū sentiam⁹ effectum. Per dñm. ℂ Medardi et gildardi episcopoꝝ. Introitus.

SAcerdotes tui dñe induant iusticiā et sancti tui exultent / p̄opter dauid seruum tuū nō auertas faciem x̄pi tui. ℣. Memento dñe dauid: ⁊ oīs māsuetudinis ei⁹. Gl'ia p̄i. Kyrie eley. Oco.

DEus q̄ nos sāctoꝝ cōfessoꝝ tuoꝝ pariter q̄ pōtificū: medardi ⁊ gildardi cōfessiōib⁹ gl'iosis circūdas ⁊ p̄tegis: da nobis et eoꝝ imitatione p̄ficere / et intercessione gaudere. P. Epla. Plures facti sūt. in cōi fo. cxl. R. Sacerdotes ei⁹ induant salutari: ⁊ sancti ei⁹ exultatione exultabūt. ℣. Illuc p̄ducā cornu dauid: parau lucernā x̄po meo. ℟ li. ℣. Sancti ⁊ iusti i dño gaudete: vos elegit de⁹ i hereditatē sibi. Euāg. Sit lūbi. fo. xj. Offr. Exultabūt sancti in gl'ia: letabūtur i cubilib⁹ suis: exultationes dei in fauc⁹ eoꝝ. Secta.

SUscipe dñe munera q̄ in eoꝝ tibi solēnitate deferim⁹: quoꝝ nos ꝑsidi⁹ patrocinio liberari. P. Cōio. Gaudete iusti in dño al'a: rectos decet collaudatio al'a. Postcō.

QUorpis sacri ⁊ p̄cioſi sāguinis repleti libamine / ꝗs dñe deus noster: vt qñ pia deuotione gerim⁹: certa redemptione capiamus. P̄ dñm. ℂ Primi ⁊ feliciani mar. Introit⁹.

SApiētia sanctoꝝ narrāt ppli: ⁊ laudē eoꝝ nūciat eccl'ia: noia aūt eoꝝ viuēt i scām scl'i. ℣. Exultate iusti i dño: rectos decet collaudatio. Gl'ia. Kyrie el'. Oco.

EAc nos ꝗs dñe sctoꝝ martyrū tuoꝝ primi ⁊ feliciani lēy festa lectari: eoꝝq; suffragijs p̄tectionis tue dona sētire. P̄ dñm. Epla. Benedictus deus. in cōi fo. lvj. R. Gloriosus de⁹ in sanctis: mirabilis in maiestate faciēs ꝑdigia. Dextera tua dñe glorificata est in virtute: dextera man⁹ tua ⁊ fregit inimicos. ℟ l'a. ℣. Iusti epulēt ⁊ exultēt i cōspectu dei: ⁊ delectēt i letitia. Euā. Hoc est p̄ceptū meū. i cōi fo. j. Offr. Mirabilis de⁹ in sanctis suis: deus israel ipse dabit virtutē ⁊ fortitudinē plebi sue benedict⁹ deus. Secta.

HAt dñe ꝗs hostia hec sacrāda tibi placabilis p̄cioſi celebritate mysterij: q̄ et pctā nīa purificet ⁊ tuoꝝ tibi vota ꝓficiet famuloꝝ. P̄ dñm. Cōio. Ego vos elegi de mūdo vt eatis ⁊ fructū afferatis: ⁊ fructus vester maneat. Postcōio.

QUesum⁹ omps deus: vt sanctoꝝ martyrū tuoꝝ celestib⁹ mysterijs celebrata solēnitas: indulgentiā nobis tue p̄pitiationis semp acquirat. Per do. no. ℂ Laderici epi ⁊ confessoris. Introitus.

TAtuit et dñs testamentū pacis: ⁊ p̄incipem fecit eū vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. ℣. Misericordias domini in eternū cāntabo. Gloria patri. Kyrie eley. Oratio.

EAudi dñe p̄ces nr̄as: quas in sācti läderici cōfessoris tui atq; pontificis solēnitate deferim⁹:

vt qui tibi digne meruit famulari: eius intercedētib⁹ meritis / ab omnibus nos absoluas peccatis. P̄ dñm. Epla. Ecce sacerdos. in cōi fo. ix. R. Ecce sacerdos magn⁹ q̄ in diebus suis placuit deo. ℣. Nō est inuēt⁹ similis illi q̄ cōseruaret legē excelsi. ℟ l'a. ℣. Posui adiutoriū sup potētē: ⁊ exaltaui electū de plebe mea. Si ante pētheco. eue. ℟ l'a. ℣. Alcēdēs x̄ps in altū: captiuam duxit captiuitatē / dedit dona hoīb⁹. P̄sa. Landerice inclyte. in cōi fol. x. Euāge. Homo quidam peregre. in cōi fol. x. Offr. Veritas mea ⁊ mia mea cū ipso: ⁊ in noīe meo exaltabit cornu ei⁹. Secta.

PRopitiare dñe supplicationibus nostris: ⁊ intercedēte p̄ro nobis sancto läderico confessore tuo atq; pōtifice / his sacramētis celestibus seruientes: ab omni culpa liberos esse concede: vt purificante nos tua gratia / hilōē quib⁹ famulamur mysterijs / emūdemur. P̄ do. Cōio. Beat⁹ seru⁹ quē cū venerit dñs inuenerit vigilātē: amē dico vobis sup oīa bona sua cōstituet eū. Postcōio.

TAnt⁹ nob⁹ dñe tua sacrificia dēt salutē / beat⁹ läderic⁹ cōfessor tu⁹ atq; pōtifex: ꝗs ꝑcator accedat. P̄ dñm. ℂ Barnabe apli. Introit⁹.

TIbi aūt nimis honorati sūt amici tui deus: nimis cōfortatus est p̄incipatus eoꝝ. ℣. Dñe ꝓbasti me ⁊ cognouisti me: tu cognouisti sessionem meā et resurrectionē meā. Gloria p̄i. Kyrie el'. Gloria in ex. Oco.

QUesum⁹ omps deus: vt beat⁹ barnabas apostol⁹ / tuum p̄ro nobis imploret auxiliū: vt a nostris reatib⁹ absoluti: a cūctis etiā periculis eruamur. P̄ dñm. Epla Jam nō estis. in cōi fol. j. R. Constitues eos p̄cipes sup omnē terrā: memores erunt nois tui dñe. ℣. Pro patribus

Nitret in conspectu tuo domine gemit⁹ compeditoꝝ: redde vicinis nostris septuplum in sinu eoꝝ: vindica sanguinem sanctoꝝ tuoꝝ qui effusus est. ℣. Deus venerūt gētes in hereditatē tuā: polluerunt tēplū sanctū tuū: posuerūt hierusalem in pomoꝝ custodiā. Gl'ia pa. Kyrie el'.

SAnctoꝝ martyrū tuoꝝ Oco. basilidis / cyrini / naboris / et nazarij atq; celsi quesum⁹ dñe natalitia nobis votiua resplendeant: et quod illis contulit excellentia sempiterna fructibus nostre vocationis accrescat. P̄ dñm nr̄m. Epistola. Absterget deus. in cōmuni fo. vj. R. Vindica domine sanguinem sanctorum tuoꝝ qui effusus est. ℣. Posue-

runt mortalia seruorũ tuorũ escas volatilib⁹ celi: carnes sctõrũ tuorũ bestijs terre. Alla. ℣. Fulgebũt iusti & tanq̃ scintille i arũdineto discurrẽt i eternũ. Euãge. Attẽdite a fermẽto. i cõt so. viij. Offr. Exultabũt cãcti i gl'ia: letabunt̃ i cubilib⁹ suis/ exultatiões dei i faucib⁹ eor̃. Secta.

PRo sanctorũ martyrũ tuorũ basilidis/cyrini/ naboris/et nazarij atq; celsi: qs dñe sanguine venerãdo hostias tibi dñe solẽniter immolam⁹: tua mirabilia ptractãtes: per quẽ talis est pfecta victoria. ℣ dw. Cõio. Poluerũt mortalia seruorũ tuorũ dñe escas volatilib⁹ celi: carnes sctõrũ tuorũ bestijs terre: secũdũ magnitudinẽ brachij tui/ posside filios mortj punitorũ. Postcõio.

SEmper dñe sanctorum martyrum tuorũ basilidis/cyrini/ naboris & nazarij/atq; celsi solẽnia celebram⁹: vt eorũ patrocinia iugiter sentiamus. Per dñm. CAntam epiſcopi & cõfessoris. memo. Oratio.

EXaudi dñe pces nostras: quas in sancti antani cõfessoris tui atq; pontificis solẽnitate deferimus: vt qui tibi digne meruit famulari: eius intercedentib⁹ meritis/ ab omnibus nos absoluas peccatis. ℣. Secta.

PRopitiare dñe supplicationibus nris: & intercedẽte p nobis sancto antano cõfessore tuo atq; pontifice: his sacramẽtis celestib⁹ seruientes: ab omni culpa liberos esse cõcede: vt purificãte nos tua gratia hildem quibus famulamur mysterijs emundemur. ℣ do. Postcõio.

TUnobis dmie tua sacrificia dẽt salutẽ: vtũs anian⁹ cõfessor tu⁹ atq; pontifex/ qs pcator accedat. ℣ dw. CBasilij epi & cõfessoris. Introit⁹.

SAtuit ei dñs testamentũ pacis & principẽ fecit eũ: vt sit illi sacerdotũ dignitas in eternum. ℘s. Misericordias dñi in eternum cãtabo. Gloria patri. Kyrie el'. Gloria in excel. Oco.

EXaudi dñe pces nras: quas in sancti basilij cõfessoris tui atq; pontificis solẽnitate deferim⁹: vt qui tibi digne meruit famulari: eius intercedẽtib⁹ meritis/ ab omnibus nos absoluas peccatis. ℣ dñe. CRufi & valerij marty. Oratio.

DEꝰ q̃ nos cõcedis sctorũ martyrũ tuorũ rufi & valerij natalitia colere: da nobis i eterna beatitudine/ de eorũ societate gaudere. ℣ dw. Epla. Ecce sacerdos. in cõi so. ix. ℣. Ecce sacerdos magn⁹ q̃ i diebꝰ suis placuit deo. ℣. Nõ est inuẽt⁹ sim'is illi q̃ conseruaret legẽ excelsi. Alla. ℣. Posui adiutoriũ super potẽtẽ: & exaltaui electum de plebe mea. Siluat ante pẽtheco. Alla. ℣. Non vos reliquã orphanos: vado & venio ad vos & gaudebit cor vẽm. ℘s. Supne ma. in cõi. so. iiij. Euãg. Sit lũbi. so. xj. Offr. Meritas meas mia mea cũ ipso & in nõie meo exaltabitur cornu ei⁹.

PRopitiare dñe supplicationib⁹ nris: & intercedẽte p nobis sctõ basilio cõfessore tuo atq; pontifice: his sacramẽtis celestib⁹ seruientes/ ab oi culpa liberos esse cõcede: vt purificãte nos tua gra/ hildẽ qb⁹ famulamur mysterijs emũdemur. Per. CRufi & valerij. Secta.

MUnera tibi dñe nre deuotiõis offerim⁹: q̃ et p tuorũ tibi grata sint honore sctorũ: & nobis salutaria te miserãte reddant̃. Per. Cõio. Beat⁹ seru⁹ quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilãtẽ: amẽ dico vobis sup oia bona sua cõstituet eũ. Postcõio.

TUnobis dñe tua sacrificia dẽt salutẽ/ beat⁹ basili⁹ cõfessor tuus atq; pontifex: qs pcator accedat. ℣ dw. CRufi & valerij. Postcõ.

PResta nobis dñe intercedẽtib⁹ sctis tuis rufo & valerio/ vt q̃ ore & tigim⁹ pura mẽte capiam⁹. p.

CAudi/mode. & creste, mar. Introi.

ATret in conspectu tuo dñe gemit⁹ cõpeditorũ: redde vicinis nostris septuplũ in sinu eorũ: vindica sanguinẽ seruorum tuorũ q̃ effusus est. ℘s. Deus venerũt gẽtes in hereditatem tuã polluerũt tẽplũ sanctum tuum posuerunt hierusalẽ in pomorum custodiã. Gloria pẽi. Kyrie el'.

DA ecclesie tue dñe qs Oco. sanctis tuis vito et modesto atq; crescentia intercedẽtib⁹ supbe non sapere: sed tibi placita humilitate pũcere: vt pterua despiciens/ quecunq; matura sunt/ libera exerceat charitate. ℣. Epla. Sancti per fidem. in cõi so. v. ℣. Justorũ aie in manu dei sunt: & nõ tãget illos torm̃ẽtũ malitie. ℣. Visi sunt oculis insipientiũ mori: illi autẽ sunt in pace. Alla. ℣. Gaudete iusti in domino: rectos decet collaudatio. Euangel. Cum audieritis. in cõi so. viij. Offr. Letamini in dño & exultate iusti: et gloriamini oẽs recti corde. Secreta.

SIcut gloriam diuine potẽtie munera p sanctis tuis oblata testãtur: sic nobis effectũ qs dñe tue saluationis impẽdãt. Per dw. Cõio. Gaudete iusti i dño alleluya: rectos decet collaudatio alla. Postcõio.

BEpleti dñe benedictiõe celesti qs: vt p intercessionẽ sctorũ tuorũ viti & modesti atq; crescentie: medicina sacramẽti/ & corporis nostris pfit & mẽtib⁹. ℣ dw. C Cirici et iulite matris eius. Introitus.

SAncti tui dñe benedicent te/ gloriã regni tui dicent alla. ℘s. Exaltabo te deꝰ meus rex: & benedicam nomini tuo i seculũ/ et in scm scli. Gloria pẽi. Kyrie eleyson. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus: qui sancto cirico & matri eius iulite vna cũ sociis eorũ in passione largitus es: vt oia tormẽta penarũ clemẽter susciperẽt: pietatẽ & misericordiã tuã supliciter deprecamur vt dum eorũ gloriosam passionem colim⁹: pacẽ & securitatẽ & peccatorum veniã cõsequamur. Per dñm. Epla. Sãcti p fidem. in cõi so. v. ℣. Gloriosus deꝰ in sanctis: mirabilis in maiestate faciẽs pdigia. ℣. Dextera tua dñe glorificata est in virtute: dextera manꝰ tua & fregit inimicos. Alla. ℣. Judicabũt sancti natiões et dominabũtur populis: & regnabit illorũ rex in eternũ. Prosa. Supne matris. in cõi so. viij. Euãgel. Cum vlequẽtur vos. in cõi so. viij. Offr. Mirabilis deꝰ in sanctis suis deus israel/ ipse dabit virtutẽ & fortitudinẽ plebi sue benedictꝰ deꝰ. Secta.

PResta qs omps deus: vt hoc sacrificiũ singulare qõ in honore sanctorũ martyrũ tuorũ cirici & iulite ac sociorũ eorũ tibi solẽniter offerim⁹: charitatẽ nobis infundat/ & inexpugnabile prestitũ fiat. ℣ dw. Cõio. Poluerũt mortalia seruorũ tuorũ dñe escas volatilib⁹ celi: carnes sctõrũ tuorũ bestijs terre: secũdũ magnitudinẽ brachij tui/ posside filios mortj punitorũ. Postcõio.

BEatorũ martyrũ tuorum dñe quesum⁹ cirici & iulite matris eius vna cũ sociis eorũ quorũ festa celebram⁹ adsit oratio: atq; eorum supplicatione placatus/ & veniam nobis tribue peccatorũ/ & remedia sempiterna concede. Per dñm nost. CHoarnei confessoris. Introit⁹.

OSiustꝰ meditabitur sapiẽtiam: & lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipsius. ℘s. Noli emulari in malignãtibus: neq; zela-

neris facientes iniquitatem. Gloria patri. Kyrie eleyson. Oratio.

DEus qui beato hoarneo confessori tuo celestiū ciuiū ordines cōtueri tribuisti da nobis ꝗs eiꝰ et eorū pariter precibꝰ quos prospiciendo recitauit / tuam misericordiam promereri. Per dn̄m nostrū.

℣ De sancto auito memoria. Oro.

INtercessio nos ꝗs dn̄e beati auiti abbatis cōmēdet: vt qō nkis meritis nō valemꝰ: eiꝰ patrocinio allequamur. p dn̄. Epla. Dilectꝰ deo. in cōi fo. ix. ℟ Dne puenisti eū in bñdictionibꝰ dulcedinis: posuisti in capite eiꝰ coronā de lapide pciosō. Vitā petiit et tribuisti ei: lōgitudinē dierū in seculū seculi. Alla. ℣. Iste sanctꝰ digne in memoriū verti tur hominū: qui ad gaudium trāsiit angelorū. Prosa Mundi etate. In cōmuni fol. x. Euāgelium. Videte vigilate. Hre in cōmuni fol. x. Offr. Desiderium anime eius tribuisti ei domine: ⁊ voluntate labiorum eius non fraudasti eum: posuisti in capite eius coronā de lapide pciosō. Secta.

HOstias tibi dn̄e pro cōmemoratione sancti hoarnei cōfessoris tui offerimus suppliciter deprecantes: vt sicut illi pbuisti sacram fidei claritatem: sic nobis indulgentiam largiaris ⁊ pacem. Per dn̄m.

℣ De sancto auito. Secreta.

SAcris altaribꝰ dn̄e hostias suppositas sanctꝰ auitꝰ abbas in salutem nobis prouenire deposcat. Per dn̄z no. Cōio. Semel iurauī in sancto meo: semen eiꝰ in eternū manebit: ⁊ sedes eius sicut sol in cōspectu meo: ⁊ sicut luna pfecta in eternū: ⁊ testis in celo fidelis. Postcōio

PResta quesumus omnipotēs deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes: beneficia potiora sumamus. Per dn̄m nr̄m.

℣ De sācto auito. Postcōio.

PRotegat nos dn̄e cū tui pceptione sacramēti beatꝰ auitus abbas p nobis intercedēdo: vt conuersationis eius experiamur insignia: et intercessionis eius percipiamus suffragijs. Per dn̄m nostrū iesum.

℣ Marci ⁊ marcelliani. Introitꝰ.

SAlus autem iustorum a dn̄o / et protector eorū est in tēpore tribulationis. ℣s. Noli emulari in malignātibus: neq; zelaueris faciētes iniquitatem. Gloria patri ⁊ filio. Kyrie eleyson. Oratio.

PResta quesumus omnipotēs deus: vt qui sanctorū martyrum tuorū marci ⁊ marcelliani natalitia colimꝰ: a cūctis malis immi nētibꝰ / eorū intercessionibꝰ liberemur. p dn̄. ℣ Fortunati epi. Oro.

PAsta quesumꝰ omnipotēs deus: vt beati fortunati cōfessoris tui atq; pontificis veneranda solemnitas: ⁊ deuotionem nobis augeat et salutem. Per dn̄m nostrū iesum.

℣ Marine virginis. Oratio.

EXaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beate marine virginis festiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per dn̄z. Epla. Stabunt iusti. In cōi fol. vij. ℟. Justorū anime in manu dei sunt: ⁊ nō tāget illos tormētū malitie. ℣. Visi sunt oculis insipientiū mori: illi autē sunt in pace. Alla. ℣. Reddet deus mercedem laborū sanctorū suorū: ⁊ deducet eos in via mirabili. Euāgel. Hoc est pceptum. In cōi fol. j. Offr. Anima nostra sicut passer erepta est: de laqueo venantium. laqueus contritus est: ⁊ nos liberati sumus. Secreta.

MUnera dn̄e tibi dicata sanctifica: ⁊ intercedētibus sanctis martyribꝰ tuis / marco ⁊ marcellino: p eadē nos placatꝰ intēde. P dn̄.

℣ De sancto fortunato. Secreta.

HOstias tibi dn̄e p cōmemorationē sancti cōfessoris tui atq; pontificis fortunati offerimꝰ supplici ter deprecātes: vt sicut illi pbuisti sacram fidei claritatē / sic nobis indulgētiā largiaris ⁊ pacem. Per dn̄m.

℣ De sancta marina. Secreta.

ACcepta tibi dn̄e sit sacre plebis oblatio pro tuorū honore sanctorum: quorū se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per dn̄m. Cōio Amen dico vobis q vos q̄ relinq̄stis oia et secuti estis me / cētuplū accipietis: ⁊ vitam eternam possidebitis. Postcōio.

SAlutaris tui domine munere satiati supplices exoramus: vt quorum letamur gustu / renouemur effectu. Per dn̄m nr̄m iesum.

℣ De sancto fortunato. Postcōio.

PResta quesumꝰ omnipotens deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes: beneficia potiora sumamus. Per dn̄m nr̄m.

℣ De sancta marina. Postcōio.

SAtiasti domine familiā tuam muneribus sacris: eius quesumus interuentione nos refoue / cuius solēnia celebramus. Per dn̄m.

℣ Gervasij ⁊ pthasij. Introitus.

EXoquetur dn̄s pacē in plebē suā / ⁊ super sactos suos ⁊ in eos qui convertūtur ad ipsum. ℣s. Benedixisti dn̄e terrā tuā: auertisti captiuitatē iacob. Gria ps. Kyrie el. Gria in ex.

DEus q̄ nos annua sanctorum martyrū tuorum gervasij ⁊ pthasij solēnitate letificas: concede ꝓpitius: vt quorū gaudem⁹ meritis accēdamur exēplis. Per dn̄. Epla Sācti p fidem. In cōi fo. v. ℟. Gloriosus deꝰ in sanctis: mirabilis in maiestate faciēs pdigia. ℣ Dextera tua dn̄e glorificata est in virtute: dextera manꝰ tua confregit inimicos. Alla. ℣ Sancti et iusti in domino gaudete: vos elegit deus in hereditatem sibi. Prosa. Alla. Mirabilis deus. in cōi fo. vij. Euāgelium. Egredīente iesu. in cōmuni fo. viij. Offr. Letamini in dn̄o ⁊ exultate iusti: et gloriamini oēs recti corde. Secreta.

OBlatis quesumus dn̄e placare muneribꝰ: ⁊ intercedētibus sanctis martyribꝰ tuis gervasio et pthasio / a cūctis nos defēde periculis. P dn̄. Cōio Posuerūt mortalia seruorū tuorū dn̄e escas volatilibꝰ celi: carnes sctōrū tuorū bestijs terre: sanguinē magnitudinē brachij tui / possiderunt. Postcōio.

HEc nos cōmunio domine purget a crimine: ⁊ intercedentibus sanctis martyribus tuis gervasio et prothasio celestis remedij faciat esse consortes. Per dn̄m nr̄m.

℣ Leufredi abbatis. Introitus.



Iustꝰ meditabitur sapientiam / ⁊ lingua eius loquetur iudicium / ler dei eius in corde ipsi⁹. ℣s Nolt emulari ī malignātibus: neq; zelaueris faciētes iniquitatem. Gloria patri. Kyrie el. Gloria in excel. Oratio.

INtercessio nos quesumus dn̄e beati leufredi abbatis commēdet: vt quod nostris meritis non valemus: eius patrocinio allequamur. Per dn̄m. Epla. Justꝰ corruerit. in cōi fol. iij. ℟. Domine prevenisti eū in benedictionibꝰ dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. ℣. Vitam petiit et tribuisti ei: longitudinē dierum in seculū seculi. Alla. ℣ Justꝰ germinabit sicut lilium: ⁊ florebit in eternum ante dominū. Prosa Mundi etate. in cōi fol. x. Euāgelium. Nemo accendit. in cōi fo. x. Offr. Desiderium ale eius tribuisti ei domine ⁊ voluntate labiorū eius non fraudasti eum: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Secreta.

SAcris altaribus dñe hostias superpositas sanct⁹ leufredus abbas in salutē nobis p̄ouenire deposcat. P̄er dñm. Cōio. Fidelis seruus et p̄udens quem constituit dñs super familiam suam: vt det illi in tēpore tritici mensuram. Postcōio.

PRotegat nos dñe cū tui perceptione sacramenti beatus leufredus abbas p̄o nobis intercedendo: vt cōuersationis eius exp̄riamur insignia: et intercessionis eius p̄cipiamus suffragia. P dñz.

Paulini epi̇scopi. Introitus.



Tatuit ei dñs testamentū pacis: ⁊ p̄ncipem fecit eū vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. ℣s. Misericordias domini in eternū cātabo. Gloria patri. Kyrie eley. Oratio.

Xaudi dñe p̄eces nr̄as: quas in sācti paulini cōfessoris tui atq; pontificis solēnitate deferim⁹: vt qui tibi digne meruit famulari: eius intercedēt⁹ meritis ab omnibus nos absoluas peccatis. P dñz.

Epla. Ecce sacerdos. in cōi fo. ix. ℟. Jurauit dñs ⁊ nō penitebit eum: tu es sacerdos in eternū secūdū ordinē melchisedech. ℣. Dixit dñs domino meo: sede a dextris meis. Alla. ℣. Posui adiutoriū sup potētē: ⁊ exaltaui electum de plebe mea. Euāgel. Homo quidam peregre. in cōi fo. x. Offr. Meritas mea et misericordia mea cum ipso ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

PRopitiare dñe supplicationibus nostris: ⁊ intercedēte p̄o nobis sancto paulino cōfessore tuo atq; pōtifice his sacramētis celestibus seruientes: ab omni culpa liberos esse concede: vt purificante nos tua gratia hilde quib⁹ famulamur mysteriis emūdemur. P do. Cōio. Fidelis seru⁹ ⁊ p̄udens quē constituit dñs sup familiā suā: vt det illi in tēpore tritici mensurā. Postcōio.

UT nobis domine tua sacrificia dent salutem: beat⁹ paulinus confessor tuus atq; pontifex: quesumus p̄decessor accedat. P dñm.

Nota q̄ si vigilia sancti iohānis baptiste dñica extra octa. eucharistie euene. p̄ma missa erit de dñica. maior autē missa erit de vigi. cum Glozia in ex⁹ Credo. Si aūt infra dictas octa. quacūq; die euene. p̄ma missa erit de vigi. maior autē missa erit de octauis.

In vigi. san. iohā. bapti.

In vigilia sancti iohannis baptiste. Introitus.



Et tu puer p̄pheta altissimi vocaberis: p̄ibis enim ante faciem dñi parare vias eius. ℣s. Confitemini dño et inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. Gloria patri. Kyrie eleyson. Oratio.

DEus q̄ nos annua beati iohānis festiuitate letificas: da populis tuis celestis gratie incrementum: vt et fidem sanctam capiant: et ad eternam beatitudinem p̄ueniant. P dñm.

Epla. Ecce mitto angelum meum. in cōi fo. xi. ℟. Ante ventrem formauit te dñs: et priusq̄ exires de vulua sanctificauit te. ℣. Fuit homo missus a deo: cui nomē erat iohānes hic venit. ℣. Ut testimoniū phiberet de lumine: et parare dño plebē perfectam. Si dominica fuerit. Alla. ℣. Justus vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur. P̄rosa nulla. Initium sancti euangelij. Secūdum Lucam. p̄mo.

FUit in diebus herodis regis iudee sacerdos quidā nomine zacharias de vice abia: ⁊ vxor illi de filiab⁹ aaron: ⁊ nomen ei⁹ elizabeth. Erant autem iusti ambo ante deū: incedētes in omnib⁹ mādatis ⁊ iustificationib⁹ dñi sine querela. Et nō erat illis fili⁹: eo q̄ esset eliza beth sterilis: ⁊ ambo p̄cessissent in dieb⁹ suis. Factū est aūt cū sacerdotio fungeretur zacharias in ordine vicis sue ante deum secūdum consuetudinem sacerdotij: sorte exijt vt incēsum poneret ingressus in tēplū dñi. Et omis multitudo populi erat orans: foris hora incensi. Apparuit autē illi angel⁹ dñi: stans a dextris altaris incēsi. Et zacharias turbatus est videns: ⁊ timor irruit sup eū. Ait autē ad illū angel⁹. Ne timeas zacharia quoniā exaudita est deprecatio tua ⁊ vxor tua elizabeth pariet tibi filiū: ⁊ vocabis nomē eius iohānem. Et erit gaudiū tibi ⁊ exultatio: ⁊ multi in natiuitate ei⁹ gaudebūt. Erit enim magn⁹ corā dño: ⁊ vinū ⁊ siceram nō bibet. Et spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris sue: et multos filiorū israel conuertet ad dñm deum ipsorū. Et ipse p̄cedet ante illum in spiritu et virtute helye: ⁊ cōuertat corda patrum in filios: ⁊ incredulos ad prudentiam iustorū. P̄parare dño plebem perfectam. Offr. Glozia et honore coronasti eū: et cōstituisti eum sup opa manuū tuarū dñe. Secta.

MUnera dñe oblata sanctifica: ⁊ intercedente beato iohanne baptista: nos ḡs per hec a peccatorū nostrorū maculis emunda. P̄er. Cōio. Magna est glozia ei⁹ in salutari tuo: glozią et magnū decorē impones super eum dñe. Postcōio.

BEati iohānis baptiste nos domine p̄clara comitet oratio: et quem vēturū esse p̄dixit: poscat nobis fauere placatū: dñm nr̄m iesum chr̄istū filium tuum. Qui te.

In natiuitate sancti Johannis baptiste. Introitus.



Ante ventre matris mee vocauit me dom⁹ nomine meo: et posuit os meū vt gladium acutū sub tegumento manus sue p̄texit me posuit me quasi sagittā electā. ℣s. Bonū est cōfiteri dño ⁊ psallere nomini tuo altissime. Gl̄ia pa. Kyrie el̄. Gl̄ia in ex. Oro.

DEus q̄ p̄sentē diem honorabilem nobis in beati iohānis baptiste natiuitate fecisti: da populis tuis spiritualiū gratiā gaudiorum: et omnium fidelium mentes dirige in viam salutis eterne. P̄er dñm nr̄m iesum. Agoardi ⁊ agilberti martyrū memoria. Oratio.

DEus q̄ nos cōcedis sanctorū martyrū tuorum agoardi et agilberti natalitia colere da nobis in eterna beatitudine de eorū societate gaudere. P̄er dñm nr̄m iesum.

Lectio Ysaie p̄phete. xlix.

HEc dicit dñs deus. Audite insule: ⁊ attēdite populi de lōge. Dñs ab vtero vocauit me: de vētre matris mee recordat⁹ est nois mei. Et posuit os meum quasi gladium

acutum: in umbra manꝰ sue protexit me. Et posuit me sicut sagittā electam: in pharetra sua abscondit me & dixit mihi. Seruꝰ meꝰ es tu israel quia in te gloriabor. Et nūc hec dicit dñs formās me in utero seruum sibi. Dedi te in lucē gentium: ut sis salus mea usq; ad extremum terre. Reges uidebūt & consurgēt principes: & adorabunt dominū deū tuum & sanctum israel: qui elegit te. ℣. Priusq; te formarem in utero noui te: & antеq; exires de uētre sanctificaui te. ℟. Misit dñs manū suam et tetigit os meum & dixit mihi. Alla. ℣. Inter natos mulierū nō surrexit maior iohanne baptista.

Prosa.

AD honorē tuum christe recolat ecclesia. Qz securlozis et baptiste tui natalitia. Laus est regis in pconijs ipsius pconio. Quē uirtutū ditat donis / sublimat officio. Qz omittēte gabriele senioꝛi filium. Dubitauit & loquele perdidit officium. Quer nascitur nouę legis nouꝰ regis hec: tuba significr. Qui preit uerbum paranymphus spōsi sponsum solis ortum luciferꝰ. Qui uerbo mateꝛ scripto pateꝛ nomen edit paruulo: & soluto lingua muta / patris est a uinculo. Est celesti prefiguratus iohānes oraculo: & ab ipso premōstratꝰ uteri latibulo. Quod etate prematura / datur heres id figura / quod infecunda diu parit res profunda. Contra carnis quidem iura / iohānis est genitura talē gratia partū formatꝛ nō natura. Huo deum uirgo claudit / clauso clausus hic applaudit: de uentris angustia. Agnum monstrat in aperto / uox clamantis in deserto: uox uerbi prenuncia. Ardens fit de uerbo lucens: & ad ueram lucem ducēs / multa uocet milia. Non lux iste sed lucerna christus uero lux eterna: lux illustrans omnia. Cuicina tectꝰ ueste / pellis cinctus strophium. Cum locustis mel siluestre / sumpsit in edulium. Attestante sibi christo / non surrexit maior iste: natus de muliere. Sese christus sic excepit / qui de carne carnem cepit: sine carnis ope capitali iustus pena / iubetur in carcere consummari. Cuius caput ter in cena / non horret pro munere psentari. Martyꝛ dei licet rei sim nec idonei: tue laudi. Te laudātes et sperantes de tua clementia nos exaudi. Tuo nobis i natali: da promissum gaudium. Nec nos minus triūphale: delectet martyrū. Teneramur & miramur: in te tot mysteria. Per te frui christi sui: det nobis psentia. Amē.

Scōm Lucam. j.

IN illo tēpoꝛe. Elizabeth impletum est tempus pariendi: et peperit filium. Et audierūt uicini & cognati eius: quia magnificauit dñs misericordiā suam cū illa: & congratulabantur ei. Et factum est in die octauo: uenerunt circūcidere puerum: & uocabāt eum nomine patris sui zachariam. Et respondens mater eiꝰ dixit. Nequaq̄: sed uocabitur iohānes. Et dixerunt ad illam. Quia nemo est in cognatione tua / qui uocet hoc nomine. Innuebant autē patri eius / quē uellet uocari eū. Et postulās pugillarem scripsit dicēs. Johānes est nomē eiꝰ Et mirati sūt uniuersi. Aptū est aūt illico os eiꝰ / & lingua eiꝰ: & loquebatur benedicēs deū. Et factus est timoꝛ sup oēs uicinos eoꝛū: & sup oia mōtana iudee: diuulgabātur oia uerba hec. Et posuerūt oēs q̄ audierāt: in coꝛde suo dicētes. Quis putas puer iste erit? Etenim manꝰ dñi erat cū illo. Et zacharias pr eiꝰ impletꝰ est spū scō: & pphetauit dicēs. Bñdictꝰ dñs deꝰ israel: q̄ a uisitauit & fecit redēptionē plebi sue.

Nō ꝺ. Credo. nisi sit dñica: uel nisi infra octa. sacramēt. Offr. Justꝰ ut palma florebit sicut cedrꝰ q̄ i libano est multiplicabit.

TUa nos dñe muneribꝰ sacra. altaria cumulamꝰ / illiꝰ natiuitatē honoꝛe debito celebrantes q̄ salutiꝛē mūdi & decinit affuturū et adesse monstrauit / dñm nr̄m iesum xp̄m filiū tuū. Qui tecū.

De scīs agoardo & agilberto. Secreta.

MUnera tibi dñe nr̄e deuotiōis offerimꝰ: q̄ & p tuoꝛū tibi grata sūt honoꝛe stiōꝛ & nobi salutaria te miserāte reddāt. P dō. Cōio. Tu puer ppheta altissimi uocaberis: preibis em añ faciē dñi parare uias eiꝰ.

SUmat eccla tua deꝰ beati iohānis baptiste generatione letitiā: p quē sue regeneratiōnis cognouit auctoꝛē dñm nr̄m iesū christū filiū tuum. Qui tecū uiuit.

De scīs agoardo & agil. Postcō.

PResta nobis q̄s dñe intercedētibus sanctis tuis agoardo et agilberto / ut que oꝛe cōtigimus: pura mēte capiamꝰ. P.

In trāslatione sācti eligii episcopi. Introit.

DIxit ei dñs testamentū pacis: & principem fecit eū ut sit illi sacerdotij dignitas in eternum. ℣. Misericoꝛdias domini in eternū cāt abo. Gria pr̄i. Kyrie el. Gria in ex. Oro.

EXaudi dñe preces nr̄as: quas in sancti eligij confessoꝛis tui atq; pontificis trāslatione referimꝰ: ut qui tibi digne meruit famulari: eius intercedētibꝰ meritis / ab omnibus nos absoluas peccatis. P dñm.

De eōdē gallicano mar. me. Oro.

PResta q̄s omps deꝰ ut q̄ beati gallicani martyꝛis tui natalitia colimꝰ: intercessiōe eiꝰ i tui nois amoꝛe roborem̄. P dñm. Memo. de octa. sācti iohā. Deꝰ q̄ plentē. Lts. for. per. Epla. Ecce sacer. in cōi fo. r. R. Ecce sacerdos magnꝰ q̄ in diebꝰ suis placuit deo. ℣. Nō est inuētꝰ similis illi q̄ cōseruaret legē excelsi. Alla.

℣. Posui adiutoꝛiū sup potētē: exaltaui electū de plebe mea. Prosa. Eligi inclyte. in cōi fol. r. Euāgel. Sint lūbi. in cōi fol. xj. Offr. Veritas mea & mia mea cū ipso: & in noie meo exaltabit coꝛnu eius.

Secreta.

PRopitiare dñe supplicationibus nostris: & intercedēte pro nobis sancto eligio confessoꝛe tuo atq; pōtifice / his sacramētis celestibus seruiētes: ab oīi culpa liberos nos esse concede: ut purificante nos tua gratia / hilde quibꝰ famulamur mysterijs / emūdemur. Per dñm no.

De sancto gallicano. Secreta.

MUneribꝰ nr̄is q̄s dñe pcibusq; susceptis: & celestibꝰ nos mūda mysterijs / & clemēter exaudi. P. Cōio. Beatꝰ seruꝰ quem cū uenerit dñs inuenerit uigilātē: amē dico uobis super oīa bona sua cōstituet eū.

UT nobis dñe tua sacrificia dent salutē: beatꝰ eligius cōfessoꝛ tuus atq; pōtifex / q̄sumus precatoꝛ accedat. Per dñm no.

Postcō.

De sancto gallicano. Postcō.

DA q̄s dñe deus nr̄: ut sicut in cōmemoratione martyꝛis tui gallicani tēporali gratulamur officio: ita ppetuo letemur aspectu. P.

Johannis & pauli. Introitus.

MUlte tribulationes iustoꝛū: & de his omnibus liberauit eos dominꝰ. dñs custodit oia ossa eoꝛū unū ex his nō cōteretur. ℣. Benedicam dñm in omni tpe: semp laus eiꝰ in oꝛe meo. Gria pr̄i. Kyrie el. Gria in ex. Oro.

QUesumꝰ omps deꝰ: ut nos geminata letitia hodierne festiuitatis excipiat q̄ de beatoꝛū martyꝛū tuoꝛū iohānis & pauli gloꝛificatione procedit: quos eadē fides et passio uere fecit esse germanos. P dñm.

Memoꝛia de octa. sancti iohannis. Oro. Deus qui plentem. Lts in die.

℣Lectio libri apocalypsis beati Johannis apostoli. xi.

IN dieb⁹ illis. Dixit mihi angelus. Hi sūt due oliue ⁊ duo candelabra: in conspectu dn̄i terre stantes. Et si q̄s eos voluerit nocere: ignis exiet de ore illoꝝ ⁊ deuorabit inimicos illoꝝ. Et si quis eos voluerit ledere: sic oportet eū occidi. Hi habēt potestatē claudēdi celum: ne pluat diebꝰ ꝓphetie ipsoꝝ. ℟. Ecce q̄ bonū ⁊ q̄ iocūdū: habitare fratres in vnū. ℣. Sicut vnguētū in capite quod descēdit in barbā barbam aaron. Alla. ℣. Isti sunt due oliue ⁊ duo candelabra lucētia ante dn̄m: habent potestatē claudere celū nubib⁹ et aperire portas eiꝰ: q̄a lingue eoꝝ claues celi facte sunt. Prosa. Alla. Mirabilis. In cōi fo. vij. Euāgel. Attēdite a fermento. in cōi fo. viij. Offr. Gloriabūtur in te oēs qui diligūt nomē tuū: quoniā tu benedices iusto. dn̄e vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Secreta.

HOstias tibi dn̄e sctōrū martyrū tuoꝝ iohānis ⁊ pauli dicatas meritis benignus assume: ⁊ ad perpetuū nobis tribue ꝓuenire subsidium. ℟ dn̄m. Cōio. Et si corā hominib⁹ tormēta passi sūt deꝰ tētauit illos tanq̄ aurū in fornace ꝓbauit illos: ⁊ quasi holocausta accepit illos

SUmplimꝰ dn̄e sctōrū Postcō. martyrū tuoꝝ iohānis ⁊ pauli solēnia celebrātes sacramēta celestia: precla q̄s: vt qđ tēporaliter gerimus / eternis gaudijs consequamur. ℟ dn̄m. ℣In vigi. apostolorum petri et pauli. Introitus.

DIxit dn̄s petro: cū esses iunior cingebas te / et ambulabas vbi volebas: cū autē senueris / extēdes manꝰ tuas ⁊ alius te cinget / ⁊ ducet quo tu non vis: hoc autem dixit significās qua morte clarificaturus esset deum ℟s. Celi enarrāt gloriā dei: ⁊ opera manuum eiꝰ annunciat firmamētū. Gl'ia pa. Kyrie eleyson. Nō dr Gloria in ex. nec Credo. nisi sūt dūica vel in octa. eucha. Oco.

QUesta quesumꝰ omps deus: vt nullis nos ymittas ꝓturbationibus concuti: quos in apostolice cōfessionis petra solidasti. ℟ dn̄m nr̄m. ℣Leonis pape. Oratio.

DEus qui beatū leonem pontificem sanctoꝝ tuoꝝ meritis coequasti: cōcede ꝓpitius: vt q̄ commemorationis eiꝰ festa percolimꝰ: vite quoq̄ imitemur exēpla. ℟ do. Memo. de octa. sancti iohānis vtā. ℣Lectio actuum apostoloꝝ. iij.

IN dieb⁹ illis. Petrꝰ ⁊ iohannes ascēdebāt in tēplū ad horam orationis nonā. Et quidā vir qui erat claudꝰ ex vtero matris sue bajulabatur: quē ponebāt quotidie ad portā tēpli que dicitur speciosa / vt peteret eleemosynā ab introeuntibus in tēplum. Is cū vidisset petrum ⁊ iohānem incipiētes introire in tēplū / rogabat vt eleemosynam acciperet. Intuens autē in eū petrꝰ cum iohanne: dixit. Respice in nos. At ille intēdebat in eos: sperans se aliq̄d accepturū ab eis. Petrꝰ autē dixit. Argētum ⁊ aurū nō est mihi: quod autem habeo hoc tibi do. In nomine iesu nazareni surge et ambula. Et apprehēsa manu eiꝰ dextera / alleuauit eū: ⁊ protinꝰ consolidate sunt bases eiꝰ ⁊ plāte. Et exiliens stetit ⁊ ambulabat / et intrauit cū illis in tēplū ambulās / ⁊ exiliēs ⁊ laudās deum. Et vidit omnis populus eum ambulātem ⁊ laudātem deum. Cognoscebant autem illū q̄ ipse erat qui ad eleemosynā sedebat ad speciosam portam tēpli. Et impleti sūt stupore ⁊ extasi in eo quod contigerat illi. ℟. In omnē terram exiuit sonus eoꝝ: ⁊ in fines orbis

terre verba eoꝝ. ℣. Celi enarrāt gloriam dei: ⁊ opa manuum eiꝰ annunciat firmamentum. Si fit dūica. Alla. ℣. In omnem terrā exiuit sonum eoꝝ: ⁊ in fines orbis terre verba eoꝝ. ℣Secūm Johānem. xxi.

IN illo tpe. Dixit ihesus symoni petro. Symon iohānis diligis me plus his? Dicit ei. Etiā dn̄e: tu scis quia amo te. Dicit ei ihesus. Pasce agnos meos. Dicit ei iterū. Symō iohānis diligis me? Ait illi. Etiā dn̄e: tu scis quia amo te. Dicit ei iterum. Pasce agnos meos. Dicit ei tertio. Symon iohānis amas me? Cōtristatꝰ est petrꝰ: quia dixit ei tertio: amas me / ⁊ dixit. Domine tu omnia nosti: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce oues meas. Amen amen dico tibi: cū esses iunior cingebas te / ⁊ ambulabas vbi volebas. Cum autē senueris extēdes manus tuas ⁊ alius te cinget: ⁊ ducet quo tu non vis. Hoc autē dixit significans qua morte clarificaturꝰ esset deum. Offr. Mihi autem nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cōfortatꝰ est principatus eoꝝ. Secreta.

MUnus populi tui dn̄e quesumus apostolica intercessione sanctifica: noscq̄ a peccatoꝝ nostrorum maculis emūda. ℟ dn̄m no. ℣De sancto leone. Secreta.

HAnue nobis dn̄e: vt intercedente beato leone confessore tuo atq̄ pontifice nobis hec ꝓsit oblatio: quam immolando totius mūdi tribuisti relaxari delicta. ℟ dn̄m nostrum. Prefatio cōmunis. Cōio. Symon iohannis diligis me plus his? domine tu omnia nosti / tu scis dn̄e quia amo te. Postcōio.

QUos celesti dn̄e alimento satiasti: apostolicis intercessionib⁹ ab oi aduersitate custodi. ℟ do. ℣De sancto leone. Postcōio.

DEus q̄ aie famuli tui leonis: eterne beatitudinis ꝓmia contulisti: cōcede ꝓpicius: vt q̄ pcōrū pondere premimur / eiꝰ apud te intercessionib⁹ subleuemur. ℟ do. ℣In die. Ad missam. Introitus.

MUnc scio vere quia misit dn̄s angelum suum / et eripuit me de manu herodis: et de omni expectatiōe plebis iudeoꝝ. ℣. Et petrus ad se reuersus dixit. Gloria pr̄i. Kyrie eley. Gloria in excelsis deo. Oratio.

DEus qui hodiernā diem apostolorum tuoꝝ petri ⁊ pauli martyrio consecrasti: da ecclesie tue eoꝝ in omnib⁹ sequi ꝓceptum per quos religionis sūpsit exordiū. ℟ do. Memo. de octa. sancti iohānis. ℣Lectio actuum apostoloꝝ. xij.

IN dieb⁹ illis. Misit herodes rex manꝰ: vt affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autē iacobum fratrē iohānis gladio. Videns autē quia placeret iudeis: apposuit apprehēdere ⁊ petrū. Erāt aūt dies azimoꝝ. Quem cū apprehendisset misit in carcerem: tradēsq̄ quatuor quaternionib⁹ militū ad custodiendum: volēs post pascha ꝓducere eū populo. Et petrꝰ quidē seruabat in carcere: oratio aūt fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deū ꝓ eo. Cū autē ꝓducturꝰ eū esset herodes: in ipsa nocte erat petrꝰ dormiēs inter duos milites / vinctus cathenis duabꝰ: ⁊ custodes ante ostiū custodiebant carcerē. Et ecce angelꝰ dn̄i astitit ⁊ lumen refulsit in habitaculo: percussoq̄ latere petri: excitauit eum dicēs. Surge velociter. Et ceciderūt cathene de manib⁹ eiꝰ. Dixit autē angelꝰ ad eū. Precingere: ⁊ calcia te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi. Circūda tibi vestimentum tuum: ⁊ sequere me. Et exiēs sequebatur eum: ⁊ nesciebat quia verum est quod fiebat per angelū. Existi-

mabat autē se vilum videre. Trāseuntes autē pmā ⁊ secundā custodiam: venerūt ad portā ferreā q̄ ducit ad ciuitatē: que vltro aperta est eis. Et exeuntes/ processerunt vicum vnū. Et cōtinuo discessit angel⁹ ab eo. Et petrus ad se reuersus dixit. Nunc scio vere/ qa misit dñs angelum suū ⁊ eripuit me de manu herodis: ⁊ de omni expectatione: plebis iudeorum. ℟. Cōstitues eos principes super oēm terrā: memores erūt nominis tui domine. ℣. Pro patrib⁹ tuis nati sunt tibi filij: ppteres populi confitebūtur tibi. Alla. ℣. Tu es petrus: ⁊ super hāc petram edificabo ecclesiam meam. Prosa.

Gaude roma caput mundi: primus pastor in secūdi: laudetur victoria. Totus orbis hylarescat/ ⁊ virtutis ardor crescat: ex petri memoria. Petr⁹ sacri fax amoris: lux doctrine sal dulcoris: petrus mons iustitie. Petr⁹ fons est saluatoris/ lignum fruct⁹ ⁊ odoris: lignū carēs carie. Et quid petro dices dignum nullū christi videntes signū/ primo sub ammonitu. Fugit rhete fugit ratē nec dum plene veritatē: cōtēplatus spiritu. Auro carēs ⁊ argento/ choruscat miraculis a neruorū sub momento: claudū soluit vinculis. Petra calysi dissolut⁹ eneas erigit: petrū presens dei virt⁹: ad votū plectur. Petr⁹ vitā dat habite: iuuenemq̄ reddit vite: potestate libera. Pede premit fluct⁹ maris: ⁊ nutātē salutaris: illū regit dextera. Facta xpi questione: breui claudit is sermone fidem necessariā. Hunc plonū dicit vnā: sed nec tacet oportunā: nature distantiā. Quod negādo ter peccauit: simplex amor expiauit: ⁊ trina confessio. Angel⁹ a carcere/ petrū solvit libere: dēstinatū gladio. Umbra sanat hic lāguētes: sanat membra sanat mētes: mordos reddit impotentes: medici potētia. Petrum

symon magus odit: magum symon petrus pdit: plebem monet ⁊ custodit: a magi versutia. Hic a christo petra dicit⁹: in conflictu stat inuict⁹ licet iugis sit cōflict⁹: ⁊ grauis congressio. Dum volare mag⁹ querit/ totus ruens tot⁹ perit: quē diuina digne ferit: ⁊ condēnat vltio. Nero fremit furibūdus: nero plangit impium: nero cui⁹ egre mūd⁹: ferebat imperium. Ergo petro crux parat: a ministris scelerū: crucifigi se testatur: in hoc christus iterum. Petro sūt oues credite: clauesq̄ regni tradite: petri pceit sentētia: ligans ac solues omnia. Pastoris nostri meritis: ac prece salutifera: nos a peccati debit⁹: eēne pastor libera. Amē.

¶ Secundum Matthеum. xvi.

In illo tēpore. Venit iesus in partes cesaree philippi: et interrogabat discipulos suos dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerūt. Alij iohannem baptistam/ alij autē helyam/ alij vero hieremiam/ aut vnum ex prophetis. Dicit eis iesus. Vos autem quē me esse dicitis? Respōdens symon petrus dixit. Tu es christus filius dei viui. Respondens autem iesus/ dixit ei. Beat⁹ es symon barriona: quia caro ⁊ sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus q̄ in celis est. Et ego dico tibi qa tu es petrus ⁊ super hāc petram edificabo ecclesiam meam. Et porte inferi nō preualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni celorū. Et quodcūq̄ ligaueris super terram: erit ligatum ⁊ in celis. Et quodcunq̄ solueris super terram: erit solutum et in celis. ¶ Credo. Offr. Constitues eos principes super omnē terram: memores erunt nominis tui in omni progenie ⁊ generatione. Secreta.

Hostias domine quas nomini tuo sacrandas offerim⁹ apostolica plequatur oratio: per quam

nos expiari tribuis ⁊ defendi. P dō. Prefatio. Te domine. Cōio. Tu es petrus: ⁊ super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Postcōio.

Quos celesti domine alimento saciasti: apostolicis intercessionibus ab omni aduersitate custodi. Per dñz nrm. ¶ In commemoratione sancti pauli. Introitus.

Scio cui credidi ⁊ certus sum quia potēs est depositū meum seruare i illū diem. ℣. De reliquo reposita est mihi corona iustitie. Gloria pī. Kyrie eleyson. Gloria in er. Oco.

Deus qui multitudinem gentium beati pauli apostoli predicatione docuisti: da nobis q̄sum⁹: vt cui⁹ natalitia colim⁹: eius apud te patrocinia sentiamus. Per dñm.

¶ Marcialis epi ⁊ cōfes. me. Oco.

Laudi dñe preces nras: quas in sancti marcialis cōfessoris tui atq̄ pōtifics solēnitate deferim⁹: vt qui tibi digne meruit famulari: eius intercedētib⁹ meritis/ ab omnibus nos absoluas peccatis. P dñz.

¶ Memoria sancti iohannis: vbi. nec tñ alia memoria de apostolis.

¶ Ad Galathas. primo.

BEati appollinaris martyris tui atq; pōtificis nos domine tuere pcibus: vt cui⁹ festiuitatem annua deuotione recolim⁹: eius intercessionib⁹ ab omnib⁹ aduersitatibus liberemur. Per. Epla. Doctrinis va. In cōi fo. xij. ℟. Inueni dauid seruū meū: oleo sancto meo vnxi eū. man⁹ enim mea auxiliabit ei: ⁊ brachium meū confortabit eū. ℣. Nihil pficiet inimic⁹ in eo: et filius iniquitatis nō nocebit eū. Alla. ℣. Justus germinabit sicut lilīū: et florebit in eternū ante dñm. Euāge. Facta est contētio. In cōi fo. ij. Offr. Veritas mea et mia mea cū ipso: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secta.

MUnera dñe oblata sanctifica ⁊ intercedēte beato apollinare martyre tuo atq; pōtifice/per hec contra oia aduersa muniamur. P. Cōio. Semel iuraui in sancto meo semen ei⁹ in eternum manebit: ⁊ sedes eius sicut sol in conspectu meo/ ⁊ sicut luna perfecta in eternum et testis in celo fidelis. Postcōio.

SUmptis sacramētis quesum⁹ dñe: vt intercedente beato appollinare martyre tuo atq; pontifice/ad redemptionis eterne proficiamus augmentum. Per dñm nkm.

Christine vginis ⁊ mar. Introi.

VUltum tuum deprecabuntur oēs diuites plebis: adducentur regi vgines post eam: prime ei⁹ afferentur tibi in letitia et exultatione. ps. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opa mea regi. Glia pa. Kyrie el.

EXaudi nos de⁹ salutaris Oco. nr: vt sicut de beate christine virginis ⁊ martyris tue festiuitate gaudem⁹: ita pie deuotionis erudiamur affectu. P dñz. Epla. Qui gloriatur. In cōi fol. xj. ℟. Diffusa est gra in labiis tuis: propterea bñdixit te deus in eternū. ℣. Propter veritatem ⁊ mānsuetudinē et iustitiā: et deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. ℣. Veni electa mea ⁊ ponam te in thronū meum: quia concupiuit rex speciem tuam. Prosa. Virgines egre. In cōi fo. xij. Euāg. Simile est regnū ce. de. vgi. In cōi fo. xij. Offr. Offerēt regi virgines prime ei⁹ afferētur tibi in letitia et exultatione: adducētur in tēplū regi dño. Secta.

HAcepta tibi dñe sit sacre plebis oblatio: p tuorū honore sctōrū: quorū se meritis prepisse detribulatiōe cognoscit auriliū. P dominū nkm. Cōio. Dilexisti iustitiā et odisti iniquitatem. Postcōio.

SAtiasti dñe familiā tuā muneribus sacris ei⁹ qs interuētione nos refone: cui⁹ solēnia celebram⁹. P dn. Sancti iacobi apli. Introit.

MIhi aūt nimis honorati sūt amici tui de⁹ nimis cōfortat⁹ est principat⁹ eorū. ps. Dñe probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā ⁊ resurrectionē meā. Glia. Kyrie. Glia in. Oco.

ESto dñe plebi tue sācificator ⁊ custos: vt bti apli tui iacobi munita plidijs: ⁊ cōuersatione tibi placeat ⁊ secura deseruiat. Per do.

Christofori ⁊ cucufatis. Oratio.

PResta qs dñe vt sicut popul⁹ xpian⁹ martyrū tuorū xpofori atq; cucufatis tpali solēnitate cōgaudet: ita pfruatur eterna: ⁊ qō votis celebrat: zpzehēdat effectu. p dn.

Epla. Jam nō estis hospit. in cōi. fol. j. ℟. Constitues eos principes sup omnē terrā memores erūt nominis tui dñe. ℣. Pro patrib⁹ tuis nati sunt tibi filij: propterea populi cōfitebuntur tibi. ℍ Alleluya. ℣. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos ⁊ posui vos vt eatis ⁊ fructum afferatis: ⁊ fruct⁹ vester maneat. Prosa. Clare sanctorum. In cōmuni. fo. j.

℣ Secundum Mattheum. xx.

IN illo tpe. Accessit ad iesum mater filiorū zebedei cū filijs suis: adorans ⁊ petēs aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic vt sedeant hi duo filij mei vnus ad dexterā tuā/⁊ vnus ad sinistrā in regno tuo. Respondēs autē ihesus dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicē: quē ego bibiturus sū? Dicūt ei. Possumus. Ait illis. Calicē quidē meū bibetis: sedere autē ad dexterā meā/vel ad sinistrā non est meū dare vobis: sed quib⁹ paratū est a patre meo. Et audiētes decem/indignati sunt de duobus fratribus. Jesus autē vocauit eos ad se: ⁊ ait. Scitis quia principes gentiū dñantur eor: ⁊ qui maiores sūt potestatē exercēt in eos. Non enim ita erit inter vos. Sed quicūq; voluerit inter vos maior fieri/erit vester minister. Et qui voluerit inter vos primus esse: erit seruus vester. Sicut filius hominis non venit ministrari sed ministrare: ⁊ dare animā suā: redēptionē pro multis. Credo. Offr. Mihi autē nimis honorificati sūt amici dei: nimis confortat⁹ est principatus eorū. Secreta.

OBlationē populi tui dñe quesumus: beati apostoli tui iacobi di pallio beata cōciliet/vt que nostris nō apta sunt meritis: fiāt tibi placita eius deprecatione. Per do.

℣ Epfozi ⁊ cucufatis. Secreta.

HOstias tibi dñe ex tuōrum martyrum tuorū chfistofori atq; cucufatis commemoratiōe deferimus suppliciter obsecrantes: vt indulgentiā nobis pariter conferant et salutem. Per dñm. Prefatio. Te dñe. Cōio. Ego vos elegi de mundo vt eatis ⁊ fructū afferatis: et fruct⁹ vester maneat. Postcōio.

BEati apostoli tui iacobi cui⁹ hodie festiuitate corpore ⁊ sāguine tuo nos refecisti: qs dñe intercessione nos adiuua: pro cui⁹ solēnitate percepim⁹ tua sctā letantes. Per ð. ℣ Epfozi ⁊ cucufa. Postcō.

PRestā qs ops deus: vt sanctorum martyrū tuorū xpfozi atq; cucufatis celestib⁹ mysterijs celebrata solēnitas: indulgentiā nobis tue ppiciatiōis acquirat. Per.

℣ Anne matris marie. Introitus.

GAudeam⁹ oēs in dño/diē festū celebrātes: sub honore beate anne/de cui⁹ solēnitate gaudent angeli et collaudāt filiū dei. ℣. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opera mea regi. Gl'ia patri. Kyrie el'.

DEus qui beate anne Oto. tantā gratiā donare dignat⁹ es: vt beatissimā mariā matrē tuā in suo gloriosо vtero portare mereretur. da nobis qs per intercessionē matris ⁊ filie tue propiciationis abundantiā: vt quarū memoriā pio amore cōplectimur/earū precibus aduti/ad celestē hierusalē peruenire valeamus. Per do.

℣ Trāslatio sancti marcelli epi memo. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus: qui hunc diem nobis honorabilē in beati marcelli cōfessoris tui atq; pontificis translatione tribuisti da quesum⁹ ecclesie tue in hac celebritate leticiam: vt cuius mēbra pio amore veneratur in terris: eius intercessione subleuek in celis. Per dñm. Epla. Mulierē fortem. in cōi fol. xlij. ℟. Propter veritatē ⁊ mansuetudinē ⁊ iusticiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia ⁊ vide ⁊ inclina aurē tuam: quia cōcupiuit rex speciē tuā. ℍ Alla. ℣. Veni electa mea ⁊ ponā te in thronū meū: quia concupiuit rex speciē tuā. Prosa. Mulier laudabilis. in cōi. fo. xlvi. Quāg. Simile est regnū celorū thesauro. in cōi. fo. xlj. Nō dicetur. Credo. nisi sit do. Offr. Filie regū in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. Secreta.

SUper has qs dñe oblationes quas i honore btē anne mris btissime genitricis vnigeniti tui dñi nri cōsecram⁹: ⁊ tuā effūde bñdictionem: ⁊ per eas nobis tribue cordiū purificationē: ⁊ munerū tuorū participationē. P eunð. ℣ De sctō mar cello. Sec.

MUnera ppi tui cello. Sec. qs domie placat⁹ assume: vt beati confessoris tui marcelli intercessione: a cunctis etiam peccatorū nexibus propiciatus absolue. Per dñm. Cōio. Simile est regnū celorū homini negociatori qrēti bonas margaritas: inuēta vna pciosa margarita dedit oia sua ⁊ cōparauit eā. Sumpta sacramēta Postcō. qs dñe intercedēte beatissima anna mre gliose genitricis vnigeniti tui nos ab hostiū defendat formidine: et eterne mortis amaritudine. Per eundē. ℣ De sctō marcello. Postcō.

REpleti muneribus sacris qs ops de⁹: vt beati marcelli cōfessoris tui atq; pōtificis semp adiuuemur meritis: in cuius hec veneratione peregimus. Per dñm nostrū.

℣ In trāsfiguratione dñi. Introitus.

SEnedicta sit sancta trinitas atq; indiuisa vnitas: cōfitebimur ei/qa fecit nobiscū misericordiā suam. ℣. Benedicamus patrē ⁊ filium: cum sācto spiritu. Gloria pri. Kyrie el'. Gloria in excel. Oratio.

DEus qui hodierna die vnigenitū tuum mirabiliter transformatum celitus vtriusq; testamēti patribus reuelasti: da nobis quesumus beneplacitis tibi actibus ad eius semper contemplandam pertingere gloriam: in quo tue paternitati optime complacuisse testat⁹ es. Per eundem dominū. ℣ Lectio epistole beati petri apostoli. ij. j.

CHarissimi. Dabo operam et frequenter habere vos post obitum meum: vt horum omnium memoriam faciatis. Non enim indoctas fabulas secuti: notam fecimus vobis domini nostri iesu christi prescientiam et virtutē: sed speculatores facti estis illius magnitudinis. Accipiens enim a deo patre honorem ⁊ gloriā voce delapsa ad eum huiuscemodi a magnifica gloria. Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui: ipsum audite. Et hanc vocem nos audiuimus de celo allatam cum essemus cum ipso in monte sancto. Et habemus firmiorem prophetichum sermonem: cui benefacitis attendentes quasi lucerne lucenti in caliginoso loco donec dies elucescat. Et lucifer oriatur: in cordibus vestris. ℟. Benedictus es domine qui intueris abyssos et sedes super cherubin. ℣. Benedicite deum celi: quia fecit nobiscum misericordiam suā. ℍ Alleluya. ℣. Verbo domini celi firmati sunt: et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Prosa.

PRofitentes vnitatem/veneremur trinitatem pari reuerentia. Tres personas asserentes/personali differentes: a se differentia. Hec dicuntur relatiue/cū sint vnum substantiue: non tria principia. Siue dicas tres vel tria/sim-

plex tamen est vlya: non triplex essentia. Simplex esse simplex posse simplex velle simplex nosse: cuncta sunt simplicia. Non vnius q̄ duarum/sine trium personarū: minor efficatia. Pater proles sacrum flamen/deus vnus et hi tamen: habēt quedam propria. Una virtus vnū numen/vnus splendor vnum lumē: hoc vna quod alia. Pater proles est equalis/nec hoc tollit personalis: amborum distinctio. Patri compar filioq̄/spiritalis ab vtroq̄ procedit cōnexio. Non humana ratione/capi possunt he persone: nec harum discretio. Non hic ordo tēporalis/non hic situs aut localis: rerum circumscriptio. Nil in deo preter dēum/nulla causa preter est: qui creat causalia effectiua vel formalis/causa deus & finalis: sed nūq̄ materia. Digne loqui de personis/vim transcendit rationis: excendit ingenia. Quid sit gigni q̄d processus/me sentire sum professus sed fide non dubia. Qui sic credit ne festinet/& a via ne declinet: isoler dēter regia Seruet fidē formet mores ad errores: quos damnat ecclesia. Nos in fide gloriemur/nos in vna modulemur: fidei constantia. Trine sit laus vnitati/sit et simplex trinitati: coeterna glia. Amē.

℣ Secundum Mattheum. xvij.

In illo tempore. Assumpsit iesus petrum & iacobum: et iohannem fratrem eius: & duxit eos in montē excelsum seorsum: & transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis moyses et helyas: cum eo loquentes. Respondēs autem petrus dixit ad iesum. Domine: bonum est nos hic esse. Si vis faciamus hic tria tabernacula. Tibi vnum/moysi vnum/et helye vnum. Adhuc eo loquente: ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube dicens. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui ipsum audite. Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam: & timuerunt valde. Et accessit iesus et tetigit eos: dixitq̄ eis. Surgite nolite timere. Eleuantes autem oculos suos: neminē viderunt/nisi solum iesum. Et descēdentibus illis de mōte: precepit eis iesus dicens. Nemini dixeritis visionem donec filius hominis: a mortuis resurgat. Credo. Offr. Benedictus sit deus pater/vnigenitusq̄ dei filius: sanctus quoq̄ spirit?: q̄a fecit nobiscum misericordiā suam.

Secta. Suscipe q̄s dñe sancte pater omnipotens eterne deus: munera que pro gloriosa filij tui transfiguratione deferimus: et concede propitius: vt per hec/et a temporalibus liberemur incommodis: & gaudijs cōnectamur eternis. Per dñm nostrum iesum. Prefatio de trinitate. Qui cum vnigenito. Cōmunio. Benedicimus deum celi et coram omnibus viuentibus confitebimur ei: quia fecit nobiscum misericordiam suam. Postcōio.

Deus qui hunc diem incarnati verbi tui transfiguratione/tuoq̄ ad eum missa paternitatis voce consecrasti: tribue quesumus vt diuinis pasti alimonijs: in eius mereamur membra transferri: qui hoc in sui memoriā fieri precepit. Qui tecum viuit.

℣ Samplonis epi & confessoris. Introitus.



Statuit ei dñs testamentū pacis: & principem fecit eū vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. ps. Misericordias domini in eternū cātabo. Gloria patri & filio. Kyrie eleyson. Gloria in excelsis. Oratio.

Exaudi dñe preces nras: quas in sancti samplonis & confessoris tui atq̄ pontificis solēnitate deferimus vt qui tibi digne meruit famulari: eius intercedentib⁹ meritis/ab oibus nos absoluas peccatis. P̄ dñ.

℣ Sāthaleonis marty. mēo. Oro.

Presta quesumus omnipotēs deus: vt qui beati panthaleonis martyris tui natalicia colimus intercessione eius in tui nominis amore roborem⁹. Per dominum. Epla. Ecce sacerdos. in cōi. fo. lxxix. ℟. Jurauit dominus & non penitebit eum: tu es sacerdos in eternū secundū ordinē melchisedech. ℣. Dixit dñs domino meo: sede a dextris meis. Alia. ℟. Inueni dauid seruū meum: oleo sancto meo vnxi eum. Prosa Superne matris. in cōmuni. fo. lxxiiij. Euangelij. Homo quidam peregre. in cōi. fo. x. Offr. Veritas mea & mia mea cū ipso & i noie meo exaltabitur cornu eius. Secre.

Propitiare dñe supplicationibus nostris: & intercedēte pro nobis sancto sāplone cōfessore tuo atq̄ pontifice/his sacramentis celestibus seruientes: ab omni culpa liberos esse concede: vt purificāte nos tua gratia: hisdem quibus famulamur mysterijs emūdemur. Per do.

℣ De sancto panthaleone. Secta.

Muneribus nostris quesumus domine precibusq̄ suscipt⁹: et celestibus nos munda mysterijs: et clementer exaudi. Per dñm no. Cōmunio. Beatus seruus quē cum venerit dominus inuenerit vigilantem: amen dico vobis super omnia bona sua constituet eum. Postcōio.

Tanobis domine tua sacrificia dent salutem: beatus samplon confessor tuus atq̄ pontifex/quesum⁹ precator accedat. Per do.

℣ De sancto pāthaleone. Postcō.

Da quesumus domine deus noster: vt sicut cōmemoratione martyris tui panthaleonis temporali gratulamur officio: ita perpetuo letemur aspectu. Per dominū.

℣ Sulianī confessoris. Introitus.



Iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipsius. ps. Noli emulari in malignātibus: neq̄ zelaueris facientes iniquitatē. Glia ps. Kyrie eleyson. Oratio.

Da quesumus omnipotens deus: vt beati sulianī confessoris tui veneranda solēnitas: et deuotionē nob⁹ augeat & salutē. P̄ dñ.

℣ Felicis/simplicij/faustini/& beatricis marty. mēo. Oratio.

Infirmitatē nostram respice op̄s de⁹: & quia pōdus pprie actiōis grauat: beati felicis martyris tui atq̄ pōtificis intercessio gloriosa nos pregat. Alle due oratiōes dicuntur ad vnū Per dñm. Oratio.

Presta q̄s dñe vt sicut popul⁹ christian⁹ martyrū tuoq̄ simplicij/faustini/& beatricis tēporali solēnitate congaudet: ita pfruatur eterna: & qō votis celebrat/cōprehendat effectu. P̄ dñ. Epla. Justū deduxit. in cōi. fo. lx. ℟. Os iusti meditabitur sapiētiā: & lingua eius loquet iudiciū. ℣. Lex dei ei⁹ in corde ipsi⁹ & nō supplātabunt gressus ei⁹. Alia ℣. Just⁹ germinabit sicut lilium: & florebit in eternū ante dñm. Prosa. Mūdi etate. fo. x. Euā. Sunt lūbi. fo. xj. Offr. Inueni dauid seruū meū: & in oleo sctō vnxi eū man⁹ mea auxiliabit ei & brachiū meū corroborabit eū

Hostias tibi dñe Secreta. p cōmemoratiōe sci sulianī cōfessoris tui offerim⁹/supplices deprecātes: vt sicut illi pbuisti sacrā fidei claritatē: sic nobis indulgētiam largiaris & pacem. Per dominum.

℣ De sancto felice. Secreta.

Accepta sit in cõspectu tuo domine nostra deuotio: et eius nobis fiat supplicatione salutaris: pro cuius solemnitate defertur.

¶ De martyribus. Secreta.

Hostias tibi dñe pro sanctorũ martyrum tuorum simplicij / faustini / & beatricis celestibus mysterijs celebrata solẽnitas: indulgẽtiam nobis tue propitiationis acquirat. Per dñm no.

¶ Guillermi epi & confes. Introit.



Tatuit ei dñs testamentũ pacis: & principem fecit eũ vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. ℣. Misericordias dñi in eternum cãtabo. Gloria pri. Kyrie eleyson. Oratio.

Gaudi dñe preces nras quas in sancti guillermi cõfessoris tui atq; pontificis solẽnitate deferimus vt qui tibi digne meruit famulari: eius intercedentib⁹ meritis / ab omnib⁹ nos absoluas pctis. Per dñ.

¶ Abdon & sennes memo. Oratio.

Deus q̃ sanctis tuis abdon et sennes ad hãc gloriã venientibus copiosum mun⁹ gratie cõtulisti: da famulis tuis tuorũ ventam peccatorũ: vt sanctorũ tuorũ intercedentibus meritis: ab oĩbus mereamur aduersitatib⁹ liberari. ℣ do. Epla. Ecce sacerdos. in cõi fo. ir. ℣. Inueni dauid seruũ meũ: oleo sancto meo vnxi eũ: man⁹ enim mea auxiliabis ei & brachiũ meũ confortabit eũ. ℣. Nihil pficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis nõ nocebit ei. Alla. ℣. Posui adiutorium super potẽtem: et exaltaui electum de plebe mea. Prosa. Supne matris in cõi fo. vii. Euãge. Vigilate quia nescitis. In cõi fo. r. Offr. Veritas mea & misericordia mea cũ ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Propitiare domine supplicationibus nostris: & intercedente pro nobis sancto guillermo confessore tuo atq; pontifice: his celestibus sacramẽtis seruientes / ab omni culpa liberos esse cõcede: vt purificante nos tua gratia hisdem quibus famulamur mysterijs emundemur. Per dñm nrm iesum christũ.

¶ Abdon & sennes. Secreta.

Hec hostia quesumus domine quam in sanctorum tuorum natalitijs recensentes offerimus: et vincula nostre prauitatis absoluat & tue nobis misericordie dona conciliet. Per dñm nrm iesum christũ.

Cõio. Beatus seruus quem cum venerit dom⁹ inuenerit vigilãtem: amen dico vobis super omnia bona sua constituet eum. Postcõio.

Tua nobis domine tua sacrificia dent salutem beat⁹ guillermus confessor tuus atq; põtifex quesumus ꝓcator accedat. Per do.

¶ Abdon & sennes. Postcõio.

Per huius domine operationem mysterij et vitia nostra purgentur: & intercedentibus sanctis tuis / iusta desideria compleantur. Per dñm nrm iesum christum.

¶ Sancti germani episcopi antisiodorensis. Introitus.



Tatuit ei dñs testamentũ pacis: & principem fecit eũ vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. ℣. Misericordias dñi in eternum cãtabo. Gloria pri. Kyrie el. Gloria in ex. Oratio.

Presta ꝗs omps deus: vt beatissimi germani cõfessoris tui atq; pontificis / cuius exempla miramur & colimus: & si equari factis eius non possum⁹: saltem vestigia sequi & vitã nobis cõtingat imitari. Per ꝛ. Epla. Ecce sacerdos. in cõi fo. ir. ℣. Ecce sacerdos magnus qui in diebꝰ suis placuit deo. ℣. Non est inuẽtus similis illi qui conseruaret legem excelsi. Alla. ℣. Posui adiutorium super potentem: & exaltaui electum de plebe mea. Prosa.


Representet ecclesia de germani victoria. Per nostra mysteria: christo regi solennia. Celictis mundi gaudijs vrore tam & predijs christũ solũ desiderat: quẽ cũctis prepoluerat. Armatus armis fidei templũ repente fit dei. Votis cunctorum petitur: tract⁹ presul efficitur. Ex tũc pbul fit artus: nam panis ordeaceus. Semel in die sumitur: & aqua sitis pellitur. Predura vestis conterit: mollẽ carnem & operit. Cunis prebet & lectulum: tenet cum sopor oculũ. Charitatis alis binis: volans sursum cum diuinis. Mente manet spretis spinis: vite stantis in ruinis. Multus his pugnaculis: multis fulget miraculis. Egros sanat oraculis: reddit & lumen oculis. Claudos lepram limphaticos curat & paraliticos. Hinc respõdent ppere: leti potiti funere. Huius virga iam arida / fira terre fit florida / creuit ramis sublimib⁹: oius testis virtutibus. Hic dat defunctos viuere: muro ruenti sistere. Mare quietem ducere: et flamina non furere. Angliam bis perfidia: purgauit a pelagia. Mutis reddit eloquia: verbo frangens incendia. Italiam dñ peteret: & se mori conspiceret / poscit vt corp⁹ redeat: vbi presul extiterat. Tempus prelens dilsparuit: vita perennis claruit. Nam in celesti solio: letus potitur gaudio. Viuens mira multa fecit: sed post mortẽ plus peregit. Facit fecit tũc et modo: qui miracõdo virit modo. Cuius placat⁹ precib⁹: christus peccatis oĩb⁹. Purgatos nos clemẽtia dignos reddat & gra Amẽ. Euãgel. Homo qdã peregre. in cõi fol. r. Offr. Veritas mea & misericordia mea cũ ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Sacrificium dñe laudis offerimus ꝓ celebritate sancti germani pontificis: vt propitiationem tuam quã nostris meritis nõ meremur / pijs suffragatorijs intercessionibus assequamur. Per dñm nrm.

Cõio. Beatus seruus quem cum venerit dom⁹ inuenerit vigilãtem: amen dico vobis super omnia bona sua constituet eum. Postcõio.

Tua dñe deus noster sancta sumentes quesum⁹ vt beati germani confessoris tui atq; pontificis nos faueãt cõtinuata plũdia. ℣ do.

¶ Petri ad vincula. Introitus.



Nunc scio vere: quia misit dñs angelum suũ & eripuit me de manu herodis / & de omni expectatione plebis iudeorũ. ℣. Et petrus ad se reuersus dixit. Gloria patri. Kyrie el. Gloria in excelsis deo. Oratio.

Deus qui beatũ petrũ aplm a vinculis absolutum: illesum abire fecisti: nostrorũ quesum⁹ absolue vincula delictorũ: & oia mala

a nobis propiciatus exclude. ℙ do.

℣ Machabeorū martyrū. Oratio.

HAterna nos dñe martyrum tuorum corona letificet que et fidei nostre prebeat incitamenta virtutum/et multiplici nos suffragio consoletur. Per dñm nostrum.

℣ Eusebij epi ⁊ martyris. Oratio.

Firmitatē nostram respice omnipotēs de⁹: ⁊ quia pōdus propzie actionis granat: beati eusebij martyris tui atq; pontificis/intercessio glozioſa nos ꝓtegat. ℙ ō.

℣ Fides spes charitatis et sapientie.

Xaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beatarum virginū martyrūq; tuarum fidei/spei/charitatis/et sapientie/festiuitate gaudemus: ita pie deuotionis eruditamur affectu. Per dñm. Oco.

℣ Lectio actuū apostolorum. xij.

IN dieb⁹ illis. Misit herodes rex man⁹: vt affligeret quosdā de ecclesia. Occidit autē iacobū fratrē iohānis gladio. Videſ autē quia placeret iudeis: apposuit apprehēdere ⁊ petrū. Erāt aūt dies azimorū. Quē cū apprehēdisset/misit in carcerē: tradēſq; quatuor quaternionib⁹ militū ad custodiēdū volēs post pascha ꝓducere eū populo Et petr⁹ quidē seruabatur in carcere oratio aūt fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deū pro eo. Cū aūt ē ꝓductur⁹ eū esset herodes: in ipsa nocte erat petrus dormiēs inter duos milites: victus cathenis duabus/et custodes ante ostium custodiebant carcerē. Et ecce angel⁹ dñi astitit et lumen refulsit in habitaculo/percussoq; latere petri: excitauit eum dicens. Surge velociter. Et ceciderunt cathene: de manibus ei⁹. Dixit autē angelus ad eum. Precingere: ⁊ calcia te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi. Circūda tibi vestimentum tuum: ⁊ sequere me. Et exiens sequebatur eum: ⁊ nesciebat quia verū est/quod fiebat ꝙ angelū Existimabat autē se visum videre. Transeūtes autē primā ⁊ secundā custodiā: venerūt ad portā ferream que ducit ad ciuitatē: q̄ vltro aperta est eis. Et exeūtes ꝓcesserūt vicū vnū. Et continuo discessit angelus ab eo. Et petrus ad se reuersus dixit. Nunc scio vere/quia misit dñs angelum suū: et eripuit me de manu herodis: ⁊ de omni expectatione plebis iudeorū. ℟. Constitues eos ꝓncipes sup oēm terrā: memores erūt nois tui dñe. ℣. Pro pīb⁹ tuis nati sūt tibi filij: ꝓpterea populi cōfitebunt tibi. Alla. ℣. Solue iubēte deo terrarū petre cathenas q̄ facis vt pateāt celestia regna beatis.

℣ Prosa. Clare sanctorū. in cōi. ko. j.

℣ Secundum Matthеum. xvj.

IN illo tēpore. Venit iesus in partes cesaree philippi: et interrogabat discipulos suos dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerūt. Alij iohannem baptistam/alij autē helyam/alij vero hieremiam/aut vnum ex prophetis. Dicit eis iesus. Vos autem quē me esse dicitis? Respōdens symon petrus dixit. Tu es christus filius dei viui. Respondens autem iesus/dixit ei. Beat⁹ es symon barriona: quia caro ⁊ sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus q̄ in celis est. Et ego dico tibi ꝙa tu es petrus ⁊ super hāc petram edificabo ecclesiam meam. Et porte inferi nō prevalebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni celorū. Et quodcūq; ligaueris super terram: erit ligatum ⁊ in celis. Et quodcunq; solueris super terram: erit solutum et in celis. ℟ credo. Offr. Constitues eos ꝓncipes super omnē terram: memores erunt nominis tui in omni progenie ⁊ generatione. Secreta.

OBlatū tibi dñe sacrificiū viuificet nos semp ⁊ muniat. ℙ ō.

℣ De machabeis. Secreta.

OBtima mysteria tua dñe: pro sanctorū martyrū tuorū meritis deuota mente tractemus: quibus intercedentibus nobis quesumus ⁊ presidiū crescat ⁊ gaudium. Per ō. ℣ De sancto eusebio. Secre.

HOstias tibi dñe martyris tui atq; pōtificis eusebij dicatas meritis benignus assume: ⁊ ad perpetuū nobis tribue prouenire subsidiū. Per ō. ℣ De virginib⁹. Secō.

ACcepta tibi dñe sit sacre plebis oblatio/pro tuorū honore sanctorū: quorū se meritis perceperit/de tribulatione cognoscit auxilium. Per dñm. Prefatio. Te domine. Cōio. Tu es petr⁹ ⁊ sup hanc petram edificabo ecclesiam meam.

QUoris sacri ⁊ pretiosi sanguinis repleti libamine: quesum⁹ dñe deus noster: vt quod pia deuotione gerimus: certa redemptione capiamus. Per dñm. Postcōio.

℣ De machabeis.

QUesta q̄s omnipotēs deus: vt quorū memoriā sacramenti participatione recolim⁹: fidē quoq; proficiendo sectemur. Per dñm.

℣ De sancto eusebio. Postcōio.

BEfecti participatione muneris sacri q̄s dñe deus noster: vt cuius exequimur cultū sentiamus effectū. ℙ do. ℣ De vginib⁹. Postcō

SAciasti dñe familiā tuā munerib⁹ sacris earū quesumus interuētione nos refoue: quarū solēnia celebram⁹. Per dñm. ℣ Stephani pape ⁊ martyris. Introitus.

IUstus non cōturbabitur/quia dñs firmat manū eius: tota die miseretur et cōmodat/et semen eius in benedictione erit/et in eternū conseruabitur. ℣. Noli emulari in malignātib⁹: neq; zelaueris faciētes iūstatē. Gl'ia pa. Kyrie el'. Oco.

DEus qui nos beati stephani martyris tui atq; pontificis annua solēnitate letificas: concede ꝓpti⁹: vt cui⁹ natalicia colim⁹: de eiusdē etiā protectione gaudeam⁹. Per dñm. Epla. Justus cor suū. In cōi. ko. iij. ℣. Justus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur in domo dñi. ℣. Ad annunciādū mane miam tuā: et veritatem tuam per noctem. Alla. ℣. Posuisti dñe sup caput ei⁹ coronā de lapide precioso. ℣ Secundum Lucam. xix.

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis: parabolā hāc. Homo quidā nobilis abijt in regionē longinquā accipere sibi regnū ⁊ reuerti. Vocatis aūt decē seruis suis/dedit eis decē mnas. Et ait ad illos. Negociamini dū venio. Cives aūt ei⁹ oderāt eū: ⁊ miserunt legationē post illū dicētes. Nolum⁹ hunc regnare sup nos. Et factū est vt rediret accepto regno: iussit vocari seruosquibus dedit pecuniā/vt sciret ꝙtū quisq; negociatus esset. Venit aūtē primus dicens. Dñe: mna tua decem mnas acquisiuit. Et ait illi. Euge bone serue: ꝙa in modico fuisti fidelis: eris potestatē habens supra decē ciuitates. Et alter venit dicēs. Dñe: mna tua fecit quinq; mnas Et huic ait. Et tu esto/sup quinq; ciuitates. Et tertius venit dicens. Dñe: ecce mna tua/quā habui repositā in sudario. Timui eā te: ꝙa homo auster⁹ es: tollis qō nō posuisti ⁊ metis qō nō seminasti. Dixit ei. De ore tuo te iudico/serue neq;. Sciebas ꝙ ego hō auster⁹ sū/tollens qō nō posui/⁊ metēs qō nō seminaui. Et quare nō dedisti pecuniā meā ad mēsā: vt ego veniēs cū vsuris vtiq; exegissē illud. Et astātib⁹ dixit. Auferte ab illo mnā: ⁊ date illi q̄ decē mnas habet. Et dixēt illi. Dñe: habet decē mnas. Dico aūt vob⁹ ꝙa oi

habenti dabitur ⁊ abũdabit. Ab eo autem qui nõ habet / ⁊ quod habet auferetur ab eo. Ofty. Inueni dauid seruũ meũ: oleo sancto vnxi eũ. man⁹ enim mea auxiliabit eĩ: ⁊ brachium meũ cõfortabit eũ. Secreta.

MUnera tibi dñe dicata sanctifica: ⁊ intercedente beato stephano martyre tuo atq; pontifice: per eadẽ nos placat⁹ intende. ℣ do. Cõio. Dñe quinq; talẽta tradidisti mihi: ecce alia ĩq; suplucrat⁹ sum. euge serue bone ⁊ fidelis: qa ĩ pauca fuisti fidelis / supra multa te cõstituam: intra ĩ gaudiũ dñi tui. Postcõ.

HEc nos cõio dñe purget a crimine: ⁊ intercedẽte beato stephano martyre tuo atq; pontifice: celestis remedij faciat esse consortes. ℣ per dñm no. ℭ In inuentione sancti stephani. Introitus.

GAudeam⁹ omnes in dño diem festũ celebrantes sub honore sanctorũ corporum / de quorũ inuẽtione gaudent angeli / et collaudant filiũ dei. ps. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. Gloria patri. Kyrie eleyson. Gloria in excel. Oratio.

DEus qui es sanctorũ tuorum splendor mirabilis: quiq; hodierna die beati stephani ꝓthomartyris: ⁊ sanctorũ nichodemi / gamalielis / atq; abibon / inuẽtionem gloriosam reuelasti: da nobis quesum⁹ in eterna letitia: de eorum societate gaudere. ℣ per dñm. Epla. Expectatio iustorũ. in cõi fo. vij. K. Timete dñm oẽs sancti eĩ⁹: qm̃ nihil deest timẽtibus eũ. ℟. Inquirẽtes aũt dñm non deficient omni bono. Alla. ℟. Judicabũt sancti natiões ⁊ dominabuntur populis: et regnabit eorum rex in eternum. Ꝓsa.

MAgnus dñs in vniuersa terra / magna sunt ei⁹ vbiq; omnia

in celo atq; in terra opera. Qui est rex regum dñs omnium / a patre genitus ante secula. Cuius charitas vera celo subleuat stephanũ a terra Atq; perenni iura ornat candida dignanter corona. Plenus etenim stephanus deitate atq; gratia. Magna dabat ꝓdigia docẽs verissima dogmata. Dum autem predicaret iam presentia nostre redemptionis vera gaudia. Intẽtio in superna / celi patet ianua. Dirit⁹ circũstãti plebi voce publica / sacra plen⁹ gratia. Ecce video dei admirabilẽ gloriam. Atq; iesum stãtem in virtutis dei dextera charitate fulgida. Cum hoc audissent impia gens iudaica. Dans fremitũ conata cassat lapidib⁹ stephani membra. Et stat fortiter patiens martyr ⁊ orat / ne his christe norã statuas: sed iam suscipe animã meam. Et cum hoc dixisset / obdormiuit in domino / pace eterna. Tu et nobis martyr o stephane / sempiterna impetra gaudia. Amen. Euãgel. Simile est regnum celorũ the. in cõi fo. xij. Ofty. Mirabilis de⁹ in sanctis suis deus israel: ipse dabit virtutẽ ⁊ fortitudinem plebi sue benedict⁹ de⁹. Secta.

MUnera tibi dñe nre deuotiõis offerim⁹: que et ꝓ tuorũ tibi grata sint honore sctõrũ: ⁊ nobis salutaria te miserãte reddãtur. ℣ do. Cõio. Gaudete iusti in dño alla: rectos decet collaudatio alla. Postcõ.

SUmpsim⁹ dñe sãctorũ tuorũ stephani / nichodemi / gamalielis / atq; abibon solẽnia venerantes sacramenta celestia: presta quesumus: vt quod tẽporaliter gerim⁹ eternis gaudijs cõsequamur. ℣ do. ℭ Marthe virginis. Introitus.

VUltum tuum deprecabuntur oẽs diutes plebis: adducẽtur regi virgines post eam: proxime ei⁹ afferẽtur tibi in leti-

tia ⁊ exultatione. ps. Eructauit cor meum verbũ bonum: dico ego opera mea regi. Gloria ꝑi. Kyrie el̃. Oco.

OMnipotens sempiterne deus: cuius filius in ede beate marthe hospitari dignat⁹ est ꝙs: vt ei⁹ meritis que illũ placide suscepit / in edẽ polorũ misericorditer hospitari mereamur. Per eundẽ. Epla Dñe de⁹ meus. in cõi. fo. xj. ℟. Iudi filia ⁊ vide ⁊ inclina aurẽ tuã: quia cõcupiuit rex speciẽ tuã. ℟. Specie tua ⁊ pulchritudine tua: intẽde prospere procede et regna, Alla. ℟. Hec est virgo sapiens / quã dñs vigilantẽ inuenit. Ꝓsa Virgines egregie. in cõmum. fo. xij. Euãge. Simile est regnũ celorũ decẽ virgi. in cõi. fo. xij. Ofty Diffusa est grã in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum / ⁊ in seculũ seculi. Secreta.

HOstias tibi dñe beate marthe virginis dicatas meritis benignus assume: ⁊ ad perpetuũ nobis tribue prouenire subsidiũ. Per do. Cõio Simile est regnũ celorũ homini negotiatori querenti bonas margaretas: inuenta vna preciosa margareta / dedit omnia sua ⁊ comparauit eam. Postcõmunio.

ADiuuent nos quesumus dñe ⁊ hec mysteria sancta que sũpsimus: ⁊ beate marthe intercessio venerãda. Per dñm nostrũ iesum. ℭ Dñici confessoris. Introitus.



SI iusti meditabitur sapientiam: ⁊ lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipsius. ps. Noli emulari in malignantib⁹: neq; zelaueris facientes iniquitatem. Gloria patri. Kyrie eleyson. Oratio.

DA ꝙs omps deus: vt beati dominici confessoris tui veneranda solẽnitas: ⁊ deuotionẽ nobis augeat et salutẽ. ℣ dñm nostrum.

C pontij martyris memor. Oratio.

PResta ꝙs omps deus: vt qui beati pontij martyristui natalicia colimus: intercessione eius in tui nois amore roborem⁹. ℣ dñm. C Menuij cõfessoris memoria. Oratio.

GAudi dñe pres nostras quas in sancti menuij confessoris tui atq; pontificis solẽnitate deferimus vt qui tibi digne meruit famulari: ei⁹ intercedẽtib⁹ meritis / ab oibus nos absoluas peccatis. ℣ per dñm. Epla. Dedit dñs. in cõi. fo. ix. ℟. Os iusti meditabitur sapientiã: ⁊ lingua ei⁹ loquetur iudiciũ. ℟. Lex dei eius in corde ipsius: et non supplantabuntur gressus ei⁹: Alla. ℟. Justus germinabit sicut liliũ: et florebit in eternũ ante dñm. Ꝓsa. Mũdi etate. fo. x. Euãgel. Videte vigilate. in cõi fo. x. Ofty. Desiderũ aĩe ei⁹ tribuisti ei dñe: et voluntate labiorum eius non fraudasti eum posuisti in capite ei⁹ coronã de lapide pretiolo. Secreta.

HOstias tibi dñe pro cõmemoratione sancti dñici cõfessoris tui offerimus suppliciter deprecantes: vt sicut illi prebuisti sacrã fidei claritatẽ: sic nobis indulgentiã largiaris et pacem. ℣ per dñm nostrũ. C De sancto yonio. Secreta.

MUneribus nostris ꝙs domine precibusq; susceptis ⁊ celestibus nos munda mysterijs / ⁊ clemẽter exaudi. ℣ per dñm nostrum iesũ. C De sancto mennio. Secreta.

QUopitiare dñe supplicationibus nostris: ⁊ intercedẽte pro nobis sancto mennio cõfessore tuo atq; pontifice his sacramentis celestibus seruientes / ab omni culpa liberos esse cõcede: vt purificãte nos tua gratia hildẽ quib⁹ famulamur mysterijs emundemur. ℣ per dñm. Cõio. Fidelis seru⁹ ⁊ prudẽs quem cõstituit dñs sup familiã suã vt det illi in tpe tritici mẽsurã. Postcõio.

PReſta ꝗs oꝺs deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes: beneficia potiora ſumamus. Per dñm noſtrum ieſum.

℣De ſancto ponio. Poſtcõio.

DA ꝗs dñe deus noſter: vt ſicut cõmemoratiõe martyris tui ponij tẽporali gratulamur officio ita ꝑpetuo letemur aſpectu. ℣ do.

℣De ſancto meunio. Poſtcõio.

QUT nobis domine tua ſacrificia dent ſalutem: beatus mẽnius confeſſor tuus atq; pontifex/ queſum⁹ p̃recatoꝝ accedat. Per do.

℣Nota q̃ in feſto beati ſixti cõſuenit eccleſia p̃mo celebrare de nouis fructib⁹ ſiue racemis/ſi inueniri poſſint: ⁊ ſi non deinceps p̃ma die qua inueniri poterũt. ℣Sequit bñdictio nouoꝝ fructuũ. Oratio.

BEnedic dñe hos fructus nouos quos tu domine per rorẽ celi ⁊ inundantiã pluuiarum ⁊ tẽpora ſerena atq; tranquilla ad maturitatem perducere dignatus es: ad percipiẽdũ nobis cũ gratiarum actione: in nomine domini noſtri ieſu chriſti. Qui tecũ. ℣Tunc aſpergatur aqua benedicta ⁊ accipiatur vnũ granũ vel tria: ⁊ cõp̃imantur infra calicẽ cũ vino ⁊ aqua vt moris eſt. ℣Sixti pape ⁊ mar. Intro.

SAcerdotes tui dñe iuduãt iuſtitiã/ ⁊ ſancti tui exultent: p̃opter dauid ſeruum tuũ non auertas faciem chriſti tui. ℣s. Memẽto dñe dauid et omnis manſuetudinis eius. Gloria patri. Kyrie eleyſon. Oratio.

DEus qui cõſpicis ꝙa ex nulla noſtra virtute ſubſiſtim⁹ cõcede p̃opitius: vt intercellione beati ſixti martyris tui atq; põtificis cõtra oia aduerſa muniamur. ℣ dñm noſtrũ ieſum chriſtũ. ℣Feliciſſimi ⁊ agapiti marty. memo. Oratio.

DEus qui nos cõcedis ſãctoꝝ martyrum tuoꝝ felicilſimi ⁊ agapiti natalicia colere: da nobis i eterna beatitudine/de eoꝝ ſocietate gaudere. Per do. Epla. Justus coꝝ ſuũ. in cõi fo. iiij. ℟. Sacerdotes eius induãt ſalutari: ⁊ ſcti ei⁹ exultatione exultabũt. ℣. Illuc p̃ducam coꝛnu dauid: paui lucernã xp̃o meo. Alla. ℣. Poſuiſti dñe ſuper caput ei⁹: coꝛonã de lapide p̃ciolo. Euãg. Ecce ego mit. in cõi. fo. ij. Offr. Inueni dauid ſeruũ meũ: ⁊ in oleo ſcto vnxi eũ man⁹ mea auxiliabit ei ⁊ bꝛachiũ meũ xp̃oꝛtabit eũ. Secre.

SAcrificijs p̃ſentibus dñe ꝗs intẽde placat⁹: vt ⁊ deuotioni noſtre p̃ficiãt ⁊ ſaluti. ℣ do. ℣De ſctis felicilſimo ⁊ agapito. Secreta

MUnera tibi dñe noſtre deuotiõis offerim⁹: que ⁊ ꝑ tuoꝝ tibi grata ſint honoꝛe ſãctoꝝ: ⁊ nobis ſalutaria te miſerante reddãtur ℣ do. Cõio. Fidelis ſeru⁹ ⁊ p̃udẽs quẽ cõſtituit dñs ſup familiã ſuã vt det illi i tpe tritici mẽſurã. Poſtcõ.

PReſta ꝗs domine deus noſter vt cuius nobis feſtiuitate vota ſunt ſacramenta ei⁹ nobis ſalutaria intercelliõe reddãtur. Per dñm noſtrum. ℣De ſanctis felicilſimo ⁊ a agapito. Poſtcõio.

PReſta nobis queſumus domine intercedentib⁹ ſanctis tuis felicilſimo ⁊ agapito: vt que oꝛe contigimus/pura mẽte capiamus. ℣ do. ℣Donati epi ⁊ mar. Introi.

Etabitur iuſtus in dño ⁊ ſperabit in eo ⁊ laudabuntur oẽs recti coꝛde. ℣s. Exaudi de⁹ oꝛationem meã cũ deꝛeꝛoꝛ: a timoꝛe inimici eripe animam meam. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpi. Kyrie eleyſon. Oratio.

DEus qui es ſanctoꝝ tuoꝝm gloria ſacerdotũ: p̃ſta que-

Etabitur iuſtus in dño ⁊ ſperabit i eo: ⁊ laudabuntur oẽs recti coꝛde. ℣s. Exaudi de⁹ oꝛationem meã cũ deꝛeꝛoꝛ: a timoꝛe inimici eripe animam meam. Gloria patri. Kyrie eleyſon. Gloria in excel. Oratio.

PReſta ꝗs omn̄s deus: vt qui beati iuſtini martyris tui natalicia colim⁹: a cunctis malis imminentibus/eius intercellionibus liberemur. Per dñm. ℣Ciriaci/largi/et ſmaragdi marty. Oratio.

DEus q̃ nos annua ſcto⁹ martyrum tuoꝝ ciriaci/largi/et ſmaragdi ſolẽnitate letificas: cõcede p̃opitius: vt quoꝝ natalicia colimus: virtutẽ quoq; paſſiõis imitemur. Per do. Epla. Beat⁹ vir q̃ inuẽ. in cõi. fo. iiij. ℟. Poſuiſti dñe ſup caput ei⁹ coꝛonã de lapide p̃ciolo. ℣. Deſideriũ aĩe ei⁹ tribuiſti ei: ⁊ volũtate labioꝝ ei⁹ nõ fraudaſti eũ. Alla. ℣. Letabitur iuſt⁹ in dño ⁊ ſperabit in eo ⁊ laudabũtur oẽs recti coꝛde. Pꝛoſa. Supne ma. in cõi. fo. iiij. Euã. Nſi granũ frumẽti. in cõi. fo. iiij. Offr. Poſuiſti dñe in capite ei⁹ coꝛonã de lapide p̃ciolo: vitã petiit a te ⁊ tribuiſti ei alla. Sec.

MUnerib⁹ noſtris q̃s dñe p̃recibuſq; ſuſceptis ⁊ celeſtib⁹ nos mũda myſterijs: et clementer exaudi. Per do. ℣De martyꝛib⁹. Secre.

ACcepta ſit in cõſpectu tuo dñe mune nra deuotio ⁊ coꝛ nobis fiat ſupplicatione ſalutaris: ꝙ quoꝝ ſolẽnitate defertur. Per do. Cõio. Magna eſt gloꝛia eius in ſalutari tuo: gloꝛiã ⁊ magnũ decoꝛẽ impones ſup eũ dñe. Poſtcõio.

DA ꝗs dñe deus noſter: vt ſicut cõmemoꝛatione martyris tui iuſtini tẽporali gratulamur officio ita ꝑpetuo letemur aſpectu. Per d.

℣De martyꝛibus. Poſtcõio.

BEfecti participatione muneris ſacri ꝗs dñe deus noſter: vt quoꝝ exequimur cultum: ſentiamus effectum. Per dñm noſtrum.

℣In vigilia ſancti laurẽtij. Offr.

DIſperſit dedit pauperib⁹ iuſtitia eius manet in ſeculũ ſeculi/coꝛnu ei⁹ exaltabit in gloꝛia. ℣s. Beatus vir qui timet dñm in mãdat⁹ ei⁹ volet nimis. Glia pa. Kyrie el.

ADeſto dñe ſupplicatiõibus nr̄is ⁊ intercelliõe beati laurẽtij martyris tui ꝑpetuã nobis miam tuã benign⁹ impende. Per d.

℣Romani martyris mẽo. Oro.

LEtetur eccleſia tua de⁹ beati romani martyris tui conſila

suffragijs: atq; eius precib⁹ glorioſis ⁊ deuota permaneat/et ſecura conſiſtat. Per dñm nr̄m. ℂ Lectio libri ſapientie. Eccliaſtici.li.

Confitebor tibi dñe rex ⁊ collaudabo deū ſaluatorē meū. Confitebor nomini tuo: quoniā adiutor ⁊ protector fact⁹ es mihi: ⁊ liberaſti corpus meum a perditione. A laqueo lingue inique/et a labijs operātium mēdacium. Et in cōſpectu perſequētium fact⁹ es mihi adiutor: ⁊ liberaſti me ſecūdū multitudinem miſericordie nominis tui. A rugientib⁹ preparatis ad eſcam: ⁊ de manib⁹ querētium aiam meā: ⁊ de multis tribulationib⁹ que circūdederūt me. A preſſura flāme que circūdedit me: ⁊ in medio ignis non ſum eſtuat⁹. De altitudine ventris inferi: ⁊ a lingua coinquinata: et a verbo mēdacij. A rege iniquo: ⁊ lingua iniuſta liberaſti me. Laudabit vlq; ad mortē anima mea dñm: qñ eruis ſuſtinentes te. Et liberas eos de manu anguſtie: dñe deus noſter. ℣. Diſperſit dedit pauperib⁹: iuſtitia ei⁹ manet in ſeculū ſeculi. ℟. Potens in terra erit ſemen ei⁹: generatio rectorū benedicetur. In dñica. Alla. ℟. Letabit iuſt⁹ in dño ⁊ ſperabit in eo: ⁊ laudabuntur oēs recti corde. Euāgel. Si quis vult. In cōfeſſo.tiū. Oſſ. Oratio mea mūda eſt/ ⁊ ideo peto vt detur loc⁹ voci mee in celo: quia ibi eſt iudex meus/ ⁊ conſcius meus in excelſo: alcēdat ad dominum deprecatio mea. Secreta.

Hoſtias dñe quas tibi offerim⁹ propitius ſuſcipe ⁊ intercedēte beato laurētio martyre tuo vincula peccatorū noſtrorū abſolue. ℣ do. ℂ De ſancto Romano.

Suſcipe munera queſum⁹ domine que in eius ſolēnitate tibi deferimus cui⁹ nos confidimus patrocinio liberari. Per dñm nr̄m. Cōio. Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum ⁊ tollat crucem ſuam ⁊ ſequatur me. Poſtcōio.

Adiuua nos deus ſalutaris noſter: vt ſicut beati laurentij martyris tui cōmemoratione tēporali gratulamur officio: ita ppetua letemur aſpectu. ℣. ℂ De ſancto Romano. Poſtcōio.

Sanctifica domine familiā tuam muneribus ſacris: eius queſumus ſemper interuētione nos refoue: cuius ſolēnia celebram⁹. ℣ do. ℂ In die ſancti laurētij. Introit⁹.



Confeſſio ⁊ pulchritudo i cōſpectu ei⁹/ ſanctitas ⁊ magnificentia in ſanctificatione ei⁹. ℟. Cantate dño canticū nouum cātate dño oīs terra. Glia pa. Kyrie el. Glia in ex.


Da nobis qs omps deus: Oro. vitiorū nr̄orū flāmas extinguere: q beato laurētio tribuiſti tormētorū ſuorū incēdia ſuperare. ℣ do. ℂ Ad Corinthios. ſecūde.ix.

Fratres. Qui parce ſeminat parce ⁊ metet. Et q ſeminat in benedictionib⁹: de benedictionibus ⁊ metet. Unuſquiſq; prout deſtinauit in corde ſuo: non ex triſtitia aut neceſſitate. Hylarē em̄ datorē diligit deus. Potēs eſt em̄ deus oēm gratiā abūdare facere in vobis: vt in omnib⁹ ſemp omnē ſufficiētiam habentes: abūdetis in omne opus bonū ſicut ſcriptū eſt. Diſperſit dedit pauperib⁹: iuſtitia eius manet in ſeculū ſeculi. Qui autē adminiſtrat ſemē ſeminānti: ⁊ panē ad manducādū preſtabit. Et multiplicabit ſemē veſtrū: ⁊ augebit incrementa frugum iuſtitie veſtre. ℣. Probaſti dñe cor meum: et viſitaſti nocte. ℟. Igne me examinaſti ⁊ nō eſt inuēta in me iniquitas. Alla. ℟. Leuita laurēti⁹ bonū opus opat⁹ eſt: q̄ p ſignū crucis cecos illuminauit ⁊ theſauros eccleſie dedit pauperibus. Prosa.

Prunis datū admiremur/laureatū veneremur: laudibus laurentiū. Veneremur cū tremore deprecemur cum amore: martyrem egregiū. Accuſatus non negauit/ ſed pulſatus reſultauit: in tubis ductilibus. Cū in penis voto plenis/ exultaret ⁊ ſonaret: in diuinis laudibus. Sicut corda muſicorū: tandē ſonū dat ſonorū: plectri miniſterio. Sic in chriſti tormentorū: melos xpi cōfeſſorū: dedit huius tenſio. Deci vide quia fide: ſtat inuictus inter ictus: minas ⁊ incēdia. Spes interna vox ſupna/cōſolātur ⁊ hortātur: virū de cōſtātia. Nā theſauros quos exqris/p tormēta nō acquiris tibi ſed laurētio. Nos i xpo coaceruat/huius pugnā chriſtus ſeruat triūphātis premio. Nescit ſcti nor obſcurū vt in penis quid impurum fide tractet dubia. Nec cecis lumen daret/ſi nō eum radiaret: luminis preſentia. Fidei cōfeſſio/lucet in laurentio: non ponit ſub modio: ſtatuit in medio/lumen corā omnibus. Iuuat dei famulū/crucis ſue bāiulū: aſſum quaſi ferculū fieri ſpectaculū angelis ⁊ gentib⁹. Non abhorret prunis voluit/qui de carne cupit ſolui: et cū chriſto viuere. Nec timet occidentes corpus/ ſed non prevalētes: aiam occidere. Sicut vaſa figulor probat fornax ⁊ rorum: ſolidat ſubſtantiā. Sic et ignis hunc aſſatū velut teſtē ſolidatū reddit per cōſtantiā. Nā cū vetus corrūpatur/alter homō renouatur: veteris incendio. Unde nimis confortat⁹/eſt athlete principatus in dei ſeruitio. Nūc ardore factum fortis/putat rorem vis amoris: ⁊ ſe lus iuſtitie. Ignis vrens nō comburēs vincit prunas quas adunas o miniſter impie. Parū ſapis vim ſinapis/ſi nō tangis ſi non frangis ⁊ plus fragrat quādo flagrat: thus iniectū ignib⁹. Sit artatus ⁊ aſſatus ſub ardore ſub labore dat odorem plenior̄/martyr de virtutib⁹. Sequēs vſus or ter. Laurēti laute nimis: rege victo rex ſublimis: regis regum fortis miles: qui duriſti penas viles/certans pro iuſtitia. Qui tot mala deuiciſti/contēplando bona chriſti: fac nos malis inſultare/fac de bonis exultare meritorū gratia. Amen. Euāge. Niſi granū frumenti. In cōfeſſo.tiū. Non or credo. miſi ſit dñs. Offertorij. Cōfeſſio ⁊ pulchritudo in conſpectu ei⁹ ſanctitas ⁊ magnificentia in ſanctificatione eius. Secreta.

Aſcipe queſumus dñe munera dignanter oblata: ⁊ beati laurentij martyris tui ſuffragantibus meritis ad noſtre ſalutis auxilium prouenire concede. Per dominum. Cōio. Qui michi miniſtrat me ſequatur: et vbi ego ſum illic et miniſter meus erit. Poſtcōio.

Sacro munere ſatiati ſupplices te dñe deprecamur: vt quod debite ſeruitutis celebram⁹ officio intercedēte beato laurentio martyre tuo/ſaluationis tue ſentiamus augmentū. Per dñm noſtrum ieſum. ℂ Sancti tyburcij martyris. Introi.



Iuſtus vt palma florebit/ſicut cedr⁹ libani multiplicabit⁹: plantatus in domo dñi: in atriis dom⁹ dei noſtri. ℣. Bonū eſt confiteri dño: et pſallere nomini tuo altiſſime. Gloria patri. Kyrie eleyſon. Oratio.

Beati tyburcij nos dñe foueāt cōtinuata preſidia: quia non deſinis propitius intueri quos talibus auxilijs conceſſeris adiuuari. Per d o. Epla. Iuſt⁹ cor ſuū. In cōfeſſo.tiū. ℣. Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedr⁹ libani multiplicabitur in domo dñi. ℟. Ad annūciandū mane miam tuā ⁊ veritatē tuā per noctē.

Alla. ℣. Beatus vir qui suffert tēta-
tionē quoniā cū pbatus fuerit
accipiet coronā vite. Euāge. Nihil
est opertū. i cōi. lo. xiij. Offr. In vir
tute tua dñe letabit iust⁹: & sup sa-
lutare tuū exultabit vehemēter: de
sideriū aīe ei⁹ tribuisti ei. Secreta.

Adesto dñe pcib⁹ populi tui
& adesto munerib⁹: vt que la
ris sunt oblata mysteriis: tuorum
tibi placeāt intercessione sanctorū.
Per ℣. Cōio. Posuisti dñe in capite
ei⁹ coronā de lapide pciolo. Postcō.

Sumplimus dñe pignus redē-
ptionis eterne: sit nobis qs in
terneniente beato typurcio marty-
re tuo vite psentis auxiliū pari-
ter & future. P dominū. ℭ Ipoliti
martyris socio: qz ei⁹. Introitus.

Usti epulētur & ex-
ultēt in cōspectu dei
& delectētur in lett-
tia. ℣s. Exurgat de⁹
et dissipētur inimici
ei⁹: & fugiāt: qui ode
runt eū a facie eius.
Glia pa. Kyrie el. Glia in ex. Oco.

Da nobis qs omps deus vt bea
ti ipoliti martyris tui socio-
rūq; eius venerāda solēnitas: & de-
uotionē nobis augeat et salutē. P
dñm. Epla. Reddet deus. in cōi. lo.
viij. ℟. Justorū aie in manu dei sunt
et non tanget illos tormentū mali-
cie. ℣. Visi sūt oculis insipiētiū mo-
ri: illi aūt sunt in pace. Alla. ℣. Ju
sti epulētur exultēt in cōspectu dei:
delectentur in leticia. Pzosa. Alla
Mirabilis. in cōi. lo. viij. Euāgel.
Attēdite a fermēto. In cōi. lo. viij.
Offr. Ia nīa sicut passer erepta est
de laqueo venantiū. laqueus cōtrit⁹
est: & nos liberati sumus. Secreta.

Splice dñe ad munera popu-
li tui sanctorū tuorū festiuita
te votiua: & tue tribue sanctificatio veritā-
tis: nobis pficiat ad salutē. Per
dñm. Cōio. Dico autē vobis amicis

meis ne terreamini ab his qui vos
persequentur. Postcōio.

Sacramentorū tuorū dñe com
munio sumpta nos saluet: et
in tue veritatis luce cōfirmet. Per
dñm. ℭ In vigil. assumptiōis bea-
te marie: etiā si dñica fuerit: missa
principalis erit de vigilia: missa ve
ro de dñica dicet de mane. Introi.

Ultū tuū deprecā-
buntur oēs diuites
plebis adducētur re
gi virgines post eā:
pximē ei⁹ afferen
tur tibi in leticia et
exultatiōe. ℣s. Eru
ctauit cor meū verbū bonū dico ego
opera mea regi. Glozia patri. Kyrie
eleyson. Non dicitur Glozia in ex-
celsis. nisi sit dñica. Oratio.

Deus qui virginalē aulā bea-
te marie in qua habitares eli
geres dignat⁹ es: da qs: vt sua nos
defensione munitos: tocūdos faciat
hue interesse festiuitati. Qui viuis.
ℭ Eusebij confessoris. mēo. Oratio.

Deus qui nos beati eusebij cō
fessoris tui annua solēnitate
letificas: concede ppitius: vt cui⁹
natalicia colimus: per ei⁹ ad te exē
pla gradiamur. Per do. ℭ Liber
libri sapientie. Ecclesiastici. xxiiij.

Ab initio & ante secula creata
sum: & vsq; ad futurū seculū
nō delinā: et in habitatione sancta
corā ipso ministraui. Et sic in syon
firmata sum / & in ciuitate sāctifica
ta similiter requieui: & in hierusalē
potestas mea. Et radicaui in pplo
honorificato: & in ptes dei mei he-
reditas illi⁹. Et in plenitudine san
ctorū: detētio mea. ℟. Pzopter ve-
ritatē & mansuetudinē & iusticiā: et
deducet te mirabiliter dextera tua.
℣. Audi filia & vide & inclina aurem
tuā: quia cōcupiuit rex speciē tuam.
Si dñica fuerit. Alla. ℣. Veni elec-
ta mea: & ponā te in thzonū meum:

quis concupiuit rex speciem tuam.
Pzosa nulla. ℭ Scōm Lucam. xj.

In illo tpe. Factū est dum lo-
queretur iesus ad turbas: ex-
tollens vocē quedā mulier de turba
dixit illi. Beat⁹ venter qui te poz-
tauit: & vbera que suxisti. At ille dixit.
Quinimmo. Beati qui audiūt ver-
bum dei: et custodiūt illud. Non dz
Credo. nisi sit dñica. Offr. Offeren
tur regi virgines post eam: pximē
eius afferentur tibi. Secreta.

Magna est dñe apud clementiā
tuā dei genitricis oco: quā ido-
circo de psenti seculo transtulisti:
vt pro peccatis nostris apud te fidu
cialiter intercedat. Per eundem do
minum. ℭ Eusebii. Secreta.

Audis tue dñe hostias immo
lamus in tuorū cōmemora-
tione sanctorū: quib⁹ nos plentib⁹
erui malis cōfidim⁹: & futuris. Per
do. Pzefa. cōis. Cōio. Dilexisti iusti
tiam et odisti iniquitatē. Postcōio.

Oncede qs misericors deus
fragilitatr nre plidiū: vt q; sā
cte dei genitricis requiē celebram⁹
intercessiōis eius auxilio: a nostris
iniquitatibus resurgamus. Per eū
dem dñm. ℭ Eusebii. Postcōio.

Refecti cibo potuq; celesti de⁹
noster te supplices exoramus
vt in cui⁹ hec cōmemoratiōe pcept-
m⁹: ei⁹ muniamur & pcib⁹. P do.
ℭ In die assūptionis btē marie vir
ginis ℭ Ad missam. Introitus.

Audeam⁹ om
nes i dño diē
festū celebrā
tes sub hono
re marie vir-
ginis: de cui⁹
assumptione
gaudēt ange
li / et collau-
dāt filiū dei. ℣s. Eructauit cor meū
verbū bonū: dico ego opa mea regi.
Glia pa. Kyrie el. Glia in ex. Oco.

Venerāda nobis dñe hui⁹ diei
festiuitas opē pferat saluta-
rē: i qua lctā dei genitrix mortē su-
bijt tēporalē: nec tamē mortis nexi-
b⁹ deprimi potuit: q filiū tuū dñm
nrm iesū xpm / de se genuit incarna-
tū. Qui tecū viuit & re. Mēoria mul
la. Lcō libri sapiētie. Ecclī. xxiiij.

In oibus requiē quesiui: et in
hereditate dñi morabor / tunc
pcepit & dixit mihi creator oim et q
creauit me requeuit in tabernaculo
meo. Et dixit mihi. In iacob habi
ta: & i israel hereditare: & in electis
meis mitte radices. Et sic in syō fir
mata sū: et in ciuitate sctificata si-
militer requeui: & in hierusalē pote-
stas mea. Et radicaui in pplo hono
rificato: & in ptes dei mei hereditas
illi⁹: & i plenitudine sctōz detentio
mea. Quasi cedr⁹ exaltata sū in li-
bano & quasi cypressus in mōte syō
Quasi palma exaltata sū in cades &
quasi plātatio rose in hierico. Qua
si oliua speciosa in campis: & quasi
platan⁹ exaltata sū iuxta aquā in
plateis. Sicut cynamomū & balsa-
mū aromatizās odorē dedi. Quasi
myrrha electa dedi suauitatē odo-
ris. ℟. Benedicta et venerabilis es
virgo maria: q sine tactu pudoris / i-
uenta es mater saluatoris. ℣. Vir-
go dei genitrix / que tot⁹ nō capit or
bis: in tua se clausit viscera fact⁹ ho
mo. Alla. ℣. Assumpta est maria in
celū gaudent angeli: et collaudātes
benedicunt dñm. Pzosa.

Letabūd⁹ exultet fidelis cho-
rus: alla. Regē regū / intac-
te pdit thor⁹: rex mirāda. Ange
lus cōsiliī nat⁹ est de virgine: sol de
stella. Sol occasū nescies / stella sē
per rutilās: sēp clara. Sicut cedr⁹
radiū / pfert virgo filiū: pari forma
Neq; lydus radio / neq; mater filio
fit corrupta. Cedrus alta libani /
conformatur hysopo: valle nostra.
Verbū eius altissimi corporali pas

sum est: carne sumpta. Elaias cecinit/synagoga meminit: nunq̄ tamen desinit/esse ceca. Si non suis vatib⁹/credat vel gētilibus: sibillinis versibus: hec predicta. Infelix pera/crede vel vetera: cur dānaberis gēs milera. Quē docet littera/vatū cōsidera: ipsum genuit puerpera. ℂ Secūdum Lucam. x.

In illo tēpore. Intrauit iesus in quoddam castellum: & mulier quedam martha nomine/excepit illum in domū suam: & huic erat sororꝰ nomine maria: que etiā sedēs secus pedes domini audiebat verbum illius. Martha autē satagebat circa frequens ministeriū. Que stetit & ait. Domine: nō est tibi cure q̄ soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi: vt me adiuuet. Et respōdēs: dixit illi domin⁹. Martha martha sollicita es: & turbaris erga plurima. Porro vnū est necessarium. Maria optimam partem elegit: que nō auferetur ab ea. ℂ redo ō: & p octa. Offr. Beata es virgo maria q̄ dominū portasti creatorem mūdi genuisti q̄ te fecit: et in eternū permanes virgo. Secreta.

Subueniat dñe plebi tue dei genitricis oratio: quā et si p conditione carnis migrasse cognoscimus: in celesti gloria apud te p nobis orare sentiamus. Per eundem. Prefat. Et te in assumptione. Et p octa. Cōio Regina mundi & domina virgo maria perpetua intercede pro nostra pace & salute: q̄ genuisti christum dñm saluatorē oīm. Postcōio.

Mense celestis participes effecti implorāmus clementiam tuam domine deus noster: vt qui festa dei genitricis colim⁹: a cunctis malis imminenttbus eius intercessionibus liberemur. Per eundē do. ℂ In crastino assumpti. cadit festū sancti armagili cōfes. qđ trāsfert vsq; post octa. assumptio. Introitus.



Siusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipsius. ℣. Noli emulari in malignātibus: neq; zelaueris facientes iniquitatē. Glia patri & filio. Kyrie eleyson. Oratio.

Oās omps deus: vt beati armagili cōfessoris tui venerāda solēnitas: & deuotionē nobis augeat & salutē. Per do. Epla. Dedit dñs confes. in cōi fo. xi. ℣. Jurauit dñs & non penitebit eū: tu es sacerdos in eternū secundū ordinē melchisedech. ℣. Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Alla. ℣. Inueni dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum. Prosa. Superne matris. in cōi fo. xiij. Euāgel. Vigilate q̄a ne. i cōi fo. x. Offr. Inueni dauid seruū meū: & in oleo sancto vnxi eū: manꝰ enim mea auxiliabit ei: & brachium meū confortabit eū. Secta.

Hostias tibi dñe pro cōmemoratione sancti armagili cōfessoris tui offerimꝰ suppliciter deprecantes vt sicut illi prebuisti sacram fidei claritatem: sic nobis indulgentiam largiaris & pacem. Per dñm. Cōio. Fidelis seruꝰ & prudēs quem cōstituit dñs sup familiā suā vt det illi in tpe tritici mēsurā. Postcōio.

Questa q̄s omps deꝰ: vt de ypceptis muneribꝰ gras exhibentes: beneficia potiora sumamꝰ. Per dñm. ℂ Dñica infra octa. hec infra. ℂ Prima die oct. nisi sit dō. Introit.



Salue sancta parens enixa puerpera regē: qui celū terrāq; regit in secula seculorū. ℣. Post partū virgo inuiolata permansisti: dei genitrix intercede pro nobis. Gloria patri. Kyrie el'. Gloria in excel. Oratio.

Veneranda nobis dñe huius diei festiuitas opem conferat salutarē: in qua sancta dei genitrix mortem subiit tēporalē: nec tamen mortis nexibus deprimi potuit: que filiū tuū dñm nostrū iesum xp̄m de se genuit incarnatum. Qui tecum. Epla. Ab initio & ante. btē in vigi. ℣. Benedicta & venerabilis es virgo maria: q̄ sine tactu pudoris inuēta es mater saluatoris. ℣. Virgo dei genitrix quē totus nō capit orbis in tua se clausit/viscera factus homo. Alla. ℣. Ora pro nobis pia virgo maria: de qua christꝰ natꝰ est nobis vt peccatoribꝰ sit misertus. Prosa.

Hodierne lux diei / celebris in matris dei: agitur memoria. Decantemꝰ in hac die/semp virginis marie: laudes et preconia. Ois homo omni hora/ipsam ora & implora eiꝰ patrocinia. Psalle psallenisu toto/cordis oris voce voto/actione plena gratia. Aue domina celorum/inexperta viri thorum/parēs paris nescia. Hec undata sine viro: genuisti more miro: genitorē filia. Horēs ortus austro flante/porta clausa post et ante: via viris inuia. Rusa celi rore tellꝰ/fusum gedeonis vellus/deitatis pluuia. Salue splendor firmamenti/tu caliginosi mentis/desuper irradia. Placa mare maris stella: ne inuoluat nos procella: & tēpestas obuia. Amē. Euāg. Factū est dū loq̄retur. btē in vigil. ℂ redo. Offr. Felix nanq̄ es sacra virgo maria/& omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitie/christus deus noster alla. Secreta.

Subueniat dñe plebi tue dei genitricis oratio: quā et si p conditione carnis migrasse cognoscimus: in celesti gloria apud te pro nobis orare sentiamus. Per eūdem dñm. Prefa. Et te in assumptione. Cōmunio. Vera fides geniti/purgauit crimina mūdi: & tibi virginitas inuiolata manet. Postcōmunio.

Mense celestis partícipes effecti/implorāmꝰ clementiā tuā dñe deus noster: vt qui festa dei genitricis colimꝰ: a cunctis malis imminētibus eius intercessionibus liberemur. Per eūdē. ℂ Octa. sancti laurētij fit memoria tātū. Oratio.



Eati laurētij nos faciat dñe pallio veneranda letantes: & vt eā sufficienter recolamus efficiat, p̄ōptiores. P w. Seca.

Beati laurētij martyris tui honorabilem passionē numeribus domine geminatis exequimur: que licet p̄ris sit memorāda principijs: indesinēter tamen permaneat gloriosa. Per dñm. Postcōio.

Solēne nobis intercessio beati laurētij martyris tui q̄lumus dñe p̄sertet auxiliū: vt celestis mēse participatio quā sūpsimꝰ: tribuat ecclesie tue recēsitā letitiā. Per do. ℂ Nota q̄ sabba. infra octa. semp fit officiū de Salue sācta parēs. siue sit p̄ma dies oct. siue secūda/tertia &c. ℂ Secūda die octa. nisi sit dñica vel dies sab. & sic aliis diebꝰ. Introitꝰ.



Ultum tuum deprecabuntur oēs diuites plebis: adducentur regi vgines post eam: proxime eiꝰ afferentur tibi in letitia et exultatione. ℣. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opa mea regi. Glia pa. Kyrie el'. Gloria in excelsis deo. Oratio.

Veneranda nobis dñe huius diei festiuitas opem conferat salutarem: in qua sancta dei genitrix mortem subiit temporalem nec tamen mortis nexibus deprimi potuit: que filium tuum dominum nostrum iesum christum de se genuit incarnatum. Qui tecū viuit & reg. ℂ Lectio Esaie prophete. vij.

IN diebus illis. Locut⁹ est dominus ad achaz dicens. Pete tibi signum a dño deo tuo in pfundum inferni: sive i excelsum supra. Et dixit achaz. Non petam: et non tentabo dominū. Et dixit. Audite ergo dom⁹ dauid. Nunquid parum est vobis molestos esse hominibus: quia molesti estis et deo meo? Propter hoc dabit dominus ipse vobis signum. Ecce virgo cōcipiet et pariet filium: ⁊ vocabitur nomē eius emanuel. Butyrū ⁊ mel comedet: vt sciat reprobare malum: ⁊ eligere bonum. ℣. Audi filia ⁊ vide ⁊ inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciē tuā. ℟. Specie tua ⁊ pulchritudine tua: intēde prospere procede ⁊ regna. ℣ lla. ℟. Veni electa mea ⁊ ponam te in thronū meū: quia concupinit rex speciem tuam. Prosa.

AVe maria gra plena. Dominus tecum virgo serena. Benedicta tu in mulieribus. Que peperisti pacem hominibus: ⁊ angelis gloriam. Et benedictus fruct⁹ ventris tui. Qui coheredes vt essemus sui: nos fecit per gratiam. Per hoc autem aue/mundo tam suaue/contra carnis iura. Genuisti prolē nouum stella solem/noua genitura. Tu parui ⁊ magni/leonis ⁊ agni: saluatoris christi templum extitisti sed virgo intacta. Tu floris ⁊ rosis panis ⁊ pastoris: virginum regina: rosa sine spina: genitrix es facta. Tu ciuitas regis iustitie. Tu mater es misericordie. De lacu fecis et miserie. Theophilum reformās gratie. Te collaudat celestis curia Tu mater es regis et filia. Per te reis donatur venia. Per te iustis confertur gratia. Ergo maris stella: vbi dei cella: ⁊ solis aurora. Paradisi porta/p quā lux est orta: natum tuū ora. Vt nos soluat a peccatis/⁊ in regno claritatis: quo lux lucet sedula/collocet p secla. Amen.

℣ Secundum Lucam. f.

IN illo tēpore. Missus est angelus gabriel a deo in ciuitatem galilee cui nomē nazareth: ad virginem desponsatam viro cui nomen erat ioseph/de domo dauid: et nomen virginis maria. Et ingressus angelus ad eam dixit. Aue gratia plena dom⁹ tecum. Benedicta tu in mulieribus. Que cum audisset: turbata est in sermone eius/⁊ cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria/ inuenisti enim gratiā apud deum. Ecce concipies in vtero ⁊ paries filium: ⁊ vocabis nomen eius iesum. Hic erit magnus: ⁊ filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dominus deus sedem dauid patris eius: ⁊ regnabit in domo iacob in eternum: et regni eius non erit finis. Dixit autem maria ad angelū. Quomodo fiet istud/quoniam virū non cognosco? Et respondens angelus dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te: ⁊ virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; et quod nascetur ex te sanctum / vocabitur filius dei. Et ecce elizabeth cognata tua: et ipsa cōcepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sext⁹ illi que vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud deū omne verbū. Dixit autem maria. Ecce ancilla dñi. Fiat mihi: secūdū verbū tuum. Credo. Ofr.

Aue maria gratia plena dñs tecum: benedicta tu in mulieribus/⁊ benedictus fructus ventris tui. Secreta.

SUbueniat dñe plebi tue dei genitricis oratio: quam et si pro conditione carnis migrasse cognoscimus in celesti gloria apud te pro nobis orare sentiamus. Per eundem dñm. Prefatio. Et te in assumptione. Cōio. Ecce virgo cōcipiet et pariet filium: ⁊ vocabis nomen eius emanuel. Postcōmunio.

Ense celestis participes effecti implorāmus clementiam tuam domine deus noster: vt qui festa dei genitricis colimus: a cunctis malis imminentibus / eius intercessionibus liberemur. Per eundem dñm.

Agapiti martyris memo. Oco.

CEtetur ecclesia tua de⁹: beati agapiti martyris tui cōsilia suffragijs: atq; eius precib⁹ gloriosis: ⁊ deuota permaneat/et secura consistat. Per do. Secreta.

SUscipe munera que tibi de⁹ deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per do. Postcōio.

SAtiasti domine familiā tuam muneribus sacris: eius quesumus semper interuētione nos refoue: cuius solēnia celebramus. Per do.

Tertia die octa. Introitus.

ILeristi iustitiam ⁊ odisti iniquitatē/propterea vnxit te de⁹: deus tuus oleo letitie/pre consortibus tuis. ℘s. Eructauit cor meum verbum bonū: dico ego opera mea regi. Gloria patri. Kyrie eleyson. Oratio.

TEnerāda nobis dñe hui⁹ diei festiuitas opem cōferat salutarē in qua sācta dei genitrix mortē subijt tpalē nec tamē mortis nexib⁹ pressi potuit q̄ filiū tuū dñm nēm iesum xp̄m de se genuit incarnatū. Qui tecū. Lectō Ysaie pphete. xi.

HEt dicit dñs de⁹. Egredietur virga de radice iesse: ⁊ flos de radice ei⁹ ascēdet. Et requiescet sup eū spiritus dñi: spiritus sapientie ⁊ intellect⁹/spiritus cōsilij ⁊ fortitudinis spiritus scientie ⁊ pietatis: ⁊ replebit eū spiritus timoris dñi. Nō scōm visionē oculorū iudicabit/neq; scōm auditū aurium arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes: ⁊ arguet in equitate p mansuetis terre. Et percutiet terrā virga oris sui: ⁊ spiritu labioru suoru interficiet impiū. Et erit iustitia cingulū lūboru eius: ⁊ fides cinctoriū renū eius. ℣. Diffusa est gra in labijs tuis: propterea bñdixit te de⁹ in eternū. ℟. Propter veritatē ⁊ mansuetudinē ⁊ iustitiā: ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. ℟. Post partum virgo inuiolata pmansisti: dei genitrix intercede p nobis. Prosa.

OMaria stella mar/pietate singularis: pietatis oculo. Nos digneris intueri: nec cūcteris misereri: naufragāti scko. In hac valle lachrymarū/nihil dulce nihil clarum: suspecta sunt omnia. Quid hic nobis erit tutū / cū nec ipsa vel virtutū: tuta sit victoria. Caro nobis aduersatur/mūdus carni suffragatur: in nostrā perniciem. Hostis instat nos infestans/nunc se palam manifestās: nunc occultās rabiem. Et peccam⁹ ⁊ punimur ⁊ diuersis terretimur: laqueis venātiū. O maria mater dei: tu post deum summa spei: tu dulce refugium. Tot ⁊ tantis irretiti/non valemus his reniti: nec vi nec industria. Cōsolatrix miseroru/suscitatrix moruoru: mortis rumpe rhetia. Intendentes tue laudi/nos attende nos exaudi: nos a morte libera. Que post christum prima sedes/inter christi coheredes christo nos annumera. Iesu mitis ac benigne/cui⁹ nomen est insigne: dulce salutiferum. Munus nobis da salutis / in defectu constitutis: plenitudo munerum. Pater fili consolator/vnus deus vnus dator: multiformis gre. Solo nutu pietatis fac nos simple trinitatis: post spem frui specie. Amen.

℣ Euangelium. Secūdum Lucam. f.

IN illo tēpore. Exurgēs maria abijt in mōtana cū festinatione in ciuitatē iuda: et intrauit in domum zacharie: ⁊ salutauit elizabeth. Et factum est vt audiuit salu-

tationem marie elizabeth: exultauit infans in vtero eius. Et repleta est spiritu sancto elizabeth. Et exclamauit voce magna & dixit. Benedicta tu inter mulieres/et benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi: vt veniat mater dñi mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutationis tue in auribus meis. exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata que credidisti quoniam perficientur ea que dicta sunt tibi a dño. Et ait maria. Magnificat anima mea dominū: et exultauit spiritus meus / in deo salutari meo. ℣. Ecce. Offr. Offerentur regi virgines post eā: proxime eius offerentur tibi. Secreta.

SUbueniat dñe plebi tue dei genitricis oratio: quā & si pro cōditiōe carnis migrasse cognoscim⁹: in celesti gloria apud te pro nobis orare sentiamus. Per eundē. Prefatio. vtīs. Cōio. Beata viscera marie virginis que portauerunt eterni patris filium. Postcōio.

QUense celestis participes effecti implorām⁹ clementiā tuā dñe deus noster: vt q festa dei genitricis colim⁹: a cūctis malis imminētib⁹/et⁹ intercessiōib⁹ liberemur. P eūd. ℣. Magni mar. mēo. Deo.

ADesto dñe supplicationibus nostris: & intercedente beato magno martyre tuo: ab hostiū nos defende propitiatus incursu. P do.

PResta q̄s oms de⁹: Secra. vt nostre humilitatis oblatio: & pro tuorū grata sit honore sanctorū: & nos corpore pariter & mente purificet. Per dñm. Postcōio.

TUa sancta sumentes q̄s dñe/ vt beati magni nos foueant cōtinuata presidia. Per do. ℣. Die quarta octā. Introit. Salue sancta parens. ex. vtīs prima die octā. excepta Alla. & Prosa. Alla. ♭. Per te dei genitrix nobis est vita ꝑdita data q̄ de celo suscepisti prolē & mūdo genuisti saluatorem. Prosa.

AVe virgo singularis/mater nostri saluatorisque vocaris stella maris: stella nō erratica. Nos in hui⁹ vite mari/non pmitte naufragari: sed pro nobis salutari tuo semp supplica. Sevit mare fremūt venti/fluct⁹ surgūt turbulenti: nauis currit sed currēti/tot occurrunt obuia. Nic syrenes voluptatis dira concanes cū piratis: mortē pene desperatis/hec intēptāt oia. Post abissos nunc ad celū: fluēs vnda fert phaselū mutat malus fluit velum/ naute cessat opera. Contabescit in his malis/homo noster animalis: tu nos mater spiritalis pereūtes libera. Tu perfusa celi rose/castitatis salud flore: nouū florē nouo more/protulisti seculo. Verbum patri coequale/corp⁹ intrans virginale: fit pro nobis corporale/sub ventris vmbraculo. Te preuidit & elegit/ qui potenter cuncta regit: nec pudoris claustra fregit sacra replēs viscera. Nec pressurā nec dolorem cōtra prime matris morē parendo saluatorē/ sensisti puerpera. O maria pro tuorū dignitate meritorum supra choros angelorū: sublimaris vnice. Felix dies hodierna / qua conscendis ad superna pietate tu materna nos in imo respice. Radix sancta radix viua/flos et vitis et oliua/quam nulla vis instituit: iuuit vt fructificet. Lampas soli splendor poli/que splendore prees soli nos assigna tue proli: ne destricte iudicet. In conspectu summi regis/sis pusilli memor gregis: qui transgressor date legis: presumit de venia. Iudex mitis et benignus/iudex fugi laude dignus: reis spei dedit pignus crucis factus hostia. Pelus sacri ventris fructus/nobis inter mundi fluctus: sis via dux & conductus/liber ad celestia. Te-

ne clauū rege nauem/tu procellam sedans grauē: portū nobis da suauem: p tua clemētia. Amē. Et cetera vtīs. ℣. Philiberti abbatis me. Dño.

INtercessio nos q̄s dñe beati philiberti abbatis cōmendet: vt quod nostris meritis nō valem⁹: eius patrocinio assequamur. Per do.

SAcris altarib⁹ dñe hostias superpositas sanct⁹ philibertus abbas/in salutē nobis pro uenire deposcat. Per do. Postcōio.

PRotegat nos dñe cū tui perceptione sacramenti: beatus philibertus abbas pro nobis intercedendo: vt cōuersationis eius experiamur insignia/& intercessiōis eius percipiam⁹ suffragia. Per dñm no. ℣. Die quinta. Introitus. Vultum tuum. ff. vtīs die sēta octa. exceptis Allelua. & Prosa. Alla. ♭. Virga ieesse floruit/virgo deum & hominem genuit: pacē deus reddidit/in se reconcilians pma summis. Prosa.

AVe mūdi spes maria/aue mitis aue pia/aue plena gratia aue virgo singularis/que per tuum designaris/nō pallum incendia. Aue rosa speciosa: aue ieesse virgula. Cuius fruct⁹ nostri luct⁹ relaxauit vincula. Aue cui⁹ viscera/ contra mortis federa/ediderunt filium. Aue carens simili/mūdo diu flebili: reparasti gaudiū. Aue virginum lucerna/per quam fulsit lux superna: his quos vmbra tenuit. Aue virgo de qua nasci: & de cuius lacte pasci: rex celorū voluit. Aue gemma celi luminarium. Aue sancti spiritus sacrarium. O ꝙ mirabilis & ꝙ laudabilis: hec est ⁊ginitas. In qua per spiritū facta paraclytū fulsit fecūditas. O ꝙ sancta ꝙ serena/ꝙ benigna ꝙ amena: esse virgo creditur. Per quam seruit⁹ finitur porta celi aperitur: & libertas redditur. O castitatis lilium/tuū precare filium: qui sal⁹ est humilium. Ne nos pro nostro vitio/in flebili iudicio: subiaceat supplicio. Sed nos tua sancta prece/mundans a peccati fece. Collocet in luc⁹ ⁊mo. Amē dicat ois homo. Cetera vtīs. ℣. Die. vj. vt die. ij. excepta prosa.

MArie preconio seruiat cū gaudio: feruens desiderio/ verus amor. Amoris suffragio plcentetur filio: matris in obsequio/ cordis clamor. Aue salus hominū: virgo decus virginū: te decet post dominū: laus & honor. Tu rosa tu liliū: cultus dei filium: carnis ad cōnubium/ traxit odor. Aue manās facte fons misericordie: vera mētis saucie medicina. Tu piscina venie: tu lucerna glorie: tu superna gratie: es regina. Aue carens carie/speculū mūditie: vetustās ecclesie sacramentū. Tu finis miserie: tu ver es letitie: pacis & concordie: condimentum. O felix puerpera: nostra pians scelera: iure matris impera redēptori. Da fidei federa: da salutis opera: da in vite vespera/ bene mori. Amē. ℣. Quinta octa. Introit. Gaudeamus. sicut in die ꝑ ysā. Prosa.

SAlue mater saluatoris: vas electū vas honoris: vas celestis gratie. Ad eterno vas prouisum: vas insigne vas excisum: magne sapientie. Salue verbi sacra parens: flos de spina spina carens: flos spineti gloria. Nos spinetū nos peccati: spina sumus cruentati: sed tu spine nescia. Porta clausa fons ortorum: cella custos vnguentorum: cella pigmentaria. Cynamomi calamum/myrrham thus & balsamū superas fragrantia. Salue decus virginum: mediatrix hominū: salutis puerpera. Virtus temperātie/ rosa patientie: nardus odorifera. Tu conuallis humilis/terra non arabilis: q̄ fructū parturit. Flos campi cōuallium/singulare lilium christus ex te prodijt. Tu celestis

paradisus / libanusq; non incisus: vaporans dulcedinē. ☩u candoris ꝫ decoris / tu dulcoris ꝫ odoris: habes plenitudinē. ☩u thronus es salomonis / cui nullꝰ par in thronis: arte vel materia. ☩bur candēs castitatis / aurum fulvum charitatis: prefignant mysteria. ☩almā prefers singularē / nec in terris habes parem: nec in celi curia. ☩laus humani generis / virtutū pre ceteris: habens privilegia. ☩ol luna lucidior / ꝫ luna sideribus: sic maria dignior / creaturis omnibꝰ. ☩ux eclypsim nesciens / virginis est castitas / ardor indeficiens / immortalis charitas. ☩alue mater pietatis / et totius trinitatis: nobile triclinium. ☩erbi tamē icarnati / speciale matestati: preparās hospitium. ☩ maria stella maris: dignitate singularis: super oēs ordinaris: ordines celestium. ☩n supremo sita poli / nos assigna tue pli: ne terrores sine voli nos supplātent hostiū. ☩n principio constituti / te tuēte simꝰ tuti: pernicacis ꝫ versuti: tue cadat vis ☩tuti: dolus puidentie. ☩esu verbū sūmptis / serua servos tue mītis / solue reos salua gratis / ꝫ nos tue claritatis / cōfigura glie. Amē. Cetera vīs.

☩In octa. assūptionis. Introit. Gaudeamꝰ omnes in dño diem festū celebrantes sub honore marie virginis: de cuius assumptione gaudent angeli / et collaudant filiū dei. ps. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opera mea regi. Gloria patri. Kyrie el. Gloria in excel. Oratio.

Veneranda nobis domine huius diei festivitas opem conferat salutarem: in qua sancta dei genitrix mortem subiit tēporalem: nec tamen mortis nexibus depressi potuit: que filium tuum dominum nostrum iesum christū de se genuit incarnatum. Qui tecū vivit ꝫ reg. ☩Tumathei ꝫ simphoriani martyrum / memoria. Oratio.

Aurilium tuum nobis domine quesumꝰ placatꝰ impēde: et intercedētibus beatis martyribꝰ tuis timotheo ꝫ simphoriano: dextera super nos tue propitiationis extende. Per dō. Epla. In omnibꝰ. Regre vt supra in die. ℟. Benedicta ꝫ venerabilis es virgo maria: ☩ sine tactu pudoris inventa es mater saluatoris. ℣. Virgo dei genitrix quem totus non capit orbis: in tua se clausit viscera factus homo. Alleluya. ℟. Hodie maria virgo celos ascendit gaudete: quia cum christo manet in eternum. Prosa.

Arca virga prime matris eue florens rosa processit maria. Oritur vt lucifer inter astra ethera ppulchra vt luna. Fragrascit vltra omnia balsama pigmenta et tymiamata. Purpurea vt viola / rosida vt rosa: cādēs vt lilia. Patris summi quem elegit ples dei ca vt assumeret carnē sacrosancta: ex virginis carne incorrupta. Celsus nunciat angelus noua gaudia eterni regis exortum in terra / matrēq; eius ita salutat. Ave maria domini mei mater alma celica plena gratia. ☩u benedicta regem in secula paries effecta orbis regina. Hecūda inqt ergo quomodo esse queam cum virum non cognoscam ex quo sum nata / sed semper permanens virgo pudica. Ne timeas respōdit angelus / sacrum pneuma descendet in te casta: quo fecūdata paries deum ꝫ hominem vna. O vere sancta atq; amanda: ex qua est orta redemptio nostra: salus quoq; mundi veraq; vita. O dei nostri genitrix pia: suscipe nostra hac die ꝑcata in qua es assumpta ad celi claustra. ☩u es enim patri chara: tu es iesu mater bona: tu sancti spiritus es templū facta. ☩u es pulchra dei sponsa / tu regem christū enixa: domina es in celo ꝫ in terra. Hodie namq; curie celestis tibi obviant agmina / te assumpserūt ad palatia stellata. Iesus ꝫ ipse festinus tibi matri cū angelis occurrens sede paterna secum locavit in secla. Iam cum deo regnans nostra excusa clemens mala poscens cuncta bona o benigna. Mediatrix nostra / que es post deum spes sola / tuo filio nos representa. Ut in poli aula / leti iubilemus alleluya. Enāge. Intravit iesus. vtīs in die. Credo. Offr. Beata es virgo maria que dñm portasti: creatorem mundi: genuisti qui te fecit ꝫ in eternum permanes virgo. Secreta.

Sabueniat domine plebi tue dei genitricis oratio: quam et si pro conditione carnis migrasse cognoscimus: in celesti gloria apud te pro nobis orare sentiamus. Per eundem dñm. ☩Sanctorum timothei et simphoriani. Secreta.

Accepta tibi sit domine sacrate plebis oblatio: pro tuorū honore sanctorū / quorum se meritis precepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per dōm nostrum. Prefatio. Et te in assumptione. Cōmunio. Regina mundi et domina virgo maria perpetua intercede pro nostra pace et salute: que genuisti christum dominum salvatorem omnium. Postcōmunio.

Mense celestis participes effecti implorāmus clementiam tuam domine deus noster: vt qui festa dei genitricis colimus: a cunctis malis imminentibus eius intercessionibus liberemur. Per eundem dominū. ☩Sanctorum timothei et simphoriani. Postcōio.

Divini muneris largitate sanctiati quesumus domine deus noster: vt intercedentibus sanctis martyribus tuis timotheo et simphoriano: eius semper participatione vivamus. Per dñm nr̄m iesum.

☩In vigilia sancti Bartholomei apostoli. Introitus.

Ego autem sicut oliva fructificavi in domo domini: speravi in misericordia dei mei: ꝫ expectabo nomen tuū quoniam bonum est ante conspectum sanctorum tuorum. ps. Quid gloriaris in malitia: q̄ potens es in iniquitate. Gloria pī ꝫ filio. Kyrie eleyson. Si fuerit dominica / fiet tantum memoria. Oratio.

Concede q̄s omps deus: vētura beati bartholomei apostoli tui solēnitatem congruo prevenire honore: ꝫ venientē digna celebrare devotione. Per do. ☩Timothei ꝫ apolinaris memo. Oratio.

Deus qui nos annua beatorū martyrum tuorū timothei et apolinaris solēnitate letificas: eorum quesumus intercessione super nos multiplica misericordiam tuam: vt quorum patrocinijs gratulamur suffragijs / etiam perpetue salutis auxilium nobis adesse sentiamus. Per do. Epla. Benedictio domini. in cōi fol. j. ℟. Justꝰ vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur in domo domini. ℣. Ad annunciādum mane misericordiam tuam: ꝫ veritatem tuā per noctem. Enāgel. Ego sum vitis vera. in cōi fol. j. Offr. Glorie ꝫ honore coronasti eum: ꝫ constituisti eū super opera manuum tuarū domine. Secreta.

Accepta sit tibi dñe nostre devotionis oblatio: ꝫ ad sancti apli tui bartholomei pontificis nos facias pervenire festivitatē. Per do. ☩Timothei ꝫ apolinaris. Secta.

Munera dñe q̄s pro tuorū commemoratione sanctorū solem-

niter oblata propitius suscipe & pia eorũ intercessione: ad salutẽ nobis perpetuã puenire cõcede. Per dñm.

Prefat. cõis. Cõio. Magna est gl'ia ei⁹ i salutari tuo: gloriã & magnũ decorẽ impones sup eũ dñe. Postcõio.

Presta nobis eterne largitor eius nos vbiq; protegi oratione cuius natalicia per hec sancta que sumpsimus / votiuo preuenimus obsequio. P dñm nostrum.

Timothei & apolinaris. Postcõ.

Beatorũ martyrũ tuorũ timothei & apolinaris dñe intercessione placatus / cõcede qs vt sacramenti tui veneranda perceptio: fiat peccatorũ nrorũ remissio. P do.

In die scti bartholomei. Offm.

Michi aũt nimis honorati sũt amici tui deus: nimis confortatus est principat⁹ eorũ. ℣s. Dñe probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meã / et resurrectionẽ meã. Gl'ia ps. Kyrie el'. Gl'ia in er. Oco.

Omps sempiterne deus: qui huius diei venerandam sanctãq; leticiã in beati apostoli tui bartholomei festiuitate tribuisti: da ecclesie tue qs / & amare quod credidit et predicare quod docuit. P do.

Audoeni epi & cõfessoris mẽo. Mratio.

Da qs omps deus: vt beati audoeni cõfessoris tui atq; pontificis venerãda solẽnitas: & deuotionẽ nobis augeat & salutẽ. P do.

Epla. Jã nõ estis. quere in cõi. fo. j. ℣. Constitues eos principes super oẽm terrã: memores erunt nois tui dñe. ℟. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi cõfitebuntur tibi. Alla. ℟. Mox sãcti bartholomei quasi tuba vehemens est: iam bulant cum eo angeli dei. Prosa.

Laudemus oẽs inclyta: bartholomei merita. Cuius sacra solẽnia: nobis inspirãt gaudia.

Per diem centũ vicibus: flexis orabat genibus. Nec minus noctis tẽpore: toto prostratus corpore. In ipsius presentia: obmutescunt demonia. Christi sonãte buccina: falsa terretur numina. Non astaroth illudere: genti pmisit misere. Nec fallere nec ledere: nec lesis potest pcere. Graui dignus supplicio: cruciatur incendio. Quanta sit eius fortitudo berith patet indicio. Pervirtutes apostoli: patescit fraus dyaboli. Arte detecta subdoli cultores cessant idoli. Liber exultat pfustius: hostis reprella rabie / credit et rex polimus: propter salutem filie. Permissus ab apostolo: demon mugit ex idolo / a vobis vltra misert: sacra non posco fieri. Me iã nil posse fateor: qui vir respirans torqueor / ante diẽ iudicij: penam ferens incẽdij. Sic affatus disparuit: & sigilla cõminuit / sic nec presentes terruit: nã virtus crucis affuit. Christi signat caractere: fanũ manus angelica / lesos absoluit libere: potestate mirifica. Mor pellẽ mutat india: tincta baptismi gratia. Fuga carens & macula: celesti gaudẽs copula. Currunt ergo pontifices: ad astiagẽ supplices. Athletã iam emeritũ: poscentes ad interitum. Sub christi testimonio caput obiecit gladio. Sic trũphauit hodie: doctor et victor indie. Sequens versus dicitur ter. Bartholomee postula: pro seruis pce sedula. Vt post vite curricula christũ laudẽt in scla. Amen.

Euãge. Facta est cõtẽtio. in cõi. fo. ij. Credo. Offr. Michi autẽ nimis honorificati sũt amici tui de⁹: nimis cõfortat⁹ est pricipat⁹ eorũ. Secre.

Beati apostoli tui bartholomei solẽnia recensentes qs domine: vt auxilio eius tua beneficia capiamus: pro quo tibi hostias laudis efferimus. Per dñm nostrum.

Audoeni. Secreta.

Hostias tibi dñe pro cõmemoratione sancti audoeni cõfessoris tui atq; põtificis offerim⁹ supplices deprecãtes: vt sicut illi prebuisti sacram fidei claritatẽ: sic nobis indulgentiam largiaris & pacẽ. Per dñm nostrum iesum. Prefatio de aplis. Cõio. Vos qui secuti estis me: sedebitis super sedes iudicãtes duodecim tribus israel. Postcõio.

Sumpsim⁹ dñe pignus salutis eterne celebrantes beati apostoli tui bartholomei votiua solennia: & ppetua merita venerãtes: ad vitã qs nutriamur eternã. Per do.

Audoeni. Postcõmunio.

Presta quesumus omnipotẽs deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes / beneficia potiora sumamus. Per dñm nrm.

In festo sancti Ludouici regis francie & confessoris. Introitus.

Gaudeam⁹ omnes in dño diem festũ celebrantes sub honore beati ludouici: de cuius solẽnitate gaudent angeli / et collaudãt filiũ dei. ℣s. Dñe in virtute tua letabitur rex: et super salutare tuum exultabit vehementer. Gl'ia pr̃i. Kyrie eley. Oco.

Deus qui beatum ludouicum confessorẽ tuum de terreno ac temporali regno ad celestis & eterni gloriã transtulisti: ei⁹ qs meritis & intercessione regis regũ iesu christi filij tui nos coheredes efficias: et eiusdẽ regni tribuas esse consortes. Per eũdẽ. Epla. Beat⁹ vir q̃ inuẽ. in cõi. fo. iij. ℣. Dñe preuenisti eũ in benedictionib⁹ dulcedinis: posuisti in capite ei⁹ coronã de lapide pretioso. ℟. Vitã petiit & tribuisti ei lõgitudinem dierũ in scl'm scl'i. Alla. ℟. Felix corona frãcie ludouici virtutib⁹: cui⁹ corona gl'ie refulget i celestib⁹.

bel Alla. ℟. Pater sancte ludouice fusa deo pretum vice: solue reos a sagena peccatorũ & a pena. Prosa.

Letabũda psallat plebs: cum mẽte mũda christiana. Deũ mire collaudet: & gens letiore gallicana. Qui post regnũ labile: ad inestimabile / sublimauit. Ludouicũ solium: turmisq; letantiũ / sociauit. Hic licet ex germine: prime natus femine / delinquentis. Fugato peccamine / mansit in dulcedine / pientis. Celi rex delitias / filio familias / reseruauit. Nutauit filiũ pater ad cõuiuium / quem amauit. Fulgentem in habitu / a celorum ambitu: cum ruboris exitu / nõ protecit. Quem sanctũ miraculis: crebris in articulis / puectis parnulis: patefecit. Invite misere: lapsis itinere / ludouice rex cõpatere. Te nobis cogita: pce resuscita / quos facta premũt illicita. Fauente deo fiat ita. Amen. Scõm Matthrũ. vj.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Considerate lilia agri: quomodo crescũt. Nõ laborãt neq; nent. Dico autẽ vobis: quoniã nec salomon in omni gloria sua: coopertus est sicut vnũ ex istis. Si enim fenum agri quod hodie est / et cras in clibanũ mittitur / deus sic vestit: quanto magis vos modice fidei? Nolite ergo solliciti esse dicentes: quid manducabim⁹ / aut qd bibem⁹ aut quo operiemur. Hec enim omnia: gentes inquirunt. Scit enim pater vester celestis / quia omnib⁹ his indigetis. Querite ergo primũ regnũ dei: & iustitiam eius. Et hec omnia: adiicientur vobis. Offr. Filie tyon exultent in rege suo: laudẽt nomen eius in choro in tympano & psalterio psallant ei alleluya. Secreta.

Presta quesumus omnipotẽs deus: vt sicut beatus ludouicus confessor tuus / per abũdãtiam gratie tue oblectamẽtis mundiali-

bus spretis: soli regi christo placere studuit: ita eius oratio nos tibi reddat acceptos. Per eundē dominum.

Cōio. Justum deduxit dominꝰ per vias rectas: & ostendit illi regnū dei & dedit illi scientiam sanctorū: honestauit illum in laboribꝰ suis: & compleuit labores illius. Postcōio.

DEus qui almum confessorem tuum ludouicū mirificasti in terris: quesumꝰ / vt iam in celis gloriosum effectum: ecclesie tue constituas defensorem: eamq; eius precibus & meritis / ab omni aduersitate liberare digneris. Per dñm nostrū.

¶ Bernardi abbatis. Introitus.

OIustꝰ meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipsius. ℣. Noli emulari in malignātibus: neq; zelaueris facientes iniquitatē. Glria pa. Kyrie eleyson. Gloria in ex. Oro.

INtercessio nos quesumꝰ dñe beati bernardi abbatis commendet: vt quod nostris meritis nō valemus: eius patrocinio assequamur. Per dñm nostrū. ¶ Hyrenei et abundi marty. memo. Oratio.

DEus qui nos concedis sanctorum martyrū tuorū hyrenei et abūdi natalitia colere: da nobis in eterna beatitudine / de eorum societate gaudere. Per dñm. Epla. Justus cor suum. In cōmuni fo. iij. ℣. Dñe prevenisti eū in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronā de lapide pciosо. ℟. Vitam petijt & tribuisti ei longitudinē dierū in seculū seculi. Alla. ℟ Iste sanctꝰ digne in memoriam vertitur hominū: qui ad gaudiū trāsijt angelorum. Prosa Superne ma. In cōi fo. iij. Euāgel. Nemo accēdit. In cōi fo. x. Offr. Meritas mea & misericordias mea cum ipso: & in noie meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

SAcris altaribꝰ domine hostias superpositas sanctus bernardus abbas in salutem nobis prouenire deposcat. Per dñm nm iesum.

¶ Hyrenei & abundi. Secreta.

MUnera tibi dñe nostre deuotionis offerimꝰ: que et pro tuorum tibi grata sint honore sanctorū & nobis salutaria te miserante tribuantur. Per dñm. Cōio. Beatꝰ seruus quē cū venerit dominꝰ inuenerit vigilātem: amen dico vobis super oia bona sua cōstituet eum. Postcōio.

PRotegat nos dñe cū tui perceptione sacramenti / beatus bernardus abbas pro nobis intercedendo: vt cōuersationis eiꝰ experiamur insignia: & intercessionis eius percipiamus suffragia. Per dñm.

¶ Hyrenei & abundi. Postcōio.

PResta nobis quesumꝰ dñe intercedētibus sanctis tuis hyreneo & abundo: vt que ore contigimus pura mēte capiamus. Per do.

¶ Georgij & aurelij mar. Introitꝰ.

INtret in conspectu tuo dñe gemitꝰ compeditorū: redde vicinis nostris septuplū in sinu eorū / vindica sanguinē sctorū tuorum qui effusus est. ℘s. Deus venerūt gētes in hereditatem tuam: polluerūt tēplū sanctū tuum / posuerūt hierusalē in pomorū custodiā. Glria pa. Kyrie el. Oro.

OMnipotens sempiterne deus qui in sanctorū tuorū corpib⁹ flāmā tue dilectionis accēdis: da mētibus nostris eādem fidei charitatisq; virtutem: vt quorū gaudemus triumphis proficiamꝰ exemplis. Per do.

¶ Memoria rufi martyris. Oro.

ADesto dñe supplicationibus nris: vt beati rufi martyris tui intercessionibus cōfidentes / nec minis aduersantium nec vllo turbemur incursu. ℣. Epla. Hi sunt viri misericordie. In cōi fo. vj. ℣. Gloriosus deus in sanctis: mirabilis in maiestate faciens pdigia. ℟. Dextera tua dñe glorificata est in virtute: dextera manꝰ tua confregit inimicos. Alla. ℟. Stabūt iusti in magna cōstantia aduersus eos q̄ se angustiauerunt. Euangel. Cum audieritis. In cōi fo. vij. Offr. Letamini in domino & exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. Secreta.

SAlutari sacrificio dñe populꝰ tuus semp exultet: quo & debitus honorifitis martyribꝰ tuis exhibetur: & sāctificationis munꝰ acquiritur. ℣. Rufi martyris. Secta.

OBlatis q̄s dñe placare muneribus: & intercedente beato rufo martyre tuo: a cūctis nos defende periculis. ℣. Cōio. Justorum aīe in manu dei sunt: & nō tāget illos tormētū malitie. visi sunt oculis insipiētiū mori: illi aūt sūt i pace. Postcō.

CElebrantes dñe sacra mysteria q̄ pro martyrū tuorū beata passione peregimꝰ: ipsorū nobis q̄s fiant intercessione salutaria: in quorū natalitijs sunt exultāter impleta. Per do. ¶ Rufi mar. Postcō.

CElestibus refecti sacramētis et gaudijs: te suplices exorāmus dñe: vt cuiꝰ gloriamꝰ triumphis: protegamur auxilijs. Per do.

¶ Augustini epi & cōfes. Introitꝰ.

SApientiam sanctorum narrent labia eorum: & laudem eius enarret ecclesia. ℣. Os iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium. ℘s. Cantate dño canticum nouum: cantate dño omnis terra. Glria pa. Kyrie eleyson. Gloria in ex. Oro.

INtercessio nos quesumꝰ dñe beati augustini confessoris tui atq; pontificis: et ab omnibus nos tribue expiari malis: & ab imminentibus cunctis tribulationibus eripi. Per dñm. Epla. Ecce sacerdos magnus. In cōi fo. ix. ℣. Ecce sacerdos magnus qui in diebꝰ suis placuit deo. ℟. Nō est inuētꝰ similis illi qui conseruaret legem excelsi. Alla. ℟. Posui adiutorium super potentem: et exaltaui electum de plebe mea. Prosa. Superne ma. In cōi fo. viij. Euāgel. Sint lumbi. In cōi fo. xj. Offr. Meritas mea et misericordias mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

SAncti cōfessoris tui atq; pontificis augustini nobis domine pia non desit oratio: que et munera nostra cōciliet & tuā nobis indulgētiam semp obtineat. Per do.

¶ De martyribus. Secreta.

SAcrificium tibi domine laudis offerimus: in tuorum cōmemoratione sanctorū: da q̄sumus vt quod illis contulit ad gloriā: nobis prosit ad salutem. Per dñm. Cōio. Dñe quinq; talenta tradidisti mihi: ecce alia q̄nq; superlucratꝰ sum: euge serue bone & fidelis / q̄a in pauca fuisti fidelis: supra multa te constituā intra in gaudiū dñi tui. Postcōio.

UTcia nobis domine tua sacrificia dent salutē: beatꝰ confessor tuus atq; pontifex augustinus / quesumꝰ precator accedat. Per do.

¶ De martyribus. Postcōio.

REpleti dñe benedictione celestis: quesumꝰ clemētiā tuā: vt intercedentibꝰ beatis hermete & iuliano martyribꝰ tuis: qđ humiliter gerimꝰ: salubriter sentiamꝰ. ℣ do.

¶ In decollatione sancti iohannis baptiste. Introitus.

IUstus vt palma florebit: sicut cedr⁹ libani multiplicabit plantatus in domo dñi: in atriis dom⁹ dei nostri. ℣s. Bonū est confiteri dño: et psallere nomini tuo altissime. Gloria patri. Kyrie eleyson. Oratio.

SAncti iohānis baptiste & martyris tui dñe quesumus veneranda festinitas: salutaris auxilij nobis prestet effectum. Per dñm.

¶ Mederici abbatis mēo. Oratio.

INtercessio nos quesumus domine beati mederici abbatis cōmendet: vt quod nostris meritis non valemus: eius patrocinio assequamur. Per dñm. ¶ Sabine virginis & martyris mēo. Oratio.

DEus qui inter cetera potentie tue miracula: etiam in sexu fragili victoriam martyrij contulisti: concede propitius: vt cuius natalicia colimus: per eius ad te exempla gradiamur. ℣d. Epla. Expectatio iustor. in cōi. fo. viij. ℟ Posuisti dñe sup caput ei⁹ coronā de lapide pretioso. ℣ Desiderium aie eius tribuisti ei: & volūtate labiorū eius non fraudasti eū. Alla. ℣ Misso herodes spiculatore: precepit amputari caput iohannis baptiste. Prosa.

PRecursorem summi regis et preconē noue legis: celebrat ecclesia. In hac luce tam festiua: gaude mater & votiua: deprome preconia. Dum orū veneremur: sed nec minus delectemur: in eius martyrio. Totus mundus sit iocūdus: nullus martyr huic secundus: virtute vel pmio. Non est nostre parvitatis: virum tāte dignitatis: laudare per omnia. Summa rei rectitetur: vt affectus excitetur: er eius memoria. Non arundo leuitatis: sed columna veritatis: nulla palpat crimina. Scribas taugit & doctores: vocans legis transgressores vipere genimina. Arguebat hic herodem: nec terretur ab eodem: ligatus in carcere. Hert iniuste iustus penam: rem detestans tam obscenā: regis & adultere. Seuit in hūc vis tirauni: laus accrescit hinc iohanni: tyranno supplicium. Stultus serunt sapienti: quia iustus in presenti purgatur per impium. In natalis sui cena: capitali plecti pena: iohannem rex imperat. Spiculatori saltatrici: saltatrix dat genitrici: caput quod petierat. Crux presignat sublimari: chzistum sed hunc minorari: capitis abscisio. Mors est iusti preciosa quam precessit gloriosa: vite cōuersatio. Nos ad laudem tui chziste: precursoris & baptiste: colimus solemnia. Tu nos ab hac mortis valle: duc ad vitam recto calle: per eius vestigia. Amen.

¶ Secundum Marcum. vj.

IN illo tempore. Misit herodes et tenuit iohannem & vinxit eum in carcerem: propter herodiadem vxorem philippi fratris sui quia duxerat eam. Dicebat autem iohannes herodi. Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi: et volebat occidere eum: nec poterat. Herodes autem metuebat iohannem: sciens eum virum iustum et sanctum: et custodiebat eum. Et audito eo multa faciebat: et libenter eum audiebat. Et cum dies opportunus accidisset: herodes natalis sui cenam fecit principibus: et tribunis: & primis galilee. Cumq; introisset filia ipsius herodiadis: & saltasset: & placuisset herodi: simulq; recumbentibus: rex ait puelle. Pete a me quid vis: et dabo tibi. Et iurauit illi: ꝙ quicquid petieris dabo tibi licet dimidium regni mei. Que cū exisset:

dixit matri sue. Quid petam? Et illa dixit. Caput iohannis baptiste. Cumq; introisset: statim cū festinatione ad regem petijt dicens. Volo vt protinus des mihi in disco caput iohannis baptiste. Et contristatus est rex propter iusiurandum: & propter simul recumbētes: noluit eam contristare: sed misso spiculatore: precepit afferri caput eius in disco. Et decollauit eū in carcere: & attulit caput eius in disco: & dedit illud puelle: et puella dedit matri sue. Quo audito discipuli ei⁹ venerunt & tulerunt corpus eius: & posuerūt illud in monumento. Non dicitur Credo. nisi fit dūica. Offr. Just⁹ vt palma florebit: sicut cedr⁹ que in libano est multiplicabitur. Secreta.

MUnera tibi domine pro sancti martyris tui iohānis baptiste passione deferim⁹: quia dum finitur in terris: factus est in celesti sede perpetuus: quesumus vt eius obtentu nobis pficiāt ad salutem. Per dñm. ¶ Mederici. Secreta.

SAcris altaribus domine hostias superpositas sanctus medericus abbas: ut salutē nobis prouenire deposcat. Per dñm nostrum. ¶ Sabine virginis. Secreta.

HOstias tibi domine beate sabine virginis & martyris tue dicatas meritis benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per dñm. Cōio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnū decorem' impones super eū domine. Postcōio.

QUoferat nobis domine sancti iohānis baptiste vtraq; solēnitas: vt magnifica sacramēta que sumpsim⁹: significata veneremur: & in nobis potius edita gaudeam⁹. Per dñm. ¶ Mederici. Postcōio.

PRotegat nos domine cū tui perceptione sacramēti beat⁹ medericus abbas: pro nobis intercedendo: vt cōuersationis ei⁹ experiamur insignia & intercessionis ei⁹ percipiamus suffragia. Per dñm.

¶ Sabine virginis. Postcōio.

DIuini muneris largitate refecti quesum⁹ domine deus noster: vt intercedente beata sabina martyre tua in eius semper participatione viuamus. Per dñm nkm.

¶ Hilarij confessoris. Introitus.

OIustī meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipsi⁹. ℣s. Noli emulari in malignātibus: neq; zelaueris facientes iniquitatē. Gloria pri. Kyrie eley. Gloria in ex. Oratio.

MIsericordiam tuam nobis domine quesum⁹ interueniente beato Hilario cōfessore tuo clemēter impēde: & nobis peccatorib⁹ ipsius propitiare suffragijs. Per dñm no.

¶ Felicis & adaucti. Oratio.

MIestatem tuam domine supplices deprecamur: vt sicut nos iugiter sanctorū tuorum felicis & adaucti cōmemoratione letificas: ita semp supplicatione defendas. Per dñm. ¶ Agili abbatis. Oro.

INtercessio nos quesum⁹ domine beati agili abbatis commēdet: vt quod nostris meritis non valemus: eius patrocinio assequamur. Per dñm. Epla. Justū deduxit dominus. in cōi fo. ix. ℟ Domine prevenisti eū in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ei⁹ coronam de lapide pciolo. ℣ Vitā petiit & tribuisti ei: longitudinē dierū in seculū seculi. Alla. ℣ Iste sctūs digne i memoriā vertitur hoim qui ad gaudiū trāsiit angelorū. Prosa.

HUcerne none specula: illustratur hibernia. Chorusat meldis insula: tante lucis plentia. Illa misit Hilariū: hec missum ha-

bet radium. Habent cōmune gaudium: hec patrē illa filiū. Ad vitā solitariam: suspirans erit patriam. Haronē meldis reperit: cui suum votū aperit. Hūc loco solitario: locat in solo ppio. Sic fit iohannis similis: cultor deserti sterilis. Ō ſ locum signat baculo: nouo nemus miraculo. Tanḡ celum deducitur: humo non solla cingitur. Sic sancti viri meritum: loci dilatat ambitum. Hes innotescit femine: accusat vt de crimine. Dānat opus malefici: diffamat artem magici. Pze sentādus hic pſidi / lassus insedit lapidi. Tapis cedit nec ceditur: petre sedes insculpitur / o femine neqtia: petre maioꝛ duritia. Oꝛat ne loci limina: immunis intret femine / hec est causa cur femine: arcentur eius limine. Hic miseris refugium infirmis refrigeriū / peregrinis hospitiū spes lapsis mestis gaudiū. Uitam artat ieiunio: somno bꝛeui cilicio / se dum occultat latebꝛis: mundo fit magis celebꝛis. Uirtutum fulget titulis: medetur cecis oculis / polipo fico calculi: febꝛibus moꝛbis singulis. Hidentem in fiacrio: nulla tedet coꝛruptio. Pia cui⁹ deuotio: purgat ab omnibitio. Euāge. Sint lūbi. In cōi ko. xi. Offz. Meritas mea ⁊ misericoꝛdia mea cū ipso: ⁊ in noie meo exaltabitur coꝛnu eius. Secta.

Da nobis q̄s dñe semp hec tibi vota gratāter persoluere quibus sancti confessoꝛis tui fiacrij depositionem recolimus ⁊ pzesta: vt in eius semper laudē tuam gloziam pzedicemus. Per dñm nr̄m ihesum.

Felicis ⁊ adaucti Secreta.

Hostias tibi dñe tue plebis intēde: ⁊ quas in honoꝛe sanctoꝛum tuoꝛū deuota mente celebꝛat: pficere sibi sentiat ad salutē. P do.

Egidij abbatis. Secreta.

Sacris altaribus domine hostias superpositas / sanct⁹ agi-

lus abbas in salutem nobis puenire depoſcat. P do. Cōio. Fidelis seruus ⁊ pzudens quē cōstituit dñs super familiam suā: vt det illi in tēpore tritici mensuram. Postcōio.

Sumptū dñe celestis remedij sacramētū: ad perpetuam nobis puenire gratiam: beat⁹ fiacrius confessoꝛ tuus obtineat. Per dñm.

Felicis ⁊ adaucti. Postcōio.

Bepleti dñe muneribus quesumus / vt intercedentibus sanctis tuis in gratiarum tuarum semper actione maneamus. P dñm no.

Egidij abbatis. Postcōio.

Protegat nos dñe cū tui perceptione sacramēti beat⁹ agilus abbas p nobis intercedendo: vt cōuersatiōis ei⁹ expiamur insignia ⁊ intercessionis ei⁹ pcipiam⁹ suffragia. P do.



Pauli epi memo. Oco.

Exaudi dñe pces nostras quas in sancti pauli cōfessoꝛis tui atq̄ pōtifiḉ solēnitate deferim⁹: vt qui tibi digne meruit famulari: ei⁹ intercedētib⁹ meritis ab oībus nos absoluas pcis. P. Secta.

Propitiare dñe supplicationibus nostris: ⁊ intercedēte pro nobis sancto paulo confessoꝛe tuo atq̄ pōtifice: his sacramētis celestibus seruiētes: ab oīi culpa liberos esse concede: vt purificante nos tua gratia / hilsdē quib⁹ famulamur mysterijs emūdemur. P do. Postcōio.

Tnobis domine tua sacrificia dent salutē: beat⁹ paulus confessoꝛ tuus atq̄ pontifex quesumus pcatoꝛ accedat. Per dominū.

Egidij abbatis. Introitus.



Os iusti meditabitur sapientiam: ⁊ lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in coꝛde ipsius. ℣. Noli emulari in malignātibus: neq̄ zela-

ueris facientes iniquitatē. Gria pa. Kyrie eleyson. Gloria in ex. Ofo.

Intercessio nos quesum⁹ dñe beati egidij abbatis cōmēdet: vt quod nostris meritis nō valem⁹: eius patrocinio assequamur. P do.

Pisci martyris memoria. Ofo.

Omnipotens sempiterne deus foꝛtitudo certantium / ⁊ martyꝛum palma: solēnitatem hodierne diei pꝛopitius intuere: ⁊ ecclesiam tuam continua fac celebꝛitate letari: vt intercessione beati pꝛisci martyꝛis tui: omnium in te credentium vota perficias. Per dñm no. Epla. Dedit dñs cōfessionem. In cōi co. ir. ℣. Dñe pꝛeuenisti eū in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coꝛonā de lapide pciosо. ℣. Uitam petiit ⁊ tribuisti ei longitudinē dierum in seculū seculi. Hallelupa. ℣. Iste sanctus digne in memoꝛiam vertitur hominum: qui ad gaudium transiit angelozum. Pzosa.

Pꝛomat pia vox cantoꝛis: huius laudem cōfessoꝛis / ipsum laudās pꝛecipuus choꝛus: fit festinus ⁊ canoꝛ⁹. Fide fuit deo car⁹: mundi quoq̄ stirpe clarus: mundi tamen spꝛenit fastum: se conseruans deo castum. Adhuc euo puerilis: sensu fuit tam subtilis: q̄ in bꝛeui fit doctoꝛum: doctoꝛ ipse doctoꝛū. Ardens intus charitate: foꝛis lucet honestate: intus ardens vis amoꝛis: per exemplū lucet foꝛis. Dum languenti pꝛebet vestem: mox languoꝛis fugat pestem / ex diuina dans virtute / vestem simul cum salute. Quicq̄ uid rerum possidebat: chꝛisto dedit quem colebat / fit egenus vt egent: fiant ei⁹ bonis plent. Dū egenis hoc impēdit: chꝛist⁹ ei plus rependit / dās pro chꝛisto trāsitura: pꝛomeretur p manſura. Quod fateri rex veretur: scelus scire pꝛomeretur / chꝛistus ei reuelauit: scel⁹ q̄ rex perpetrauit. Nam altari dum

Hostias tibi dñe p̄ sanctorū martyrum tuorū dionysij/rustici/⁊ eleutherij commemoratione deferimus suppliciter obsecrantes: vt et indulgētiam nobis pariter cōferant ⁊ salutem. Per do. Postcō.

Sumptus dñe pign⁹ redemptionis eterne: sit nobis ḡs interuenientib⁹ sanctis martyribus tuis dionysio/rustico/⁊ eleutherio vite p̄sentis auxilium/pariter et future. Per do. ¶ Eodē die luciani socioꝝq; ei⁹ marty. memo. Oco.

Deus q̄ nos cōcedis sanctorū martyrū tuorū luciani sociorūq; eius natalitia colere: da nobis in eterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per do. Secreta.

Munera tibi dñe nre deuotiōis offerim⁹ q̄ et p tuorū tibi grata sint honore sctōrū: ⁊ nob⁊ salutaria te miserāte reddant. P. Postcō.

Presta nob⁊ ḡs dñe intercedētibus sctis tuis luciano cū sociis suis: vt q̄ ore contigimus: puramēte capiam⁹. P dn. ¶ In octa. sancti pauli: omnia fiunt sicut in die: cū memoria sancti Cerbonij epi. Oco.

Adiuuās omnipotens deus: vt beati cerbonij cōfessoris tui atq; pōtificis venerāda solēnitas: ⁊ deuotionē nobis augeat ⁊ salutē. P. Secta.

Hostias tibi dñe p cōmemoratione sci cerbonij confessoris tui atq; pōtificis offerim⁹ supliciter deprecātes: vt sicut illi p̄buisti sacrā fidei claritatē: sic nobis indulgētiā largiaris ⁊ pacem. Per. Postcōio.

Presta ḡs omnipotens deus: vt de preceptis munerib⁹ gras exhibentes beneficia potiora sumamus. P. ¶ Quinta die octa. sancti pauli cadit festū sancti cognogani epi ⁊ cōfessoris: sed est trāslatum vsq; post octa. beati pauli. Ad missam. Introit⁹.

Statuit ei dominus testamētū pacis: et principē fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternū. ℣. Miasdomini in eternū cātabo. Gloria p̄i. Kyrie eleyson. Oratio.

Laudi dñe p̄ces nras/quas in sancti cognogani cōfessoris tui atq; pōtificis solēnitate deferim⁹ vt q̄ tibi digne meruit famulari: ei⁹ intercedētib⁹ meritis/ab oib⁹ nos absoluas pctis. p dn. Epla. Ecce sacer. in cōi fo. xx. ℣. Ecce sacerdos magnꝰ qui in diebꝰ suis placuit deo. ℟. Nō est inuentꝰ similis illi: qui cōseruaret legē excelsi. ℣. Alla. ℟. Posui adiutoriū super potentē: ⁊ exaltaui electū de plebe mea. Prosa. Cognogane inclyte. In cōi fo. xx. Euāgel. Homo quidam peregre. in cōi fo. xx. Offr. Meritas mea et misericordia mea cum ipso: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Propitiare dñe supplicationibus nostris: ⁊ intercedēte p̄o nobis sctō cognogano cōfessore tuo

atq; pōtifice: his sacramētis celesti bus seruitētes: ab oīi culpa liberos esse concede: vt purificante nos tua gratia/ hilōē quib⁹ famulamur mysterijs emūdemur. ℣ do. Lōio. Beatus seruus quē cū venerit dñs inuenerit vigilantē: amē dico vobis: supra ona bona sua cōstituet eū. Postcōio.

Da nobis domine tua sacrificia dēt salutē: btūs cognoganus confessor tu⁹ atq; pōtifex q̄sumus peatoz accedat. Per dominū.

℣ Luce euangeliste. Introitus.

Os iusti meditabitur sapientiā/ & lingua ei⁹ loquetur iudiciū ler dei eius in coꝛde ipsi⁹. ℣s Noli emulari in malignātib⁹ neq; zelaueris faciētes iniq̄tatē. Gl̄ia pa. Kyrie eleyso. Gloꝛia in excelsis deo. Oratio.

Intercedat pro nobis q̄s domine sanctus tuus lucas euāgelista: qui crucis moꝛtificationem iugiter in suo coꝛpoꝛe pro tui nominis honoꝛe poꝛtauit. Per dominū.

℣ Herblaudi cōfesso. mēo. Oratio.

Da quesum⁹ omnipotēs deus vt beati herblaudi confessoris tui venerāda solemnitas: & deuotionem nobis augeat & salutem. Per do. ℣ Lectio libri apocalipsis beati iohannis apostoli. iij.

In diebus illis. Vidi ostium apertum in celo: & prima vox quā audiui/ tanq̄ tube loquētis mecū dicēs. Ascende huc: & ostendā tibi q̄ oporteat fieri cito. Post hec statim fui in spiritu. Et ecce sedes posita erat in celo: & supra sedē sedēs. Et q̄ sedebat similis erat aspectui lapidis/ talpidis/ & sardinis. Et iris erat in circuitu sedis: similis visionis smaragdine. Et in circuitu sedis: sedilia viginti quatuoꝛ. Et sup thꝛonos viginti quatuoꝛ seniozes sedētes circūamicti vestimētis albis: et in capitibus eoꝛū coꝛone auree. Et de thꝛono pꝛocedebāt fulgura: et voces/ et tonitrua: & septē lāpades ardētes ante thꝛonū: que sunt septē spiritus dei. Et in conspectu sedis tanq̄ mare vitreū simile cristallo/ & in medio sedis/ & in circuitu sedis: quatuoꝛ animalia plena oculis ante & retro. Et animal pꝛimū: simile leoni. Et secundū animal: simile vitulo. Et tertiū animal: habens faciē quasi hois. Et quartum animal: simile aquile volanti. Et quatuoꝛ aialia singula eoꝛū: habebāt alas senas. Et in circuitu/ et intus plena sunt oculis. Et requiē non habebant: die ac nocte dicētia. Sanctus/ sanctus/ sanct⁹: dñs deus omnipotens: qui erat & qui est/ & qui venturus est. Et cū darent illa animalia gloꝛiā et honoꝛē & benedictionē sedenti super thꝛonū viuenti in secula seculoꝛū: pꝛocidebant viginti quatuoꝛ seniozes ante sedentem in thꝛono. Et adoꝛabant viuentem in secula seculoꝛum. ℣ Beatus vir qui timet dñm: in mandatis eius cupit nimis. ℟. Potens in terra erit semen eius: generatio rectoꝛum benedicetur. Alla. ℣. Pꝛimus ad tpō dicet ecce assum et hierusalem euangelistam dabo. Pꝛosa.

Iocūdare plebs fidelis/ cuius pater est in celis: recolēs ezechielis/ pphete pꝛeconia. Iohānes testis ipsi/ dicēs in apocalypsi: vere vidi vere scripsi/ vera testimonia. Circa thꝛonū maiestatis/ cū spiritibus beatis: quatuoꝛ diuersitatis/ astant aialia. Hoꝛmam pꝛimam aquilinā/ et secundā leoninā: sed humanam et bouinam/ duo geruntalta. Hoꝛme foꝛmāt figurarum/ foꝛmas euāgelistarum: q̄bus imber doctrinarū stillat in ecclesia. Hi sunt marcus et matheus/ lucas et quēm zebedeus: tibi pater milit deus/ dum lꝛaret retia. Hoꝛmā

viri dant matheo/ quia scribit sic de deo: sicut descendit ab eo/ quē plasmauit hominē. Lucas bos est in figura/ vt pꝛemonstrat in scriptura: hostiarū tangēs iura/ legis sub velamine. Marcus leo per desertum/ clamans rugit in apertum: iter fiat deo certū/ mundum coꝛ a crimine. Sed iohānes ala bina/ charitatis aquilina foꝛma fertur in diuina puriozi lumine. Ecce foꝛma bestialis quā scriptura pphetalis/ notat sed materialis/ hec est impositio. Quꝛrunt rotis/ volāt alis/ visus sensus spiritalis: rota gressus est equalis/ ala contēplatio. Quatuoꝛ describūt isti/ quadꝛifoꝛmes actus chꝛisti & figuram vt audisti quisq; sua foꝛmula. Natus homo declaratur/ vitulus sacrificatur: leo moꝛtē depꝛedatur/ & ascendit aquila. Paradisus his rigatur/ viret floꝛet fecūdatur: his abūdat his letat/ quatuoꝛ fluminib⁹. Hons est chꝛist⁹ hi sunt riui/ fons est alt⁹ hi pꝛoclini: vt saporē foutis vini/ ministrēt fidelib⁹. Noxū trahat nos doctrina/ vitioꝛū de sentina: ne sic moꝛte repentina/ dānemur cū impijs. Noxū riuo debꝛiatis/ sitis crescat charitatis: vt supne claritatis/ perfruamur gaudijs. Amen. ℣ Scōm Lucam. x.

In illo tpe. Designauit dñs iesus⁹ & alios septuagita duos: & misit illos binos ante faciē suā in oēm ciuitatē: & locum quo erat ipse vēturus⁹. Et dicebat illis. Messis q̄dē multa operarij aūt pauci. Rogate ergo dñm messis: vt mittat operarios in messē suā. Ite. Ecce ego mitto vos: sicut agnos inter lupos. Nolite poꝛtare sacculū neq; perā neq; calciamēta: & neminē p viā salutaueritis. In quācūq; domū intraueritis: pꝛimū dicite. Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius⁹ pacis: requiescet super illū pax vestra. Sinautē: ad vos reuertetur. In eadē aūt domo manete edētes & bibētes que apud illos sūt. Dignus est enī operarius mercede sua. Non ti⁹. Credo. usq; sūt dñica. Oꝛat. Gl̄ias & honoꝛe coꝛonasti eū & cōstituisti eū sup opera manuum tuaꝝ dñe. Secreta.

Omnis celestibus da nobis q̄s dñe libera mēte seruire: & munera q̄ deferim⁹ interuenīte beato euāgelista tuo luca: & medela nobis operentur & gloꝛiā. ℣ dñm nostrū.

℣ Herblaudi. Secreta.

Hostias tibi dñe pro cōmemoratione sancti herblaudi confessoꝛis tui atq; pontificis offerim⁹ suppliciter deprecantes: vt sicut illi pꝛebuisti sacrā fidei claritatē/ sic nobis indulgētiā largiaris & pacē. Per dñm. Sꝛcfatio tois. Lōio Posuisti dñe in capite eius coꝛonam de lapide pꝛecioso. Postcōio.

Repleti dñe benedictione celesti q̄s clementiā tuā: vt intercedente sctō luca euangelista: q̄ humiliter gerim⁹: salubꝛiter sētiam⁹. ℣ do. ℣ Herblaudi. Postcōio.

Presta q̄s omnipotens deus: vt de pꝛceptis munerib⁹ gratias exhibentes: beneficia potioꝛa sumam⁹. ℣ do. ℣ Sauiniani & potentiani martyꝝ. Introitus.

Intret in conspectu tuo dñe gemit⁹ cōpeditoꝛū redde vicinis nostris septuplū in sinu eoꝛū: vindica sanguinē sctoꝛū tuoꝛū q̄ effusus est. ℣s. De⁹ venerūt gētes i hereditatē tuā polluerūt tēplū sanctū tuū: posuerūt hierusalē i pomoꝛ custodiā. Gl̄ia pāi. Kyrie eleyson. Oratio.

Oīpotēs sempiterne de⁹: qui per gloꝛiosa bella certaminis ad imoꝛtales tꝛiūphos martyꝛes tuos sauinianū & potētianū pōtifices ac socios eoꝛum martyꝛes ertulisti da coꝛdib⁹ nostris dignā pro eoꝛ com-

memoratione letitiã: vt quoꝛũ coꝛpoꝛa pio amoꝛe amplectimur/coꝛũ pꝛecibꝰ adiuuemur. Per do. Epla. Sancti per fidẽ. in cõi. fo. v. ℟. Gloꝛiosus deꝰ in sanctis mirabilis i maiestate faciẽs pꝛodigia. ℣. Dextera tua dñe glozificata est i virtute dextera manus tua confregit inimicos. Alla. ℣. Fulgebũt iusti: ꝛ tãꝙ scintille in arũdineto discurrẽt in eternũ. Pꝛosa. Alla. Mirabilis. in cõi. fol. vij. Euãge. Delectẽdens telus de mõte. in cõi. fo. vij. Offr. Letamini in dño et exultate iusti: ꝛ gloziamini omnes recti coꝛde. Secreta.

SAcrificijs pꝛesentibus dñe ꝙs intende placatus: ꝛ intercedẽtibꝰ sanctis martyꝛibꝰ tuis sauiniano ꝛ potẽtiano ac socijs eoꝛ quoꝛũ solẽnia celebꝛamꝰ: deuotioni nostre pꝛoficiãt ꝛ saluti. Ꝙ dñm no. Cõio. Poluerũt moꝛtalia seruoꝛũ tuoꝛum dñe escas volatilibꝰ celi: carnes sanctoꝛũ tuoꝛũ bestijs terre/ serẽdũ magnitudinẽ bꝛachij tui: possidẽ filios moꝛti punitoꝛũ. Postcõio.

PEr huius dñe operationẽ mysterij: ꝛ vicia nostra purgẽtur ꝛ intercedẽtibꝰ sctis martyꝛibꝰ tuis sauiniano ꝛ potẽtiano ac socijs eoꝛũ quoꝛũ memoꝛiã celebꝛamꝰ iusta desideria cõpleantur. Per dñm no. C Capꝛasij marty. mẽo. Oꝛatio.

PResta ꝙs omps deꝰ: vt qui beati capꝛasij martyꝛis tui natalicia colimus: intercessione eius in tui nominis amoꝛe roboꝛemur. Per dñm. Secreta.

MUneribus nostris ꝙs dñe pꝛecibusq; susceptis: ꝛ celestibus nos munda mysterijs: ꝛ clementer exaudi. Per dñm. Postcõio.

DA ꝙs dñe deus noster: vt sicut cõmemoꝛatiõe martyꝛis tui capꝛasij tẽpoꝛali gratulamur officio: ita ꝙpetuo letemur aspectu. Ꝙ do. C Undeci miliũ vgunſ. Introi.



Audeam⁹ oñes in dño diẽ festum celebꝛantes sub honoꝛe sanctaꝛum virginũ: de quaꝛũ pallione gaudẽt angeli/ et collaudant filiũ dei. ℟s. Eructauit coꝛ meũ verbum bonũ: dico ego opera mea regi. Gloꝛia pa. Kyꝛie el. Gꝛia in ex. Oꝛo.

DA nobis ꝙs dñe deus noster: sanctaꝛũ virginũ martyꝛũꝙ tuaꝛũ palmas incessabili deuotiõe venerari: vt quas digna mente nõ possum⁹ celebꝛare: humilibꝰ saltẽ frequẽtem⁹ obsequijs. Per dñm. C Hylarionis cõfesso. mẽo. Oꝛo.

DA ꝙs omps deus: vt beati hylarionis confessoꝛis tui veneranda solẽnitas: ꝛ deuotionem nobis augeat ꝛ salutẽ. Ꝙ dñm. Epla. Mui gloziak. i cõi. fol. xvij. ℣. Gloꝛiosus deus in sanctis suis: mirabilis in maiestate faciens pꝛodigia. ℣. Dextera tua domie glozificata est in virtute: dextera manꝰ tua cõfregit inimicos. Alla. ℣. Adducentur regi virgines post eã/ pꝛoxime eiꝰ offerentur tibi in leticia. Pꝛosa. Virgines egregie. in cõi. fo. xij. et in pentuno vers. Ursula virgo venerãda. Euãge. Simile est regnũ celoꝛũ decẽ virgi. in cõi. fo. xvij. Offr. Filie regũ in honoꝛe tuo: astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato/ circũdata varietate. Secr.

QUncede quesum⁹ omnipotẽs deus: vt huius sacramẽti munus oblatum: fragilitatem nostrã ab omni malo purget semper ꝛ muniat. Per dñ. C Hylarionis. Secta.

HOstias tibi dñe pꝛo cõmemoꝛatiõe sci hylarionis cõfessoꝛis tui atq; põtificis offerim⁹ suppliciter depꝛecantes/ vt sicut illi pꝛebuisti sacram fidei claritatẽ: sic nobis indulgẽtiam largiaris ꝛ pacẽ. Per dñ. Cõio. Quinq; pꝛudẽtes vir

ginꝭ acceperunt oleũ in vasis suis cũ lãpadib⁹ media aũt nocte clamoꝛ factꝰ est/ ecce sp̃õsus venit/ exite obuiam chꝛisto dño. Postcõio.

MUnera tua nos deus a delectatiõibus terrenis expediãt et per intercessionem sanctaꝛũ virginum martyꝛũꝙ tuaꝛũ celestibus semp instruãt alimẽtis. Per dñm. C Hylarionis. Postcõio.

PResta ꝙs omnipotẽs deus vt de pceptis muneribus gratias exhibentes: beneficia potioꝛa sumamus. Per do. C Melon epi. et confessoꝛis. Introitus.



STatuit ei dñs testamentũ pacis: ꝛ pꝛincipẽ fecit eũ vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. ℟s. Mias dñi in eternũ cantabo. Gloꝛia pa. Kyꝛie el. Gloꝛia in excel. Oꝛatio.

EXaudi dñe pces nostras quas in sancti meloni confessoꝛis tui atq; pontificis solẽnitate defertmus vt qui tibi digne meruit famulari: eius intercedentibus meritis/ ab oĩb⁹ nos absolnas peccatis. Ꝙ do. C Marie salome matrone memo.

EXaudi nos deus salutaꝛis nr̃e: vt sicut de bt̃e marie salome festiuitate gaudem⁹ ita pie deuotiõis eruditamur effectu. Ꝙ. Epla. Ecce sacerdos mag. In cõi. fo. xiij. ℟. Iurauit dñs ꝛ non penitebit eum: tu es sacerdos in eternum secundũ oꝛdinẽ melchisedech. ℣. Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Alla. ℣. Posui adiutoꝛiũ super potentẽ: et exaltaui electũ de plebe mea. Pꝛosa. Supne matris. in cõi. fo. xij. Euange Homo quidã peregre. in cõi. fol. x. Offr. Veritas mea ꝛ mia mea cũ ipso et in nomine meo exaltabitur coꝛnu eius. Secreta.

PRopitiare dñe supplicationibus nostris: ꝛ intercedẽte pꝛo nobis sancto melono confessoꝛe tuo atq; pontifice/ his sacramentis celestibus seruientes: ab omni culpa liberos esse concede: vt purificante nos tua gratia hildem quibus famulamur mysterijs emundemur. Per dominum nostrum telum chꝛi. C Marie salome. Secreta.

ACcepta tibi dñe sit sacre plebis oblatio: pꝛo tuoꝛũ honoꝛe sanctoꝛũ quoꝛũ se meritis percepisse/ de tribulatione cognoscit auxiliũ. Per dominum. C Beatus seruus quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilantẽ: amen dico vobis/ supoĩa bona sua constituet eũ. Postcõ.

TU nobis domie tua sacrificia dent salutem: beatus melonus confessoꝛ tuus atq; põtifex: ꝙs pꝛecatoꝛ accedat. Per dñm nostrũ. C Marie salome. Postcõio.

SAnctifica dñe familiã tuam muneribus sacris: eius ꝙs interuentione nos refoue: cuius solemnia celebꝛamus. Per dñm. C Seuerini epi ex confessoꝛis. Introitus.



STatuit ei dñs testamentũ pacis/ ꝛ pꝛincipẽ fecit eũ: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. ℟s. Mias dñi: in eternũ cantabo. Gloꝛia patri. Kyꝛie eleyson. Oꝛatio.

DEus qui beatum seuerinum confessoꝛem tuum atq; pontificem hodierna die susceptiꝛi: concede pꝛopitius: vt qui eius gaudem⁹ meritis pꝛouocemur exemplis: et eius intercessione veniam ꝛ vitam habere mereamur eternam. Per dominũ nostrum telũ chꝛistũ. Epla. Ecce sacerdos magnus. in cõmũi. fo. xx. ℟. Ecce sacerdos magnus: qui in diebꝰ suis placuit deo. ℣. Non est inuentus similis illi qui cõseruaret legem excelsi. Alla. ℣. Inueni dauid seruum meum: oleo sancto

meo vnxi eum. Pzosa. Hic sanctus. in cõi fo.tuj. Euãgel. Homo quidã peregre. in cõi fol. x. Offy. Veritas mea ⁊ misericozdia mea cũ ipso: ⁊ in noie meo exaltabit coznu eius. Secta.

HEc sacra nos ꝯs dñe q̃ p̃ vene rãdis beati seuerini cõfessozis tui atq; põtificis deferim⁹ meritis: vicula peccatozũ nostrozũ soluant: ⁊ ei⁹ obtentu ab oib⁹ tueamur aduersis. Per do. Cõio. Beat⁹ seruus quem cũ venerit dñs inuenerit vigilantem: amen dico vobis sup omnia bona sua constituet eum. Postcõio.

DIgnũ munus perpetue salutis sumẽtes clementiã tuam omnipotens deus: supplices imploramus: vt beato seuerino cõfessoze tuo atq; põtifice intercedẽte vite celestis p̃mia cõsequi mereamur. P̃ do.

℣ Magloziꝰ cõfessoꝛ. Introitꝰ.



Tatuit ei dñs testamentũ pacis: ⁊ p̃rincipẽ fecit eũ vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. ℣. Miasꝰ dñi: in eternum cantabo. Gloria pa. Kyrie eley. Gria in ex. ℣ fo.

EXaudi dñe p̃ces nostras quas in sancti magloziꝰ cõfessozis tui atq; põtificis solẽnitate deferimus vt qui tibi digne meruit famulari: eius intercedentib⁹ meritis ab omnibus nos absoluas pctis. Per do. Epla. Ecce sacerdos. In cõi fol. ix. ℣. Jurauit dñs ⁊ non penitebit eũ: tu es sacerdos in eternũ secũdũ ozdinẽ melchisedech. ℣. Dixit dominꝰ dño meo: sede a dextris meis. ℣ Alla. ℣. Posui adiutozĩ super potẽtẽ: et exaltaui electũ de plebe mea. Pzosa. Magloziꝰ inclyte. in cõi fo. x. Euãg. Homo q̃dã pegre. in cõi fo. x. Offy. Veritas mea ⁊ mia mea cũ ipso: ⁊ in noie meo exaltabit coznu eius. Secta.

PRopitiare domine supplicationib⁹ nostris: ⁊ intercedente pzo nobis sancto magloziꝰ cõfessoze tuo atq; pontifice: his sacramentis celestibus seruientes: ab omni culpa liberos esse concede: vt purificante nos tua gratia: hisdem quibus famulamur mysterijs emundemur. Per dñm nꝝm ihesum xp̃m.

Cõmuno. Fidelis seruus ⁊ pzudẽs quem constituit dominus super familiam suam: vt det illi in tempoze tritici mensuram. Postcõio.

VT nobis domine tua sacrificia dent salutem beatus magloziꝰ confessoꝛ tuus atq; pontifex quesumꝰ: pzecatoꝛ accedat. Per dñm nꝝm ihesum xp̃z. ℣ Goeznouei epiꝰ cõfessoꝛis. Introitus.



Tatuit ei dñs testamentũ pacis: ⁊ p̃rincipẽ fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternũ. ℣. Misericozdias dñi in eternum cãtabo. Gria pri. Kyrie eleyson. Oratio.

ADesumus omnipotẽs deus vt beati goeznouei confessoris tui atq; pontificis veneranda solennitas: ⁊ deuotionem nobis augeat ⁊ salutem. Per dñm nostrum. ℣ Crispini ⁊ crispiniani martyꝝ memoꝛia. Oratio.

DEus qui nos cõcedis sanctoꝝ martyꝝ tuoꝝ crispini ⁊ crispiniani natalitia colere: da nobis in eterna beatitudine de eoꝝ societate gaudere. Per dominũ nostrũ ihesum chꝝistũ filiũ tuũ. Qui te. Epistola. Dedit dominus cõfessionem sancto suo. Quere in cõi fo. ix. ℣. Jurauit dominus ⁊ non penitebit eum: tu es sacerdos in eternũ secundum ozdinem melchisedech. ℣. Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis. ℣ Alleluya. ℣. Sacerdos magnus goeznoueus qui in diebus suis placuit deo: et inuentus est iustus. Pzosa. Goeznouee

inclyte. in cõi. fo. x. Euangel. Sint lumbi. fo. xj. Offy. Inueni dauid seruũ meũ: ⁊ in oleo sancto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: et bzachiũ meũ confoztabit eũ. Secta.

HOstias tibi dñe pzo cõmemoratione sancti goznouei confessozis tui atq; pontificis offerim⁹ suppliciter deprecantes: vt sicut illi pzebuisti sacrã fidei claritatẽ / sic nobis indulgẽtiã largiaris ⁊ pacẽ. Per do. ℣ De sanctis. Secreta.

MUnera tibi domine nostre deuotionis offerim⁹: que ⁊ pzo tuoꝝ tibi grata sint honoze sancto rũ: et nobis salutaria te miserante reddantur. Per dñm. Cõio. Beat⁹ seruus quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilantẽ: amẽ dico vobis / sup oĩa bona sua cõstituet eũ. Postcõio.

PResta q̃s ops deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibẽtes: beneficia potioꝛa sumam⁹ Per do. ℣ De sanctis. Postcõio.

PResta nobis quesum⁹ domine: intercedẽtib⁹ sanctis tuis crispino et crispiniano: vt que ozẽ cõtigim⁹ pura mẽte capiam⁹. P̃ õ. ℣ Aloziꝰ epiꝰ cõfessoꝛis. Introitꝰ.



Tatuit ei dñs testamentũ pacis: ⁊ p̃rincipẽ fecit eũ vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. ℣. Miasꝰ dñi: in eternum cantabo. Gloria pa. Kyrie eleyson. Oratio.

EXaudi dñe p̃ces aostras quas in sancti aloziꝰ confessozis tui atq; põtificis solẽnitate deferimus vt qui tibi digne meruit famulari: eius intercedentib⁹ meritis ab omnibus nos absoluas pctis. Per do. Epla. Ecce sacerdos. in cõi. fol. ix. ℣. Ecce sacerdos magnus qui i diebus suis placuit deo. ℣. Non est inuentus similis illi: qui conseruaret legem excelsi. Alla. ℣ Posui adiutoꝛiũ super potentẽ: ⁊ exaltaui electũ de plebe mea. Pzosa. Hic sãctꝰ. in cõi. fol. xiij. Euãge. Homo quidã peregre. in cõi. fol. x. Offy. Veritas mea ⁊ mia mea cũ ipso: ⁊ in nomine meo exaltabitur coznu eius. Secreta.

PRopitiare dñe supplicationibus nostris: ⁊ intercedẽte pzo nobis sancto aloꝛio confessoꝛe tuo atq; põtifice: his sacramẽtis celestibus seruiẽtes: ab oĩi culpa liberos esse concede: vt purificante nos tua gratia / hisdẽ quib⁹ famulamur mysterijs emũdemur. P̃ do. Cõio. Beatus seruus quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilantẽ: amẽ dico vobis: sup oĩa bona sua cõstituet eũ. Postcõio.

VT nobis domine tua sacrificia dẽt salutẽ: beatꝰ aloꝛius confessoꝛ tuus atq; pontifex quesumus ꝓcatoꝛ accedat. Per dominũ. ℣ In vigilia apostoloꝝ symonis ⁊ iude. Si dominica fuerit. Missa erit de dominica. Et memoꝛia de vigilia. Introitus.



ATtret in conspectu tuo dñe gemitꝰ cõpeditoꝛũ: redde victus nostris septuplũ in sinu eoꝝ: vindica sanguinẽ sanctoꝝ tuoꝝ qui effusus est. ℣. Deus venerũt gentes in hereditatẽ tuam: polluerũt templum sanctũ tuum posuerũt hierusalẽ in pomoꝛum custodiam. Gloꝛia patri. Kyrie eleyson. Oratio.

QUocede q̃s ops dꝛus: vt sicut apostoloꝝ tuoꝝ symonis ⁊ iude: gloꝛiosa natalitia pꝛeuenim⁹ sic ad tua beneficia ꝓmerenda mansuetudẽ tuã p̃ nobis ipsũ pꝛeueniãt. Per õ. ℣ Florentij mar. meo. Octo.

QUesta q̃s ops de⁹: vt qui beati florẽtij martyꝛis tui natalitia colimus: intercessione ei⁹ / tui nominis amoꝛe roboꝛemur. Per õ. Epla. Hi sunt virt. in cõi. fo. vj. ℣.

Mindica dñe sanguinē sanctozū tuo rū qui effusus est. ℣. Posuerūt moz talia seruozū tuozū dñe escas volatilib⁹ celi: carnes sanctozū tuozū be stijs terre. Euāge. Ego sum vitis. in cōi. fol. ij. Non ō. Credo. Offr. Exultabunt sancti in gloria: letabū tur in cubilibus suis; exultationes dei in faucibus eozum. Secreta.

MUneribꝰ nostris dñe apostolozū tuozū symonis & iude ke sta pcedimꝰ/ qs vt q̄ cōsciētie nostre hpediunt obstaculis: illozū meritis grata p nobis tibi reddantur. Per dñm nostrū. ℂ Florentij. Secreta.

MUneribus nostris qs dñe pre cibusq; suscepti: & celestibus nos mūda mysterijs & clemēter ex audi. Per dñz. Cōio. Justozū aie in manu dei sunt & non tāget illos toz mentum malicie visi sunt oculis in sipientiū mozi: illi autē sūt in pace. Postcōio.

SUmpto dñe sacra mēto suppliciter deprecamur vt intercedentibꝰ apostolis tuis sy mone & iuda q̄ tēporaliter gerimꝰ: ad vitā capiamus eternā. Per do. ℂ Florentij. Postcōio.

DAqs dñe deus noster: vt sicut cōmemoratiōe martyris tui florētij tēporali gratulamur officio ita ppetuo letemur aspectu. Per ō. ℂ In die apostolozum symonis et iude. Ad missam. Introitus.

MIchi aūt nimis hono rati sūt amici tui deus: nimis cōforta tus est principatus eozum. ℣. Dñe pro basti me et cognouisti me tu cognouisti sessionem meā & resurrectionē meā. Gl'ia. Kyrie el'. Gl'ia i ex. Oratio.

DEus qui nos per beatos apo stolos tuos symonem & iudā: ad agnitionem tui nominis perue nire tribuisti: da nobis eozum gloriam sempiternam: et pficiēdo celebrare: & celebrando pficere. Per dñm. ℂ Faronis epīmēo. Oratio.

DAq̄suмus omnipotēs deꝰ vt beati faronis confessozis tui atq; pontificis veneranda solēnitas: et deuotionem nobis augeat et salutem. Per dñm. Epla. Jānō estis hospi. In cōi. fol. j. Nimis honozati sunt amici tui deus: nimis confoztatus est pncipatꝰ eozū. ℣. Dinumerabo eos & sup arenā multi plicabūtur. Alla. ℣. Non vos me elegistis sed ego elegi vos et posui vos vt eatis & fructū afferatis & fru ctꝰ vester maneat. Prosa. Clare sāctozū. In cōi. fo. j. Euangel. Hoc est pceptum. In cōi. folio. j. Credo. Offr. In omnem terram exiuit so nus eozū: & in fines orbis terre ver ba eozum. Secreta.

GLozīā dñe sanctozū apostoloz rū tuozū symonis & iude per petuā recolentes/ qs: vt eandē sa cris muneribꝰ expiati: dignꝰ cele bremus. Per. ℂ Faronis. Secreta.

HOstias tibi dñe pro cōmemo ratione sancti faronis confes sozis tui atq; pontificis offerimus suppliciter deprecantes: vt sicut ti li prebuisti sacram fidei claritatem sic nobis indulgētiam largiaris et pacem. Per do. Prefatio. De dñe. Cōio. Vos qui secuti estis me: sedebitis super sedes iudicantes duode cim tribus israel. Postcōio.

PErceptis domine sacramen tis supplices te rogamus: vt intercedentibus sanctis tuis apo stolis symone et iuda: que pro illo rum veneranda gerimus passione: nobis proficiāt ad medelā. P dñm. ℂ Faronis episcopi. Postcōio.

PResta quesumus omnipotēs deus: vt de perceptis mune ribus gratias exhibētes: beneficia potiora sumamus. Per dominum nostrum. ℂ In translatione sancti puonis confessozis. Introitus.

OSi iusti meditabitur sapiētiam & lingua eius loquet iudiciū ler dei eiꝰ in cozde ipsi⁹. ℣. Noli emulari in malignātibꝰ neq; zelaueris facientes iniquitatē. Gl'ia pa. Kyrie el'. Oratio.

DEus qui beatū puonē cōfes sozē tuū innumeris decozasti miraculis: te suppliciter deprecamur vt qui hodierna die ipsi⁹ trāslatio nē celebramꝰ: eiꝰ meritis & precibꝰ apud te patrocinia sentiamus. Per dñm nostrum iesum christum filiū tuū. Epla. Dedit dñs. in cōi. fol. iij. ℣. Sancte puo qui mozuos suscita tas/ precibus tuis ab operibus moz tuis diuerte famulos tuos. ℣. Ne pro reatibꝰ suis pulsi a christi ianuis inter desides fatuos/ ferant ignes perpetuos. Alla. ℣. Decoz cleri do ctoz veri/ sancte puo nos visita laus sanctozū lux rectozum/ deū pro no bis flagita. Prosa.

DEcus ac decoz gallie/ lux et splendoz britānie: laus & hono z trecozie/ beatus puo colit. Ergo laudes eximie/ sue debentur memo rie: ac preimmense gloze/ qua in ce lo perfruitur. Ubi ad ipso cernitur ter in serena facie: & celsus thronus marte/ qui regis throno iungitur. Illic sibi cōceditur/ subuenire pro pitie: humane indulgētie: vt per oz bē dignoscitur. Mortuis vita redditur/ egris salus refundit: cecis lux restituitur/ claudis gressus reuertitur. Mutozū lingua soluit/ vinctoz rū funis rūpitur. Aqua currēs diuiditur/ postis lōgus efficitur. Incēdium extinguitur/ maris tumoz reprimitur. Idropilis cōsumitur et paralitis tollitur. Cū hostia sus tollitur/ fulgoz circūprospicit: fe tus in matre mozitur/ sed icolumis oritur. Cauper lozdens suscipitur secū simul cōuescitur: & dū inde re-



Etabitur iustus in dño & sperabit in eo & laudabuntur oēs recti corde. ℣. Exaudi deus oratiōē meā cū deprecoz a timoze inimici eripe

animam meam. Gloꝛia patri. Kyrie eleyson. Gloꝛia in excel. Oꝛatio.

DEus q̄ nos beati lucani martyꝛis tui annua solēnitate letificas: cōcede ꝓpitius: vt cui⁹ natalitia colim⁹: etiam actiones imitemur. Per. Epla. Beat⁹ vir q̄ in sa. in cōi so. iij. ℟. Posuisti dñe sup caput eius coꝛonā de lapide ꝓciosο. ℣. Desideriū aīe tribuisti ei: & volūtate labioꝝ ei⁹ nō fraudasti eū. Alla. ℣. Letabit iust⁹ in dño & sperabit in eo: & laudabūtur omnes recti coꝛde. Ꝓiosa. Superne ma. in cōi so. iij. Euāge. Si quis vult. in cōi so. iij. Offe. Gloꝛia & honoꝛe coꝛonasti eū: & constituisti eum super opera manuum tuaꝝ domine. Secreta.

HOstias tibi dñe beati lucani martyꝛis tui dicatas meritis benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue ꝓuenire subsidium. P. Cōio. Qui vult venire post me abneget semetipsum: & tollat crucem suam & sequatur me. Postcōio.

QUesumus omn̄s deus: vt qui celestia alimēta ꝓcepim⁹: intercedente btō lucano martyꝛe tuo per hec contra aduersa oia muniamur. P do. ¶ In vigilia omnium sctoꝝ etiā si fuerit domi. Introit⁹.

TImete dñm omnes sancti ei⁹: q̄m nihil deest timētib⁹ eum: diuites eguerunt et esurierunt inquirentes aut̄ dñm nō deficient omni bono. ℣. Benedicā dñm in omni tpe: semper laus ei⁹ in oꝛe meo. Gl̄ia patri. Kyrie eleyson. Nō dicitur Gloꝛia in excelsis. Nisi sit dñica. Oratio.

DOmine deus noster multiplica super nos gratiā tuam: et quoꝝ ꝓuenim⁹ glorioſa solēnia: tribue subsequi in sancta ꝓfessione letitiam. Per do. ¶ Memoria sancti quintini martyꝛis. Oratio.

ADesto dñe supplicationibus nostris: & intercessione beati quintini martyꝛis tui perpetuā nobis misericoꝛdiam benign⁹ impende. Per do. ¶ Lectō libri apocalypsis beati iohannis apostoli. v.

IN dieb⁹ illis. Ecce ego iohānes vidi in medio thꝛoni: et quatuoꝛ animalium: & in medio seniοꝝ agnū stantem tanq̄ occisum: habētem coꝛnua septē: & oculos septem: qui sunt septē spūs dei missi in omnē terram. Et venit: & accepit de dextera sedētis in thꝛono libꝝ. Et cum aperuisset libꝛum: quatuoꝛ animalia: & viginti quatuoꝛ seniοꝛes ceciderūt coꝛam agno: habētes singuli citharas et phialas aureas plenas odoꝛamētoꝝ: que sunt oꝛationes sanctoꝝ. Et cātabāt cāticū nouū dicētes. Dign⁹ es dñe de⁹ accipere libꝝ: & aperire signacula eius: quoniā occisus es: et redemisti nos deo in sanguine tuo ex omni tribu: & lingua: & populo: & natione: & fecisti nos deo nostro regnū: & sacerdotes: & regnabūt super terrā. Et vidi & audiui vocē angeloꝝ multoꝝum in circuitu thꝛoni: & seniοꝝ & aialium: & erat numer⁹ eoꝝ milia milium: voce magna dicētium. Sal⁹ deo nostro sedēti super thꝛonum: et agno. Dignus est agn⁹ qui occisus est accipere virtutē: & foꝛtitudinem & gloꝛiam: & benedictionē: in secula seculoꝝ. Amen. ℟. Timete dominum oēs sancti ei⁹: q̄m nihil deest timētibus eū. ℣. Inquirētes aūt dñm: nō deficiēt omni bono. Si sit dñica. Alla. ℣. Sancti & iusti in dño gaudete: vos elegit deus in hereditatē sibi. Ꝓiosa nulla. Euāge. Descēdēs iesus de mōte. in cōi so. vij. Non dicitur Credo. nisi sit dñica. Offe. Letamini in domino & exultate iusti: & gloriamini oēs recti coꝛde. Secreta.

ALtare tuū dñe deus muneribus sacr̄ cumulam⁹ oblatis:

da quesumus: vt ad salutē nostram omnium sanctoꝝum deꝓcatione ꝓficiant quoꝝ solemnia venturа ꝓcurrimus. Per dñm nostrū. ¶ Quintini martyꝛis. Secreta.

HOstias domine quas tibi oferimus ꝓpitius suscipe et intercedente beato quintino martyꝛe tuo: vincula peccatoꝝ nostroꝝ absolue. Per do. Cōio. Beati mundo coꝛde: quoniā ipsi deū videbunt: beati pacifici quoniā filij dei vocabūtur: beati qui persecutionem patiūtur ꝓpter iustitiā: quoniam ipsoꝝum est regnū celoꝝum. Postcōio.

SAcramentis & gaudijs domine optata celebꝛitate expletis quesumus: vt eoꝝum ꝓcibus adiuuemur: quoꝝum recoꝛdationibus exhibentur. Per dñm nostrū iesum. ¶ Quintini martyꝛis. Postcōio.

PResta quesumus domine vt sacramenti tui participatione vegetati: sancti quoq̄ martyꝛis tui quintini ꝓcib⁹ adiuuemur. Per dñm nostrum. ¶ In die omniū sanctoꝝum. Ad missam. Introitus.

GAudeam⁹ omnes i dño diē festū celebꝛātes sub honoꝛe sanctoꝝum oim de quoꝝ solemnitate: gaudēt ageli & collaudant filiū dei. ℣. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. Gloꝛia pa. Kyrie el. Gloꝛia in excel. Oꝛatio.

OMnipotens sempiterne deus: qui nos omniū sanctoꝝū meita sub vna tribuisti celebꝛitate venerari: quesumus: vt deliberatam nobis tue ꝓpitiationis abundātiam: multiplicatis intercessoꝛibus largiaris. Per dñm nostrū. ¶ Memoria nulla. ¶ Lectio libri apocalipsis bti Iohannis apostoli. vij.

ECce ego iohannes vidi alterum angelum ascendentē ab oꝛtu solis: habentē signū dei viui: et clamauit voce magna quatuoꝛ angelis quibus datū est nocere terre & mari dicens. Nolite nocere terre & mari: neq̄ arboꝛib⁹: quoadusq̄ signemus seruos dei nostri in fꝛōtibus eoꝝ. Et audiui numerū signatoꝝ: centū quadꝛaginta quatuoꝛ milia signati ex oi tribu filioꝝ israel. Ex tribu iuda: duodecim milia signati. Ex tribu ruben: duodecim milia signati. Ex tribu neptali duodecim milia signati. Ex tribu aser: duodecim milia signati. Ex tribu gad: duodecim milia signati. Ex tribu manasse: duodecim milia signati. Ex tribu symeon: duodecim milia signati. Ex tribu leui: duodecim milia signati. Ex tribu isachar duodecim milia signati. Ex tribu zabulon: duodecim milia signati. Ex tribu ioseph: duodecim milia signati. Ex tribu beniamin: duodecim milia signati. Post hec vidi turbā magnam quā dinumerare nemo poterat ex omnib⁹ gentibus & tribubus et populis: & linguis: stantes ante thꝛonum in conspectu agni amicti stolis albis: et palme in manibus eoꝝ. Et clamabāt voce magna dicentes. Salus deo nostro: qui sedet super thꝛonum & agno. Et omnes angeli stabant in circuitu thꝛoni et seniοꝝum & quatuoꝛ animalium: et ceciderunt in conspectu thꝛoni in facies suas. Et adoꝛauerunt deum: dicentes amen. Benedictio et claritas: & sapientia: & gratiarū actio: honoꝛ: & virtus: & foꝛtitudo deo nostro: in secula seculoꝝum. Amen. ℣. Gloꝛiosus deus in sanctis suis: mirabilis in maiestate faciens ꝓdigia. ℣. Dextera tua domine gloꝛificata est in virtute: dextera manus tua cōfregit inimicos. Alla. ℣. Judicabunt sancti nationes & dominabun-

tur populis: et regnabit illorum rex in eternum. Oratio.

Alleluya. Christo inclyta cā dida nostra: canunt melodia agmina. Laudes omnibus dancia sanctis: p hec sacrata festalia. Mariam primum vox sonet nostra: per quam nobis sunt vite data premia. Regina que es mater et casta: terge nostra per filium facinora. Angelorum concio sacra et archangelorum turma valida. Nostra diluant iam peccata: prestando supernam celi gloriā. Tu propheta preco lucerna: atq; pluriq; propheta. Tu lucida nos pone via: emundās nostra corpora. Apostolorum princeps omnium: et cuncta simul caterua. Iam corpora vera quesumus in doctrina / plebis pectora. Stephane gloriose rutilans in corona: sanctorumq; martyrum / turma valida. Horrida date corda corpora eque firma nostra vt hostem vincāt rite spicula. Diuisio. Martine inclyte prelulum omnis caterua. Suscipe nunc pia: hec nostra clemens precata. Diuisio.

Regina virginū premarima / tu mater es incorrupta: vgo et grauida. Sacrata dño et castitas / nostras serua animas mūdaq; corpora. Electorum venerāda suffragia. Omniūq; sanctorum contubernia. Per precata assidua: nostra gubernēt tempora. Quosq; ducant ad superna: polorū vera gaudia. Subiungant pium agmina. Amē redēpta. Cōz matthēū v.

In illo tempore. Videns iesus turbas: ascendit in montem. Et cum sedisset accesserunt ad eum discipuli eius. Et aperiens os suū: docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam: quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequētur. Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt. Beati pacifici: quoniam filij dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati eritis cum maledixerint vobis homines et persecuti vos fuerint et dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter me. Gaudete in illa die et exultate: quoniam merces vestra: copiosa est in celis. Credo.

Offertorii. Mirabilis deus in sanctis suis: deus israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue benedictus deus. Secreta.

Munera tibi domine nostre de quotidiis offerimus: que et pro cunctorum tibi grata sint honore sanctorum et nobis salutaria te miserante reddātur. Per dñm nostrū. Prefatio cōis. Cōio. Gaudete iusti in domino alleluya: rectos decet collaudatio alleluya. Postcōio.

Da quesumus domine fidelibus populis omnium sanctorum semper veneratione letari: et eorum perpetua supplicatione muniri. Per dominū nostrum iesum.

Nota q illud festum non habet octa. In commemoratione defunctorum post tertiam et ante processionem / dicuntur cōmendationes. Si dominica fuerit: fit aqua benedicta. Ad missam. Introitus.

Requiem eternā dona eis domine et lux perpetua luceat eis ps. Te decet hymnus deus in syon: et tibi reddetur votum in hierusalem / exaudi orationem meam ad te omnis caro veniet. Requiem eternā. Oratio.

Fidelium deus omnium conditor et redemptor animabus famulorum famularumq; tuarum remissionem cunctorū tribue peccatorū: vt indulgentiam quam semp optauerunt / pijs supplicationibus consequātur. Qui viuis et regnas.

Lectio libri machabeorū. ij. xij.

In diebus illis. Vir fortissimus iudas collatione facta duodecim milia dragmas argenti misit hierosolymā offerri ea ibi pro peccatis mortuorū: iuste et religiose de resurrectione cogitans. Nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret: superfluū videretur et vanum / orare p mortuis. Et quia considerabat / q hi qui cum pietate dormitionem acceperant: optimā haberēt repositā gratiam. Sancta ergo et salubris est cogitatio pro defūctis exorare: vt a peccatis soluātur. R. Si ambulē in medio vmbre mortis nō timebo mala qm tu mecū es dñe. V. Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt. Tractus.

Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te de⁹. V. Sitivit anima mea ad deū viuū: quando veniā et apparebo ante faciem dei mei. V⁹. Fuerunt mihi lachrime mee panes die ac nocte: dum dicitur mihi per singulos dies: vbi est deus tuus.

Secundum Johannem. v.

In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Amen amen dico vobis quia venit hora et nunc est quando mortui audient vocem filij dei: et qui audierint viuent. Sicut enim pater habet vitā in semetipso sic dedit et filio vitā habere in semetipso. Et potestatem dedit ei iudicij facere: quia filius hominis est. Nolite mirari hoc: quia venit hora in qua oēs qui in monumētis sunt: audient vocē filij dei. Et procedēt qui bona fecerunt: in resurrectionē vite. Qui vero mala egerunt: in resurrectionē iudicij. Offertorii. Dñe iesu xpe rex glorie: libera animas omniū fidelium defunctorum de manu inferni et de profundo lacu. libera eas de ore leonis ne absorbeat eas tartarus ne cadant in obscura tenebrarū loca sed signifer sanctus michael representet eas in lucē sanctā. Quā olim abrahe promisti et semini eius. Secreta.

Hostias et preces tibi domine offerimus. Tu suscipe pro animabus illis quarum hodie memoriam agimus: fac eas dñe de morte trāsire ad vitā sanctam. Quam olim. Secreta.

Hostias quas tibi dñe pro animabus famulorū famularūq; tuarum offerimus ppiciatus intēde vt quibus fidei christiane meritum contulisti / dones et premium. Per dñm nostrū. Cōio. Lux eterna luceat eis domine: cum sanctis tuis in eternum quia pius es. Postcōio.

Animabus quesumus domine famulorū famularūq; tuarum oratio proficiat supplicantiū: vt eas et a peccatis omnibus exuas et tue redemptionis facias esse participes. Qui viuis. Eustachij sociorūq; eius martyrum. Oratio.

Deus qui beatum eustachiū martyrē tuū in tētationibus probasti: et probatū coronasti ipsi⁹ sociorūq; ei⁹ meritis in omni tribulatione tuum nobis presta auxiliū: et sempiterne cōsolationis interminabile gaudiū. Per dominum nostrum. Secreta.

Sit tibi ꝗs ops deus hoc holocaustū qđ tibi offerimus acceptabile: sicut illud qđ tibi obtulit / q pctā nra in cruce pēdēs suo sāguine lauit / atq; intercedentibus sanctis martyribus tuis eustachio cum sociis suis dignos ac deuotos ad tua sancta sumenda nos prepara. Per dñm nostrum iesum. Postcōio.

Presta q̄s oms̄ deus: vt sicut beatus eustachius cum socijs suis in celesti claritate pur⁹ rutilat sic sancta que sumplim⁹ ipsis interc̄dētibus p̄o nobis nos tibi puros efficiat. Per dñm nostrū iesum xp̄m.

¶ Guēnaeli abbatis. Introitus.

Os iusti meditabitur sapiēciam ⁊ lingua eius loquet iudiciū. lex dei ei⁹ in corde ipsius. ℣. Noli emulari i malignātib⁹ neq̄ zelaueris facientes iniquitatē. Glia pa. Kyrie el. Oco.

Intercessio nos q̄s dñe beati guēnaeli abbatis cōmēdet: vt quod nostris meritis nō valemus: eius patrocinio assequamur. ℣ do. Epla. Justum deduxit in cōi fo. ix. ℣ Dñe p̄uenisti eū in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius corona de lapide p̄ciosо. ℣ Vitam petiit ⁊ tribuisti ei lōgitudinē dierū in seculū seculi. Alla. ℣ Iste sanct⁹ digne in memoriā vertit hominū/qui ad gaudiū transijt angelorū. Prosa. Mūdi etate. in cōi fol. xi. Euāgel Nemo accēdit. in cōi fo. xi. Offr. Desiderium aie eius tribuisti ei dñe: ⁊ voluntate labiorū eius non fraudasti eū: posuisti in capite eius corona de lapide p̄ciosо. Secreta.

Sacris altaribus dñe hostias superpositas sanct⁹ guēnael⁹ abbas/in salutem nobis p̄uenire deposcat. Per. Cōio Semel iurauī in sancto meo: semen ei⁹ in eternum manebit: ⁊ sedes ei⁹ sicut sol in conspectu meo: ⁊ sicut luna perfecta in eternū ⁊ testis i celo fidelis. Postcō.

Prosequat nos domine cū tui perceptione sacramenti: beatus guēnaelus abbas p̄o nobis intercedendo: vt conuersationis eius experiamur insignia: ⁊ intercessionis eius percipiam⁹ suffragia. Per.

¶ Clari epi scopi ⁊ mar. Introit⁹.

Letabitur iustus in dño ⁊ sperabit in eo ⁊ laudabuntur oēs recti corde. ℣. Exaudi deus oratiōnē meā cū deprecor a timore inimici eripe aiam meā. Glia p̄i. Kyrie el. Oco.

Misericordiā nostram respice omps deus: ⁊ quia p̄ōd⁹ proprie actiōis grauat: beati clari martyris tui atq̄ pontificis/intercessio gloriosa nos protegat. Per. Epla. Just⁹ si morte p̄reoc. In cōi fol. viij. ℣ Beatus vir q̄ timet dñm: in mandatis ei⁹ cupit nimis. ℣ Potens in terra erit semen eius: generatio rectorū benedicetur. Alla. ℣ Letabitur iustus in dño ⁊ sperabit in eo: et laudabūtur oēs recti corde. Prosa. Organicis. in cōi fol. viij. Euāgel. Si q̄s vult. in cōi fol. viij. Offr. In virtute tua dñe letabitur iustus: et super salutare tuum exultabit vehemēter: desiderium aie ei⁹ tribuisti ei.

Hostias tibi dñe clari Scta. martyris tui atq̄ pōtificis dicatas meritis benign⁹ assume: ⁊ ad perpetuum nobis p̄uenire subsidium. Per. Cōio. Qui vult venire post me abneget semetipsum: ⁊ tollat crucē suā ⁊ sequat̄ me. Postcōio.

Refecti participatione muneris sacri quesumus dñe deus noster: vt cuius exequimur cultum/sentiam⁹ effectū. Per do. ¶ Sancti marcelli epi ⁊ cōfessoris. Introit⁹.

Statuit ei dñs testamentū pacis: ⁊ principē fecit eū vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. ℣. Misas dñi: in eternum cantabo. Gloria pa. Kyrie eley. Glia in er. Oco.

Da nobis q̄s dñe famulis tuis inuiolabilē fidei firmitatem: vt beati marcelli cōfessoris tui atq̄ pōtificis trālitū celebrātes/meritis ipsius interuenientib⁹: regni celestis gaudia cōsequamur. Per dñm.

¶ Letti epi ⁊ cōfessoris. Oratio.

Da q̄s oms̄ deus: vt beati letti cōfessoris tui venerāda solēnitas: ⁊ deuotionē nobis augeat et salutē. Per dñm. Epla. Ecce sacerdos ma. in cōi fo. ix. ℣ Ecce sacerdos magn⁹ q̄ i diebus suis placuit deo. ℣ Nō est inuent⁹ similis illi: q̄ cōseruaret legē excelsi. Alla. ℣ Posui adiutoriū sup potentē: ⁊ exaltaui electū de plebe mea. Prosa.

Gaude superna ciuitas: noua frequentans cantica. Accrescit tibi dignitas: murorū surgit fabrica. Haber ⁊ fabri filij: te reclauant in melius. Habri mens et industria: relucet in materia. In tua transit menia: marcellus gēma p̄sulū. Tibi p̄sens ecclesia p̄sentat hunc carbunculū. Chorus concordi spū: psallat in eius transitu. Grex pastoris miracula: retractet mente sedula. Dum ferrū candēs ponderat: adhuc etate tenera. Calorem tactu temperat: ferri p̄dicit pondera. Dū seruus christi p̄sulī: ministrat aque calicē. Christus ad laudē seruuli: mutat in vinū laticem. Nec minus est miraculum/quod succedit in ordine: dum ferēs aque vasculū/haurit crisma de flumine. Vinū ⁊ crisma p̄sulis p̄ferebant indicta: per quē baptisma populis/per quem sacratur hostia. Gradu minor q̄ meritis/vocem larat antistitis: promotus in pontificem fert opem reo duplicem. Sacris astans altaribus/vinctū videt in populo: soluit a pene nexibus/et a peccati vinculo. In serpente visibili/triūphat in diūbilē: sic christus inuisibili/vtute ditat humilē. Marcelle pater respice nos pietatis oculo. Sub huius adhuc lubrice: carnis gemētes vinculo. Te di-

ligentes vnice: te recolentes sedulo. Cōforz lucis angelice: celi subscribe titulo. Amen. Euange. Sint lumbi. In cōi fo. xj. Offr. Veritas mea ⁊ mia mea cū ipso: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu ei⁹. Secrēt.

Propitiare dñe supplicationibus nostris: ⁊ intercedēte p̄o nobis sancto marcello cōfessore tuo atq̄ pontifice/his sacramentis celestibus seruientes: ab omni culpa liberos esse concede: vt purificante nos tua gratia hildem quibus famulamur mysteriis emundemur. Per dominum. ¶ Letti. Secrēt.

Hostias tibi dñe p̄o cōmemoratione sancti letti confessoris tui offerim⁹: suppliciter: vt sicut illi p̄rebuisti sacrā fidei claritatē: sic nobis indulgentiā largiaris et pacem. Per dñm nostrū.. Cōio. Beat⁹ seruus quē cū venerit dñs inuenerit vigilantē: amen dico vobis/sup oia bona sua constituet eū. Postcō.

Tua nobis domie tua sacrificia dēt salutem: beatus marcelnus confessor tuus atq̄ pōtifex: q̄s p̄cator accedat. ℣. ¶ Letti. Postcō.

Presta q̄s omnipotēs deus vt de perceptis muneribus gratias exhibentes: beneficia potiora sumamus. Per do. ¶ Melanij epi et confessoris. Introitus.

Statuit ei dominus testamētū pacis: et principē fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternū. ℣. Misas domini in eternū cātabo. Gloria pi. Kyrie eleyson. Oratio.

Exaudi dñe p̄ces nr̄as/quas in sancti melanij confessoris tui atq̄ pōtificis solēnitate deferim⁹ vt q̄ tibi digne meruit famulari: ei⁹ intercedētibus meritis/ab omnibus nos absoluas peccatis. Per dominum nostrum iesum christum filiū.

¶ Leonardi abbatis meo. Oratio.

INtercessio nos ꝗs dñe beati leonardi abbatis cōmendet: vt quod nostris meritis non valemus: eius patrocinio assequamur. Per dñm. Epla. Ecce sacerdos. In cōi. fo. ix. ℟. Jurauit dñs ⁊ non penitebit eū: tu es sacerdos in eternū secundū ordinē melchisedech. ℣. Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. ℟lla. ℣. Posui adiutoriū super potentē: et exaltaui electū de plebe mea. Prosa. Hic sanctus cuius. In cōi. fo. iiij. Euange. Homo quidam peregre. In cōi. fol. x. Offr. Veritas mea ⁊ misericordia mea cū ipso: ⁊ in nōie meo exaltabit cornu eius. Secā.

PRopitiare domine supplicationibus nostris: ⁊ intercedēte pro nobis sancto melanio cōfessore tuo atq; pontifice his sacramentis celestibus seruientes: ab omni culpa liberos esse concede: vt purificante nos tua gratia, hisdem quibus famulamur mysteriis emundemur. Per dominū nostrum iesum.

¶ De sancto leonardo. Secreta.

SAcris altaribus dñe hostias superpositas sanctus leonardus abbas in salutē nobis prouenire deposcat. Per dominū nostrum iesum. Cōio. Beatus seruus quē cum venerit dñs inuenerit vigilantem: amen dico vobis sup oīa bona sua cōstituet eum. Postcōio.

UT nobis domie tua sacrificia dent salutē: beatus melanius confessor tuus atq; pontifex ꝗs precator accedat. Per dñm nostrum.

¶ De sancto leonardo. Postcōio.

PRotegat nos dñe cū tui perceptione sacramenti beatus leonardus abbas pro nobis intercedendo: vt conuersationis eius experiamur insignia; et intercessionis eius percipiamus suffragia. Per dominum nostrum iesum christum.

¶ Ildufi abbatis. Introitus.



Sinistri meditabitur sapientiā: ⁊ lingua eius loquetur iudicii: lex dei ei⁹ in corde ipsius. ps. Noli emulari in malignātib⁹: neq; zelaueris facientes iniquitatem. Gloria patri. Kyrie eleyson.

Oratio.

INtercessio nos ꝗs dñe beati ildufi abbatis commēdet: vt quod nostris meritis non valemus eius patrocinio assequamur. Per dominū nostrū iesum christum filiū.

¶ De sancto herculiano epō ⁊ martyre memoria. Oratio.

IMmensitatē nostram respice omps deus: ⁊ quia pond⁹ pro pprie actionis grauat beati herculiani martyris tui atq; pontificis/ intercessio gloriosa nos protegat. Per dñm. Epla. Dedit dñs. In cōi. fo. ix. ℟. Os iusti meditabitur sapientiā: et lingua ei⁹ loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in corde ipsius: et non supplantabūtur gressus ei⁹. ℟lla. ℣. Iste sanctus digne in memoriam vertitur hominū: qui ad gaudiū trāsiit angelorū. Prosa. Mundi etate. In cōi. fo. x. Euange. Nemo accendit. In cōi. fol. x. Offr. Desiderium aīe eius tribuisti ei dñe: ⁊ voluntate labiorū ei⁹ nō fraudasti eū. posuisti in capite eius coronā de lapide pciosо. Secā.

SAcris altaribus dñe hostias superpositas sanctus ildufus abbas in salutē nobis prouenire deposcat. Per dñm nostrum.

¶ De sancto herculiano. Secreta.

HOstias tibi domie herculiani martyris tui atq; pōtificis dicatas meritis benignus assume: et ad perpetuū nobis tribue prouenire subsidiū. Per dñm. Cōio. Semel iuraui in sancto meo/ semen eius in eternum manebit: ⁊ sedes eius sicut sol in cōspectu meo: et sicut luna perfecta in eternum: et testis in celo fi-

delis. Postcōio.

PRotegat nos domie cum tui perceptione sacramenti beatus ildufus abbas pro nobis intercedendo: vt conuersationis eius experiamur insignia: ⁊ intercessionis eius percipiamus suffragia. Per dominū nostrū iesum christum filiū.

¶ Percultant. Postcōmunio.

BEfecti participatione muneris sacri/ quesumus dñe deus noster: vt cuius exequimur cultum lentiamus effectum. Per dñm nostrū iesum christum. ¶ Quatuor coronatorum martyrum. Introitus.



Ntret in conspectu tuo dñe gemit⁹ cōpeditorū: redde vicinis nris septuplū in sinu eorū: vindicta sanguinē sanctorū tuorū qui effusus est. ps. Deus venerunt gētes in hereditatē tuā: polluerunt templum sanctū tuū/ posuerunt hierusalem in pomorū custodiam. Gloria patri. Kyrieeleyson.

Oratio.

PResta quesumus omps deus vt q̄ gloriosos martyres tuos seuerū/ seuerianū/ carpoforū/ atq; victorinū/ fortes in sua confessione cognouim⁹: pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per dñm. Epla. Justorū anime. In cōi. fo. vj. ℟. Vindica dñe sanguinē sanctorū tuorū qui effusus est. ℣. Posuerunt mortalia seruorū tuorū escas volatilibus celi: carnes sanctorū tuorum bestijs terre. ℟lla. ℣. Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione: et lauerunt stollas suas/ et dealbauerunt eas in sanguine agni. Euāge. Cum audieritis. In cōi. fo. vij. Offr. Exultabunt sancti in gloria letabūtur in cubilibus suis: exultationes dei in faucibus eorum. Secreta.

BEnedictio tua domine larga descendat/ que ⁊ munera nostra deprecantibus sanctis tuis tibi reddat accepta: ⁊ nobis sacramentum redemptionis efficiat. Per dominum nostrū iesum christū filiū.

Cōmunio. Poluerunt mortalia seruorū tuorum domine escas volatilibus celi: carnes sanctorum tuorum bestijs terre. secundū magnitudinē brachij tui posside filios mortis punitorum. Postcōmunio.

AFectibus sacramentis refecti ⁊ gaudijs/ supplices te domine deprecamur: vt quorum gloriamur triumphis protegamur auxilijs. Per dñm nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum vi.

¶ Sancti maturini cōfes. Introitus.



Os iusti meditabitur sapientiam: et lingua eius loquetur iudicium/ lex dei ei⁹ in corde ipsius. ps. Noli emulari in malignantibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem. Gloria patri ⁊ filio. Kyrie eleyson. Gloria in excelsis deo. Oratio.

Item si q̄s aliquo casu gule/eucharistiā enomuerit: vomit⁹ ille debet incinerari: & cineres iuxta altare debent recōdi. Et si fuerit cleric⁹/monachus/presbyter/vel diacon⁹. xl. dieb⁹ penitet/episcop⁹. lxx. laicus xx. Si vero ex infirmitate enomuerit: quinq; dieb⁹ penitet.

Qui vero non bene custodit sacramentum: ita q̄ mus vel aliud aial comederit. xl. dieb⁹ penitet.

Qui autem perdiderit illud: vel pars eius ceciderit/& non fuerit inuenta. xxx. diebus penitet. Eadem

penitentia videtur dignus sacerdos per cuius negligentiam putrescunt hostie consecrate. Dictis autem diebus/penitens debet ieiunare: et a communione et a celebratione abstinere. Pōlatis tamen circunstantijs delicti ꝫ persone: potest minui vel augeri penitentia predicta secundum arbitrium discreti cōfessoris. Hoc tamen tenendum est: ꝙ vbicunq; inueniuntur species sacramenti integre: reuerenter sumēde sunt: ꝙ si sine periculo fieri non potest: sunt tamen pro reliquijs reseruande.

Item si hostia vel pars hostie inuēta fuerit sub palla vel corporali/et dubitatur si est consecrata vel non: debet eam post sumptionē sanguinis reuerenter sumere. vt in titulo de celebra. missarū plenius inuenies.

Item circa materiam sanguinis/vide ne sit agresta/vel vinum ita debile: ꝙ nullo modo habeat speciem vini. Ne si aqua rubea expressa de pāno intincto in vino rubeo. Ne sit acetum vel vinum omnino corruptum. ne sit claretum vel vinum de moris/aut malogranatis confectū quia verā speciē vini non retinent.

Conficiens cum vino quod est in via corruptionis vel ad corruptionē tendens: grauissime peccat (licet conficiat) quoniam non retinet speciem vini.

Item cauendum est/ne apponatur nisi modicum de aqua: quia si tantum poneretur ꝙ speciem vini tolleret: non conficeretur.

Item si qua hic desunt: requirantur in summa et electura Hostiēn. in titulo de celebra. missarum.

Cuius cautele misse.

Oratio ante missam.

Summe sacerdos et vere pontifex qui te obtulisti deo patri hostiam purā ꝫ immaculatā in ara crucis pro nobis miseris peccatoribus quiq; dedisti carnem tuam ad manducandum et sanguinē tuum ad bibendum ꝫ posuisti istud mysterium in virtute spiritus tui dicens. Hec quotienscunq; feceritis in mei memoriam facietis. Ego vero miserrimus huius venerande passionis cōfugio ꝫ accedo ad altare tuum licet peccator indignus: vt offeram tibi sacrificium quod tuipse instituisti ꝫ offerri precepisti in commemoratione tua: p salute nostra. In quo quidem caro tua in veritate sumitur. Sanguis tuus in veritate bibitur: ima summis/diuina humanis cōiunguntur. Sed quis digne hoc celebrare potest: nisi tu deus omnipotens offerente feceris dignū? Certe scio ꝫ idipsum bonitati tue cōfiteor ꝙ non sum dignus accedere ad tantum mysterium propter nimia peccata mea ꝫ negligentias meas infinitas. Sed ꝫ scio et veraciter credo toto corde ꝫ ore cōfiteor quia tu potens es me facere dignum qui sum de indignis: dignos: de immundis mundos de peccatoribus iustos: facis ꝫ sanctos. Per hanc igitur omnipotentiam tuā et inenarrabilem charitatem implorando clementiā tuam te rogo vt mihi peccatori quē inter cetera dona ad officiū sacerdotale vocare dignatus es: nullis meritis: sed sola dignatione misericordie tue concedere digneris hoc celeste sacrificium celebrare ac tantum tractare mysterium ea reuerentia ꝫ honore deuotione ꝫ timore: ac cordis puritate: quibus decet: de ipsoq; credere/intelligere/sentire/firmiter retinere/dicere ꝫ cogitare/quod tibi placet et expedit anime mee ita vt placide ac benigne suscipias sacrificiū de manibus meis ad salutem mei et omnium tam viuorū ꝫ defunctorū. Qui viuis ꝫ regnas.

Laus deo.

Incipit cōmune sanctorum plurium non habentiū. Et primo in vigilia vni⁹ apostoli. Ad missam. Introit⁹.



Go aūt sicut oliua fructificaui in domo domini speraui in misericordia dei mei: et expectabo nomē tuum qm̄ bonū est ante conspectum sanctorum tuorum. ℣. Quid gloriaris in malitia: q̄ potens es in iniquitate. Gloria pa. Non ō. Alia in excel. nisi sit dñica. Oratio.

Oncede quesumus omnipotens deus: venturā beati. N. apostoli tui solennitatem/congruo preuenire honore: ꝫ venientē/digna celebrare deuotione. Per dominum nostrū iesum christū filium tuum. Qui tecum. Lectio libri sapientie. Ecclesiasti. xliij. et. xlv.

Benedictio domini sup caput iusti: ideo dedit illi hereditatē/et diuisit ei partē in tribubus duodecim: ꝫ inuenit gratiam in conspectu omnis carnis. Et magnificauit eum in timore inimicorū: et in verbis suis monstra placauit. Glorificauit illū in cōspectu regū: ꝫ ostendit illi gloriam suam. In fide ꝫ lenitate ipsius sanctū fecit illū: ꝫ elegit eū ex omni carne. Et dedit illi cor ad precepta: et legē vite ꝫ discipline/ et excelsum fecit illū. Statuit illi testamentum eternū: ꝫ circūcinxit eum zona iustitie. Et induit eum dñs corona glie. ℣. Justus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabit in domo dñi. ℟. Ad annunciandū mane miam tuam: ꝫ veritatē tuam per noctē. Si dñica fuerit. Alla. ℟. In omnē terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorū. Prosa nulla

Secundum iohannem. xv.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Ego sū vitis vera: ꝫ pater meus agricola est. Omnem palmitē in me nō ferentē fructū: tollet eū. Et oēm qui fert fructū: purgabit eū: vt fructū plus afferat. Jā vos mundi estis ꝓpter sermonē quē locutus sum vobis. Manete in me: et ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructū a semetipso/ nisi manserit in vite: sic nec vos/ nisi in me manseritis. Ego sum vitis: vos palmites. Qui manet in me: et ego in eo hic fert fructum multū: quia sine me nihil potestis facere. Si q̄s in me non manserit: mittetur foras sicut palmes/et arescet. ꝫ colligent eum: et in ignem mittent/ et ardet. Si manseritis in me: et verba mea in vobis manserint: quodcunq; volueritis petetis: ꝫ fiet vobis. Credo. non dicitur: nisi sit dominica Offr. Gloria et honore coronasti eū: et cōstituisti eū super opera manuū tuarum domine. Secreta.

Accepta sit tibi domine nostre deuotionis oblatio: ꝫ ad sancti apostoli tui N. precatores nos faciat peruenire festiuitatem. Per dō. Prefatio communis. Communio. Magna est gloria eius i salutari tuo gloriam et magnum decorem impones super eum dñe. Postcōmunio.

Presta nobis eterne largitor/ eius nos vbiq; ꝓtegi oratione: cuius natalicia per hec sancta q̄ sumpsim⁹/ votiuo prenenimus obsequio. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum.

In natali vnius apostoli vel plurimorum. Officium.

Mihi autē nimis honorati sūt amici tui deus: nimis cōfortatus est principat⁹ eorū. ℣. Dñe probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā & resurrectionem meam. Gloria patri et filio. Mihi autem. Gloria in excelsis deo. Oratio.

DEus qui nos beatorū apostorū tuorū cōmemoratione letificas: presta q̄sum⁹: vt quorū gaudemus meritis / unstenamur exēplis. Per dñm. Lectio epistole beati pauli apostoli. Ad ephesios. iij.

FRatres. Jam nō estis hospites et aduene: sed estis cines sanctorū / & domestici dei. Superedificati super fundamētū apostolorū et prophetarū: ipso summo angulari lapide christo iesu. In quo omnis edificatio cōstructa: crescit in tēplū sanctum in domino. In quo et vos coedificamini: in habitaculū dei in spiritu sancto. Ad romanos.

FRatres. Scimus quoniā diligentibus deū / omnia cooperantur in bonū: his qui secūdū propositum vocati sūt sancti. Nā quos prescauit / & destinauit cōformes fieri imaginis filij sui: vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autē predestinauit: hos et vocauit. Et quos vocauit hos & iustificauit. Quos autē iustificauit: illos & magnificauit. Quid ergo dicemus ad hec? Si deus pro nobis: quis cōtra nos? Qui etiā proprio filio suo non pepercit sed pro nobis omnib⁹ / tradidit illū. ℣. Constitues eos principes sup omnē terrā memores erunt nominis tui dñe. ℣. Pro patrib⁹ tuis nati sunt tibi filij: propterea populi confitebūtur tibi. ℣. In omnē terrā exiuit sonus eorum: & in fines orbis terre verba eorum. ℣. Celi enarrāt gloriā dei: et opera manuū eius annunciat firmamētum. ℣. Dies diei eructat verbum: & nox nocti indicat sciē tiam. ℣. Non sunt loquele neq; sermones: quorum non audiantur voces eorū. ℣. In oēz terrā exiuit son⁹ eorū: & in fines orbis terre verba eorū Secundum Johannem. xv.

IN illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Hoc est precep-

tum meum: vt diligatis inuicem / sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet: vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis: si feceritis que ego precipio vobis. Jam nō dicam vos seruos: quia seruus nescit quid faciat dñs eius. Vos autē dixi amicos: q̄ omnia quecūq; audiui a patre meo / nota feci vobis. Non vos me elegistis / sed ego elegi vos: & posui vos vt eatis / et fructum afferatis: et fructus vester maneat. vt quod cunq; petieritis patrem in nomine meo: det vobis. Credo. ℣. Quoties de aplis celebrat preterq; in vigilia ipsorū Secūdum matthēum. x.

IN illo tpe. Dixit ihesus discipulis suis. Ecce ego mitto vos: sicut oues in medio luporū. Estote ergo prudētes sicut serpētes: & simplices sicut colūbe. Cauete autē ab hoibus. Tradēt em̄ vos in cōsilijs: & in synagogis suis flagellabūt vos. Et ad reges & p̄sides ducemini propter me: in testimoniū illis & gentibus. Cū autē tradēt vos: nolite cogitare quomodo: aut q̄d loquamini Dabitur em̄ vobis in illa hora: quid loquamini. Nō enim vos estis qui loquimini: sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Tradet autē frater fratrem in mortem: et pater filium: & insurgent filij in parētes / & morte eos afficient. Et eritis odio omnib⁹ hominib⁹: p̄pter nomē meū Qui autē perseuerauerit usq; in finē: hic salu⁹ erit. Secōm Johānē. xv.

IN illo tpe. Dixit ihesus discipulis suis. Hec mando vobis: vt diligatis inuicē. Si mūd⁹ vos odit scitote q̄a me priorē vobis odio habuit. Si de mūdo fuissetis: mundus quod suū erat diligeret. Quia vero de mūdo nō estis: sed ego elegi vos de mūdo: propterea odit vos mūd⁹. Memētote sermonis mei quē ego dixi vobis. Nō est seruus maior domino suo. Si me persecuti sūt: & vos p̄sequētur. Si sermonē meū seruauerunt: et vestrum seruabunt. Sed hec omnia facient p̄pter nomē meū: quia nesciunt eum qui me misit. Si non venissem: & locutus fuissem eis peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habēt de peccato suo. Qui me odit: et patrem meum odit. Si opera nō fecissem in eis que nemo ali⁹ fecit: peccatū nō haberent. Nūc autē viderūt et oderunt: & me et patrē meū. Sed vt impleatur sermo q̄ in lege eorū script⁹ est: quia odio habuerūt me gratis. Secundum Johannem. xv.

IN illo tpe. Dixit ihesus discipulis suis. Ego sū vitis: vos palmites. Qui manet i me & ego in eo: hic fert fructū multū q̄z sine me nihil potestis facere. Et si q̄s in me nō mānserit: mittet foras sicut palmes / & arescet & colligēt eū: & in ignē mittent / & ardet. Si mānseritis in me: et verba mea in vobis mānserint: quod cunq; volueritis petetis: et fiet vobis. In hoc clarificat⁹ est pater me⁹ vt fructū plurimum afferatis: & efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater: et ego dilexi vos: manete in dilectione mea. Si precepta mea seruaueritis: manebitis in dilectione mea / sicut et ego patris mei precepta seruaui: et maneo in ei⁹ dilectiōe. Hec locut⁹ sum vobis: vt gaudium meum in vobis sit. Et gaudium vestrum impleatur. Secundum Lucam. xviij.

IN illo tempore. Facta est cōtentio inter discipulos: quis eorum videretur esse maior. Dixit eis ihesus. Reges gentiū dominātur eorū: et qui potestatem habent sup eos: benefici vocātur. Vos autem non sic. Sed qui maior est in vobis fiet sicut iunior. Et qui precessor est sicut ministrator. Nam quis maior est: qui recumbit / an qui ministrat.

Nonne qui recumbit? Ego autē in medio vestrū sum: sicut q̄ ministrat. Vos aūt estis qui permansistis mecum / in temptationibus meis. Et ego dispono vobis / sicut dispositit mihi pater meus regnū: vt edatis / et bibatis super mensam meam / in regno meo. Et sedeatis super thronos: iudicantes duodecim tribus israel. ℭ Secundū matheum. cap. v.

In illo tpe. Dixit ihesus discipulis suis. Vos estis sal terre Quod si sal euanuerit: in quo saliet̄ur? Ad nihilum valet vltra nisi vt mittatur foras / & cōculcetur ab hominibus. Vos estis lux mūdi. Non potest ciuitas abscōdi / supra montē posita. Neq; accendūt lucernā & ponunt eā sub modio / sed sup candelabrum: vt luceat oībus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominib⁹: vt videāt opa vestra bona: et glorificēt patrē vestrū / qui in celis est. Offr. Constitues eos principes super oēm terrā: memores erūt nois tui: in omni pgenie & generatione. Offr. Mihi aūt nimis honorificati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorū. Offr. In oēm terrā exiuit sonus eorū: & in fines orbis terre verba eorū. Secr.

Munera dñe que p apostolorū tuorū cōmemoratione deferimus / propicius suscipe: & mala oia q̄ iuste meremur / auerte. Per dñm. Prefatio. Te dñe. Cōio. Vos q̄ secuti estis me: sedebitis sup sedes iudicātes duodecī trib⁹ israel. Cōio. Ego vos elegi de mundo: vt eatis & fructū afferatis: & fruct⁹ vester maneat. Cōio. Amen dico vobis q̄ vos qui reliquistis oīa & secuti estis me: centuplum accipietis: et vitam eternam possidebitis. Postcommunio.

Quesumus dñe salutaribus repleti mysterijs: vt quorū memoriam celebramus: eorum orationib⁹ adiuuemur. Per dñm nostrū.

ℭ In natali vnius martyris. Ad missam. Officium.

Letabit iust⁹ in dño & sperabit in eo & laudabuntur oēs recti corde. ℣. Exaudi deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Gloria patri. Letabitur iustus. ℭ Alius Introitus.

In virtute tua dñe letabitur iustus: et sup salutare tuū exultabit vehementer: desiderium anime eius tribuisti ei. ℘s. Et voluntate labiorū eius nō fraudasti eū. Gloria patri. ℟. In virtute tua domine. ℟. ℭ Alius Introitus.

Protexisti me deus a cōuentu malignantiū alleluya: a multitudine operantiū iniquitatem alleluya alleluya. ℣. Exaudi deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animā meam. Gloria patri. Protexisti me deus.

ℭ Alius Introitus.

Justus vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabit̄ / plantatus i domo dñi: i atrijs domus dei nostri. ℘s. Bonū est cōfiteri dño: & psallere nomini tuo altissime. Gloria. ℭ Alius introit⁹.

Justus nō conturbabitur quia dñs firmat manum eius. tota die miseretur et cōmodat: & semē eius in benedictione erit / et in eternum conseruabitur. ℘s. Noli emulari in malignantibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem. Gloria.

ℭ Alius Introitus.

Gloria & honore coronasti eum: & constituisti eū sup opera manuū tuarū. ℘s. Dñe dñs noster

q̄ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Gloria patri. Gl'ia & ho.

ℭ De vno martyre epo. Oratio.

Firmitatem nostram respice omnipotens deus: et quia pondus proprie actionis grauat: beati N. martyris tui atq; pontificis intercessio gloriosa nos ptegat. Per dominum nostrum. ℭ De vno martyre non episcopo. Oratio.

Presta quesum⁹ omnipotens deus: vt qui beati N. martyris tui natalicia colimus: intercessione eius tui nominis amore roboremur. Per dñm. ℭ Alia oratio.

Letetur ecclesia tua deus: beati N. martyris tui cōsula suffragijs: atq; eius pcibus glorioſis / et deuota permaneat / et secura constitat. Per dominū nrm. ℭ Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. xxxi.

Beatus vir q̄ inuentus est sine macula: & qui post aurum nō abijt: nec sperauit in thesauris pecunie. Quis est hic: & laudabimus eū? Fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo: et perfectus inuent⁹ est: & erit illi gloria eterna. Qui potuit transgredi & nō est trāsgressus: facere mala et non fecit. Ideo stabilita sunt bona illius in domino: et elemosinas illius enarrabit omis ecclesia sanctorum. ℭ Lectio libri sapientie. prouerbio. iij.

Beatus homo q̄ inuenit sapiētiam: & qui affluit prudentia: melior est acquisitio eius negociatiōe auri & argēti: primi & purissimi fructus eius. Pretiosior est cunctis opibus: & omnia q̄ desiderant: huic non valēt cōparari. Longitudo dierū in dextera eius: & in sinistra illi⁹ diuitie & gloria. Vie eius vie pulchre & oēs semite illius pacifice. Lignū vite est his q̄ apprehēderint eā: et q̄ tenuerit eā beatus. Dñs sapiētia fundauit terrā: stabiliuit celos prudētia. Sapiētia illi⁹ eruperunt abyssi: et nubes rore concrescunt.

ℭ Ad timotheum. secunde. ij. etij.

Carissime. Memor esto dominum ihesum xp̄m resurrexisse a mortuis ex semine dauid: secundū euangeliū meū: in quo laboro vsq; ad vincula: quasi male operās / sed verbū dei nō est alligatū. Ideo omnia sustineo pter electos: vt et ipsi salutē consequātur: q̄ est in xpo ihesu cū gloria celesti. Tu aūt assecutus es meā doctrinā / institutionē / ppositū / fidē / lōganimitatē / dilectionē / patientiā / persecutiones / passiones qualia mihi facta sūt ātiochie / yconio / lystris: quales psecutiones sustinui / & ex omnib⁹ eripuit me dñs. Et oēs qui volunt piebiuere in christo ihesu / persecutionem patientur.

ℭ Lectio libri sapientie. quarto.

Justus si morte preoccupatus fuerit / in refrigerio erit. Senectus enī venerabilis est: nō diuturna / neq; numero annorū cōputata. Cani enī sunt sensus hominis: et etas senectutis vita immaculata. Placens deo fact⁹ dilectus: & viuēs inter peccatores trāslat⁹ est. Rapt⁹ est ne malicia mutaret intellectum ipsius: aut ne fictio deciperet animā illius. Cōsummatus in breui explevit tēpora multa. Placita enī deo: erat anima illi⁹. Propter hoc properauit educere illū de medio iniquitatū quoniā gratia dei & misericordia est in sanctos eius: et respectus super electos illius.

ℭ Lectio libri sapiētie. Eccle. xxxix

Justus cor suū tradet ad vigilandum diluculo ad dominū qui fecit celum: et in conspectu altissimi deprecabitur. Aperiet os suū in oratione: & pro delictis suis deprecabitur. Si enim magnus dominus voluerit: spiritu intelligentie replebit illum. Et ipse tanq̄ imbres mittet eloquia sapientie sue: et in oratione confitebitur domino. Et ipse

diriget consiliū eius ⁊ disciplinam: et in abscōditis suis consiliabitur. Ipse palā faciet disciplinam doctrine sue: ⁊ in lege testamenti dñi gloriabitur. Collaudabunt multi sapientiam eius: et vsq; in seculum non delebitur. Non recedet memoria eius: et nomē eius requiretur / a generatione in generationem.

¶ Ad timotheum. secunde. ij.

Charissime. Nemo militans deo implicat se negocijs secularib⁹ vt ei placeat cui se probauit Nam et qui certat in agone: nō coronatur / nisi qui legitime certauerit. Laborantem agricolam / oportet primum de fructibus accipere. Intellige que dico. Dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum. Memor esto dominum iesum christum resurrexisse a mortuis / ex semine dauid secundum euangelium meum in quo laboro vsq; ad vincula quasi male operans: sed verbum dei non est alligatum. Ideo enim omnia sustineo propter electos: vt et ipsi salutē consequātur. Que est in christo iesu: cum gloria celesti.

¶ Lectio libri sapiētie. Eccle. xliij.

Beatus vir qui in sapiētia morabitur: et qui iusticia sua meditabitur: et sensu cogitabit circunspectionem dei. Cibabit illum pane vite et intellectus ⁊ aqua sapientie salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo et non flectetur: et continebit illum et non confundetur: ⁊ exaltabit illum apud proximos suos. Et nomine eterno hereditabit illum: dominus deus noster.

¶ Ad hebreos. xiij.

Fratres. Doctrinis variis et peregrinis: nolite abduci. Optimum est enim gratia stabilire cor non escis que non profuerunt ambulantibus in eis. Habemus altare de quo edere non habent potestatē / qui tabernaculo deseruiunt. Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificem: horum corpora cremantur extra castra. Propter quod ⁊ iesus vt sanctificaret per suum sanguinē populum / extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra / improperium eius portantes. Non enim habemus hic manētem ciuitatem: sed futuram inquirim⁹. Per ipsum ergo offeramus hostiaz laudis semper deo / id est fructum labiorum confitentium nomini eius. Beneficentie autem et cōmunionis nolite obliuisci. Talibus enim hostijs promeretur deus. ℣. Posuisti domine super caput eius / coronam de lapide precioso. ℟. Desiderium anime ei⁹ tribuisti ei: ⁊ voluntate labioz ei⁹ non fraudasti eum. ℣. Justus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur in domo domini. ℟. Ad annunciandum mane misericordiam tuam: et veritatem tuam per noctē. ℣. Beatus vir qui timet dominum in mandatis eius cupit nimis. ℟. Potens in terra erit semen eius generatio rectorum benedicetur. ℣. Justus non cōturbabitur quia dominus firmat manum eius. ℟. Tota die miseretur et commodat: et semen eius in benedictione erit. ℣. Alla. ℟. Letabitur iustus in domino ⁊ sperabit in eo: et laudabuntur omnes recti corde. ℣. Alla. ℟. Preciosa in conspectu domini: mors sanctorum ei⁹. ℣. Alla. ℟. Justus vt palma florebit: et sicut cedrus⁹ multiplicabit. ℣. Alla. ℟. Posuisti domine super caput ei⁹: coronam de lapide precioso. ℣. Alla. ℟. Beatus vir qui suffert tentationem: quoniā cum probatus fuerit accipiet coronam vite. ℣. Alla. ℟. Gloria et honore coronasti eum domine. ℣. Alla. ℟. Beatus qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Alla. ℟. Justus non cōturbabitur: quia dominus firmat manum eius.

Prosa.

Alleluya. Organicis canamus modulis in solemnia. Omnigenis domini vocibus reddētes odas debitas. Qui in sanctis suis mirabilis nimis: multiplici virtutum flore eosdē decorat / ac mirifice adornat. Quam ⁊ in ipsis quasi quibusdam musicis instrumētis digito proprio fides agitat / fides virtutū sonora. Quas numerose percurrens singulas. Permiscet singulis dyathessaron melliflua melodiam. Quam genera virtutū mater illa. Que aliis decenter composita / reddit suauem symphoniam. Quia sine cuncta fiunt dissona / nec non ⁊ friuola. Quia cum omnia fiunt consona / necnō vtilia. Quia isti bene morati rite petentes excelsa celi sydera. Alacres decantant noua cantica / in cythara trecia. Quorum agentes festa / consortiū mereamur in celesti patria. Amen.

¶ De vno martyre vel de pluribus vel etiam de vno confessore vel de pluribus. Prosa.

Superne matris gaudia repraesentet ecclesia. Dum festa colit annua: suspiret ad perpetua. In hac valle miserie: mater succurrat filie. Dic celestes excubie: nobiscū stent in acie. Mundus caro demonia: diuersa mouent prelia. In cur su tot fantasmatum: turbatur cordis sabbatum. Dies festos cognatio: simul hec habet odio. Certātq; pari federe: pacem de terra tollere. Confusa sunt hec omnia: spes / metus / meror / gaudium. Vix hora vel dimidia / fit in celo silentium Quam felix illa ciuitas: in qua ingis solennitas. Et q̄ iocunda curia: que cure prorsus nescia. Nec languor hic nec senium / nec fraus nec terror hostium: sed vna vox letantium / et vnus ardor cordium. Illic cives angelici / sub hierarchia triplici: trine gaudent et simplici / se monarchie subiici. Mantur et deficiunt: in illum quem prospiciunt. Fruunk nec fastidiūt: quo frui magis sitiūt. Illic patres dispositi / p dignitate meriti semota iā caligine lumen vident in lumine. Simile.

Hic sanctus cui⁹ hodie celebrā tur solennia. Iam revelata facie / regem cernit in gloria. Illic regina virginum: transcendens culmen ordinum. Excelset apud dñm: nostrum lapsus criminuz. Nos ad sanctorum gloriam: per ipius suffragia. Post presentem miseriam: christi perducat gratia. Amen.

¶ Quando fit de pluribus sctis dr.

Hi sancti quorum hodie celebrantur solennia. Iam revelata facie: regem cernunt in gloria. Illic regina virginum / transcendens culmen ordinum. Excelset apud dominum nostrorum lapsus criminum. Nos ad sanctorum gloriam per ipsorum suffragia. Post presentem miseriam christi perducat gratia. Amen. Vacante. Alleluya.

Tractus.

Desiderium anime eius tribuisti ei: et voluntate labiorum eius non fraudasti eum. ℣. Quoniā preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. ℣. Posuisti in capite ei⁹ coronam de lapide precioso.

¶ Secundum matheum. xvj.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Si quis vult post me venire abneget semetipsū ⁊ tollat crucē suā / ⁊ sequat me. Qui enī voluerit aiam suā saluā facere: perdet eā. Qui aūt perdiderit animam suā propter me: inueniet eā. Quid enim prodest homini si mundū vniuersum lucretur: anime vero sue detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo cōmutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis: ⁊ tunc reddet vnicuiq;

secundum opera eius. Amē dico vobis sunt quidam de hic stantibus qui nō gustabūt mortē: donec videant filiū hois veniētē in regno suo.

℣ Secundum Johannem. xij.

In illo tpe. Dixit ihesus discipulis suis. Amē amen dico vobis: nisi granū frumenti cadens in terram mortuū fuerit / ipsum solum manet. Si autē mortuū fuerit: multum fructum affert. Qui amat animam suā: perdet eā. Et qui odit animam suā in hoc mundo: in vitā eternam custodit eam. Si quis mihi ministrat: me sequat. Et vbi sum ego / illic ⁊ minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit: honorificabit eum pater meus qui est in celis.

℣ Secundum Lucam. x.

In illo tpe. Dixit ihesus discipulis suis. Qui vos audit me audit. Et qui vos spnit me spernit. Qui aūt spernit me: spernit eū qui me misit. Reuersi sūt aūt septuagita duo cū gaudio dicētes. Dñe: etiā demonia subjciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis. Videbā satanam sicut fulgur de celo cadētem. Ecce dedi vobis potestatē calcandi supra serpentes et scorpiones: et supra omnem virtutem inimici / et nihil vobis nocebit. Veruntamen in hoc nolite gaudere / quia spiritus vobis subjciuntur. Gaudete autem q nomina vestra: scripta sunt in celis.

℣ Secundum Lucam. ix.

In illo tpe. Dixit ihesus discipulis suis. Si quis vult post me venire: abneget semetipsū: ⁊ tollat crucē suam quotidie et sequatur me. Qui eñ voluerit animā suā saluam facere: perdet illam. Nam qui perdiderit animā suam propter me: saluā faciet illā. Quid eñ proficit homini si lucretur vniuersū mundū se aūt ipsum perdat / ⁊ detrimētum sui faciat? Nā qui me erubuerit ⁊ meos sermones: hunc filius hominis erubescet / cum venerit in maiestate sua ⁊ patris ⁊ sanctorū angelorū. Dico autē vobis: sunt vere aliqui hic stātes qui non gustabūt mortem: donec videant regnum dei.

℣ Secundum Matthеum. x.

In illo tēpore. Dixit ihesus discipulis suis. Nolite arbitrari quia venerim pacem mittere: in terram. Non veni pacē mittere: sed gladiū. Veni enim separare hoiem aduersus patrē suum: et filiam aduersus matrē suam: ⁊ nurum aduersus socrum suam: et inimici hominis domestici eius. Qui amat patrē aut matrem plusq̄ me: non est me dignus. Et qui amat filium aut filiam super me: non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam et sequitur me: non est me dignus. Qui inuenit animam suam / perdet illā. Et qui perdiderit animam suā propter me: inueniet eam. Qui recipit vos: me recipit. Et qui me recipit: recipit eum qui me misit. Qui recipit prophetam in nomine prophete mercedē prophete accipiet. Et qui recipit iustum in nomine iusti: mercedem iusti accipiet. Et quicunq; dederit potum vni ex minimis istis / calicem aque frigide tantum in nomine discipuli: amen dico vobis. nō perdet mercedem suam.

℣ Secundum Matthеum. x.

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Nihil est opertum quod non reueletur: et occultum / quod non sciatur. Quod dico vobis in tenebris: dicite in lumine. Et quod in aure auditis: predicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus: animam autē non possunt occidere. Sed potius eum timete / qui potest animam et corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeres asse veneunt: et vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro? Vestri autē

et capilli capitis omnes: numerati sūt. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus: confitebor et ego eum coram patre meo qui in celis est.

℣ Secundum Lucam. xiij.

In illo tpe. Dixit ihesus discipulis suis. Si qs venit ad me et nō odit patrē suū: ⁊ matrē / ⁊ vxorem / et filios / et fratres / ⁊ sorores / adhuc aūt ⁊ animā suam: nō potest meus esse discipulus. Et qui nō baiulat crucē suā / et venit post me: nō potest meus esse discipul⁹. Quis eñ ex vobis volēs turrim edificare: nōne prius sedēs cōputat sumpt⁹ qui necessarij sūt / si habeat ad perficiendum: ne postea ꝯ posuerit fundamētum / ⁊ non potuerit perficere: oēs qui vidēt incipiāt ei illudere dicētes Quia hic homo cepit edificare: ⁊ nō potuit cōsummare. Aut qs rex iturus cōmittere bellum aduersus alīū regem: nōne sedēs prius cogitat / si possit cū decē milibus occurrere ei / qui cū viginti milibus venit ad se? Alioquin adhuc illo lōge agēte / legationē mittēs rogat ea que pacis sunt. Sic ergo ois ex vobis qui non renūciat oibus que possidet: nō potest meus esse discipulus.

Offr. In virtute tua domine letabitur iustus et super salutare tuum exultabit vehemēter: desiderīū aīe eius tribuisti ei. Offr. Justus vt palma florebit: sicut cedrus que in libano est multiplicabitur. Offr. Glozia et honore coronasti eum et constituisti eum super opera manuum tuarum domine. Offr. Confitebuntur celi mirabilia tua domine: et veritatem tuam in ecclesia sanctorum alleluya alleluya Offr. Repleti sum⁹ mane misericordia tua: et exultauimus et delectati sum⁹ alleluya. Offr. Posuisti dñe in capite eius coronā de lapide pcioso: vitā petijt a te ⁊ tribuisti ei alla,

℣ Secreta de martyre episcopo.

Hostias tibi domine. N. martyris tui atq; pontificis dicatas meritis benignus assume: et ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per dominum nostrum ie.

℣ De non episcopo. Secreta.

Muneribus nostris quesumus domine precibusq; susceptis: et celestibus nos munda mysterijs et clementer exaudi. Per dominū nostrum iesum. Alia Secreta.

Suscipe munera quesum⁹ domine que in eius solennitate deferimus: cuius nos confidim⁹ patrocinio liberari. Per dñm. Cōio. Posuisti dñe in capite eius: coronā de lapide pcioso. Cōio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnum decorem impones super eum domine. Cōio. Qui vult venire post me abneget semetipsū: ⁊ tollat crucē suā et sequatur me. Cōio. Letabitur iust⁹ in dño: ⁊ sperabit in eo et laudabūtur oēs recti corde alla al lelupa. Cōio. Ego sum vitis vera et vos palmites qui manet in me ⁊ ego in eo hic fert fructū multū alla alla Cōio. Qui mihi ministrat me sequatur: ⁊ vbi ego sum: illic et minister meus erit.

℣ Postcōmunio de cpo.

Refecti participatione muneris sacri / quesumus domine deus noster: vt cui⁹ exequimur cultum: sentiamus effectum. Per dñm nostrum iesum christum filium tuū.

℣ De non episcopo. Postcōmunio.

Da quesumus domine deus noster: vt sicut commemoratione martyris tui. N. temporali gratulamur officio: ita perpetuo letemur aspectu. Per dominū nostrum iesum. ℣ Alia Postcommunio.

Satiasti domine familiā tuam muneribus sacris: eius quesumus semper intercessione nos recone: cuius solennia celebramus. Per dominum nostrum iesum xpm.

¶ In natali pluriṁozum martyṛũ Ad Missam. Introitus.

INtret in conspectu tuo domine gemit⁹ compeditozũ: redde vicinis nostris septuplum in sinu eozũ: vindica sanguinem sanctozũ tuozũ / qui effusus est. ps. Deus venerunt gentes in hereditatẽ tuã: polluerũt templum sanctũ tuũ / posuerũt hierusalem in pomozum custodiam. Glozia patri et filio. ¶ Alius Introitus.

TImete dñm omnes sancti ei⁹: qm̃ nihil deest timẽtib⁹ eũ. diuites egueruṁt & esurierunt: inquirentes autẽ dñm non deficient omni bono. ps. Bñdicam dominũ in omni tpe: semper laus eius in ore meo. Glozia. ¶ Alius Introit.

SAncti tui dñe benedicẽt te: gloziã regni tui dicẽt alleluya. ps. Exaltabo te deus me⁹ rex: & bñdicam nomini tuo in seculũ et in seculum seculi. Glozia patri et filio & spiritui. ¶ Alius Introitus.

CLamauerũt iusti: et dominus exaudiuit eos: et ex omnib⁹ tribulationibus liberauit eos. ps. Bñdicam dñm in omni tẽpoze semper laus eius in ore meo. Glozia patri et filio. Clamauerunt iusti: et dominus exaudiuit eos: et. ¶ Ad nullam. Alius Introitus.

ECce oculi domini super timentes eum / sperantes in misericozdia ei⁹ alleluya: vt eripiat a morte aias eozum / quoniam adiutoz et protector noster est alleluya alleluya ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Glozia patri et filio et spiritui sancto.

¶ Alius Introitus

SApientiã sanctozũ narrant populi & laudẽ eozum nũciat ecclesia / nomina aũt eozũ viuẽt in seculũ seculi. ps. Exultate iusti in domio: rectos decet collaudatio. Glzia pa. ¶ Alius Introitus.

SAlus autẽ iustozũ a domino: et protector eozũ est in tẽpoze tribulationis. ps. Noli emulari in malignãtibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem. Glozia patri et filio. ¶ Alius Introitus.

MUlte tribulationes iustozũ: et de his omnib⁹ liberauit eos dñs: dñs custodit oia ossa eozum vnũ ex his nõ cõteretur ps. Bñdicam dñm in omni tempoze semper laus eius in ore meo. Glozia patri et filio. ¶ Alius Introitus.

VIdicant sancti gentes: & dominãtur populis: et regnabit dñs deus illozum in perpetuũ. ps. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. Glozia patri et filio et spiritui sancto. ¶ Alius Introit⁹.

IUsti epulẽtur & exultent in cõspectu dei: & delectẽtur i letitia. ps. Exurgat deus et dissipẽtur inimici eius: et fugiãt qui oderunt eũ a facie eius Glozia patri et filio et spiritui. Oratio.

DEus qui nos concedis sanctozum martyrum tuozũ. N. et N. natalitia colere: da nobis in eterna beatitudine de eozum societate gaudere. Per dñm.

Alia Oratio.

PRotta ns omps deus: vt qui sanctozũ martyrũ tuozũ. N. et. N. natalitia colim⁹: a cunctis malis imminẽtib⁹ / eozũ intercessionibus liberemur. P. Ad hebreos. xj.

FRatres. Sancti per fidem vicerunt regna / operati sunt iustitiam: adepti sunt repromissiones Obturauerũt oza leonũ: extinxerũt impetũ ignis. Effugauerunt aciem gladij: cõualuerunt de infirmitate / fortes facti sũt in bello. Castra verterũt exterozũ: acceperũt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alij autẽ distẽti sunt: nõ suscipientes redemptionẽ: vt meliozẽ inuenirẽt resurrectionẽ. Alij vero ludibzia & verbera experti / insup et vincula & carceres: lapidati sũt / secti sunt / tẽtati sũt / in occisione gladij mortui sũt Circuierũt in melotis: in pellib⁹ caprinis. Egẽtes / angustiati / afflicti / quibus dignus nõ erat mũdus. In solitudinib⁹ errãtes: in mõtibus et in speluncis: & in cauernis terre. Et hi oẽs testimonio fidei probati inuẽti sunt. In chzisto iesu dño nostro.

¶ Lectio libri sapiẽtie. Proverbiozũ. xv.

LIngua sapiẽtum ornat sciẽtiam: & os fatuozũ ebullit stultitiam: In omni loco oculi dñi contemplãtur bonos & malos. Lingua placabilis lignũ vite: q̃ aũt immoderata est / cõteret spiritũ. Dom⁹ iusti plurima fortitudo / et in fructib⁹ impij cõturbatio. Labia sapiẽtum: disseminabũt sciẽtiã: cor stultozum dissimile erit. Victime impiozum abhominabiles domino: vota iustozum placabilia. Qui sequitur iustitiam: diligitur a domino.

¶ Lectio libri sapientie. iij.

IUstozum anime in manu dei sunt: & nõ tanget illos tormẽtum mortis. Visi sũt oculis insipiẽtium mori: et estimata est afflictio exitus illozum. Et quod a nobis est iter exterminij: illi aũt sunt in pace. Et si coram hominib⁹ tormẽta passi sunt: spes illozũ immortalitate plena est. In paucis verati: in multis bene disponentur. Quoniam deus tentauit eos: et inuenit eos dignos se. Tanq̃ aurum in fornace probauit illos: et quasi holocausti hostiã accepit illos: et in tempoze erit respectus illozum. Fulgebunt iusti: et tanq̃ scintille in arundineto discurrent. Judicabunt nationes & dominabuntur populis. Et regnabit dominus illozum in perpetuum.

¶ Lectio libri sapientie. v.

IUsti autẽ in perpetuũ viuẽt: et apud dñm est merces eozũ: & cogitatio illozũ apud altissimũ. Ideo accipiẽt regnũ decozis: & dyadema speciei de manu dñi. Qm̃ dextera sua teget eos: & in brachio sancto defẽdet illos. Et accipiet armaturam zeli illius: et armabit creaturam ad vltionẽ inimicozum. Induent pro thozace iustitiam: et accipient pro galea iudicium certũ. Sument scutũ inexpugnabile equitatem: ibunt directe promissiones. Et ad certum locum deducet illos dominus deus noster.

¶ Lectio libri apocalipsis beati Johannis apostoli. vij.

IN diebus illis. Respondens vnus de seniozibus dixit mihi. Hi qui amicti sunt stolis albis: qui sunt & vnde venerunt? Et dixi illi. Domine mi tu scis. Et dixit mihi. Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione: et lauerunt stolas suas: et dealbauerunt eas in sanguine agni. Ideo sunt ante thzonum dei: et seruiunt ei die ac nocte in templo eius. Et qui sedet in thzono habitabit super illos. Non esurient neq; sitient amplius: neq; cadet super illos sol / neq; vllus estus. Quoniam agnus qui in medio thzoni est reget illos: et deducet eos ad vite fontes aquarum. Et absterget deus omnẽ lachzymam ab oculis eozum.

¶ Ad Corinthios. j.

FRatres. Benedictus deus et pater domini nostri iesu chzisti pater misericozdiarũ: & de⁹ totius cõsolationis: qui consolatur nos in omni tribulatiõe nra: vt possim⁹ et

ipſũ cõsolari eos/q̃ in omni pressura sunt: p exhortationem qua exhortamur ꝫ ipſũ a deo. Qm̃ sicut abundãt passiones xpi in nobis: ita ꝫ p xpm abũdat cõsolatio nr̃a. Siue aũt tribulamur p vestra exhortatione et salute: siue cõsolamur p vestra consolatione: siue exhortamur p vestra exhortatione ꝫ salute: q̃ operat̃ tolerantiã earundẽ passionũ: quas et nos patimur: vt spes nr̃a firma sit p vobis. Sciẽtes qm̃ sicut socij passionũ estis/ sic eritis ꝫ cõsolationis. In xpo iesu dño nr̃o. ℭ Lectio libri apocalipsis bti iohãnis apli. xxj.

IN dieb⁹ illis. Abſterget deus oẽm lachrymã ab oculis sanctorũ: ꝫ mors vltra nõ erit neq̃ luct⁹: neq̃ clamor: neq̃ dolor erit vltra: q̃ prima abierũt. Et dixit q̃ sedebat in throno. Ecce noua facio oia. Et dixit michi. Scribe: q̃a hec verba fidelissima sunt et vera. Et dixit mihi. Factum est. Ego sum alpha et oo: initium et finis. Ego sitienti dabo de fonte aque viue gratis. Qui vicerit: possidebit hec. Et ero illi deus: ꝫ ille erit mihi filius. ℭ Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. xliij.

HI sunt viri mie: quorũ iusticie oblionẽ non acceperũt. Cũ semine eorũ permanẽt bona: hereditas sctã nepotes eor. Et in testamẽtis stetit semen eor: ꝫ filij eor ꝓpter illos vsq̃ in eternũ manẽt. Generatio eorũ: ꝫ gloria eorũ / nõ derelinq̃tur. Corpora eorũ in pace sepulta sunt: ꝫ noia eorũ vivent in secula. Sapientiã eorum narrãt populi: et laudem eorum pnunciat ois ecclesia sanctorum. ℭ Ad hebreos. x.

FRatres. Rememoramini pristinos dies: in q̃b⁹ illuminati magnũ certamẽ sustinuistis passionũ. In altero quidem oppробriis/ꝫ tribulationib⁹ spectaculũ facti: in altero aut̃ socij taliter cõuersantiũ effecti. Nã ꝫ vinctis cõpassi estis: et rapinã bonorũ vestrorũ cũ gaudio suscepistis: cognoscentes vos habere meliorem/ꝫ manentem substantiã. Nolite itaq̃ amittere confidẽtiam vestram: que magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis necessaria est: vt voluntatem dei faciẽtes/ reportetis promissionẽ Adhuc enim modicum aliquantulumq̃ qui venturus est veniet: ꝫ nõ tardabit. Justus autem meus: ex fide viuit. ℭ Ad romanos. viij.

FRatres. Quis nos separabit a charitate christi? Tribulatio: an angustia: an fames: an nuditas: an periculum: an psecutio: an gladius? sicut scriptum est. Quia propter te mortificamur tota die: estimati sum⁹ sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus/ propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim: quia neq̃ mors: neq̃ vita: neq̃ angeli: neq̃ principatus: neq̃ virtutes: neq̃ instantia: neq̃ futura: neq̃ fortitudo: neq̃ latitudo: neq̃ profundum: neq̃ creatura alia poterit nos separare a charitate dei: que est in christo iesu: domino nostro.

ℭ Ad corinthios. prime. iiij.

FRatres. Spectaculum facti sumus mũdo: ꝫ angelis ꝫ hominibus. Nos stulti propter christum: vos autem prudentes in christo. Nos infirmi: vos autem fortes. Vos nobiles: nos aut̃ ignobiles. Usq̃ in hanc horã: ꝫ esurimus ꝫ sitimus: ꝫ nudi sumus: ꝫ colaphis cedimur ꝫ instabiles sum⁹: et laboram⁹ operantes manibus nostris. Maledicimur: et benedicimus. Persecutionem patimur: ꝫ sustinem⁹. Blasphemamur: et obsecramus. Tanq̃ purgamenta huius mundi facti sumus/ omniũ peripsima usq̃ adhuc. Non vt cõfundam vos/ hec scribo: sed vt filios meos charissimos moneo. In christo iesu: domino nostro.

ℭ Ad hebreos. xj. cap.

FRatres. Sancti iudicia et verbera experti insup ꝫ vincula ꝫ carceres: lapidati sunt: secti sunt tẽtati sunt: in occisione gladij mortui sunt. Circuierunt in melotis: in pellib⁹ caprinis. Egẽtes: angustiati: afflicti: quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errãtes: in montibus et spelũcis: et in cauernis terre. Et hi omnes testimonio fi dei probati inuenti sunt. In christo iesu: domino nostro. ℭ Lectio libri sapientie. Proverbiorum. x. ꝫ xj.

EXpectatio iustorũ/ letitia: spes autẽ impiorũ/ peribit. Fortitudo simplicis/ via domini: ꝫ pauor his qui operantur malum. Justus in eternum non cõmouebitur: impij autẽ non habitabũt super terrã. Os iusti parturiet sapiẽtiã: lingua prauorum peribit. Labia iusti considerant placita: ꝫ os impiorũ peruersa. Simplicitas iustorũ diriget eos: et supplãtatio peruersorũ vastabit illos. Justitia rectorũ liberabit eos: et in insidijs suis capientur iniqui. Justus de angustia liberatus est: et tradetur impius pro eo. Simulator ore/ decipit amicũ suum: iusti aut̃ liberabuntur scientia. In bonis iustorum exaltabitur ciuitas: ꝫ in perditione impiorum erit laudatio. In benedictione iustorum exaltabitur ciuitas. ℭ Lectio libri sapientie x.

REddet deus mercedẽ laborum sanctorũ suorũ: ꝫ deducet eos in via mirabili. Et fuit illis in velamento diei: ꝫ in luce stellarũ per noctem. Et trãstulit illos per mare rubrum: ꝫ transuerit illos per aquam nimiã. Inimicos aut̃ illorũ demersit in mare: et ab altitudine inferorum eduxit illos. Ideo iusti tulerũt spolia impiorum: et decantauerunt domine nomen sanctum tuum. Et victricem manum tuam laudauerunt pariter: domine deus noster.

ℭ Lectio libri sapientie. v.

STabunt iusti in magna cõstantia/ aduersus eos qui se angustiauerunt: et qui abstulerunt labores eorũ. Videntes turbabuntur timore horribili et mirabũtur in subitatione insperate salutis/ gementes pre angustia spirit⁹ dicentes intra se penitentiã agẽtes: ꝫpre angustia spiritus gemẽtes. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum: et in similitudinẽ improperij. Nos insensati vitam illorum estimabam⁹ insaniã ꝫ finem illorũ sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios dei: et inter sanctos sors illorum est. ℣. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. ℟. Laqueus contritus est ꝫ nos liberati sumus. adiutorium nostrũ in nomine domini: qui fecit celum et terram. ℣. Gloriosus deus in sanctis: mirabilis in maiestate faciẽs prodigia. ℟. Dextera tua dñe glorificata est in virtute dextera manus tua cõfregit inimicos. ℣. Justorum anime in manu dei sunt: et non tanget illos tormẽtum malicie. ℟. Visi sunt oculis insipientium mori: illi aut̃ sunt in pace. ℣. Vidica domine sanguinem sanctorũ tuorũ qui effusus est. ℟. Poluerunt mortalia seruorum tuorum escas volatilib⁹ celi: carnes sanctorum tuorũ bestijs terre. ℣. Ecce q̃ bonũ et q̃ iocundum habitare fratres in vnũ. ℟. Sicut vnguentum in capite: quod descendit in barbã barbam aaron. ℣. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis. ℟. Cantate domino canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorũ. ℣m. Timete dominũ omnes sancti eius: quoniã nichil deest timẽtibus eum. ℟. Inquirẽtes aut̃ dominũ non deficient omni bono. ℣. Clamauerunt iusti: et domin⁹ exaudiuit eos et ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. ℟. Juxta est dominus

his qui tribulato sunt corde: & humiles spũ saluabit. Alla. ℣. Sancti et iusti in dño gaudete: vos elegit de⁹ in hereditatẽ sibi. Alla. ℣. Gaudete iusti in dño: rectos decet collaudatio. Alla. ℣. Sancti tui dñe benedicent te: gloriã regni tui dicẽt. Alla ℣. Stabunt iusti in magna constantia: aduersus eos qui se angustiauerunt. Alla. ℣. Fulgebunt iusti: et tanq̃ scintille in arundineto discurrent in eternũ. Alla. ℣. Reddet de⁹ mercedem laborũ sanctorum suorũ: et deducet illos in via mirabili. Alleluya. ℣. Te martyrum candidatus laudat exercitus dñe. Alla. ℣. Justi sunt qui venerunt ex magna tribulatione et lauerunt stolas suas: & dealbauerunt eas in sanguine agni. Alla. ℣. Mirabilis domin⁹ noster in sanctis suis. Alla. ℣. Justi epulentur exultẽt in conspectu dei: delectẽtur i letitia. Alla. ℣. Judicabũt sancti nationes: & dñabũtur populis & regnabit illor⁹ rex in eternũ. Prosa.

Alla. Mirabilis deus in sanctis: mirabilis dans magnifica. Qui fide preclara: vicerunt mundi granissima pericula. Judicum minas: verbera et blandicias. Continẽntes mẽte robusta: verissimo fuderunt regi animas. Ergo triumphant laurea: compti capita. Secuti recte vestigia agni singularis iã christi sacrata. Qui assidue melliflua dãt cantica: eius predulcissima pleni gloria. Quorũ celebrãtes solẽnia cõsortio iũgi quo mereamur rps annuat. Cui nõa est gloria. Amen. ℂ Nota q̃ un fel. dupl. et semid. vz pla. Supne. vtq̃ fo. viij. In fel. ix. l. cõ. Alla mirabil. nisi aliter signatũ fuerit. Vacante. alla. Ty.

Qui seminãt i lachrimis in gaudio metẽt. ℣. Eũtes ibãt & flebãt mittẽtes semina sua. ℣. Meniẽtes aũt veniẽt cũ exultatiõe portantes manipulos suos. ℂ S. lucã. vj.

In illo tpe. Descendens iesus de monte: stetit in loco cãpestri: & turba discipulorũ eius: & multitudo copiosa plebis ab omni tudea & hierusalẽ / & maritima / & tyri / & sydonis: qui venerant vt audirent eũ: et sanarent̃ a languoribus suis. Et qui verabãtur a spiritibus immundis / curabãtur. Et ois turba querebat eũ tangere: qa virtus de illo exibat & sanabat oẽs. Et ipse elevatis oculis in discipulos suos dicebat. Vti pauperes: quia vestrũ est regnũ dei. Beati q̃ nunc esuritis: qa saturabimini. Beati qui nũc fletis: quia ridebitis. Beati eritis cũ vos oderint hoies: & cũ seperauerint vos: et exprobrauerint & eiecerint nomẽ vestrum tanq̃ malũ / propter filiũ hominis. Gaudete i illa die & exultate ecce eñ merces vestra multa est in celo. ℂ Secundũ lucam. xxj.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Cũ audieritis preliaz & seditiones: nolite terreri. Oportet primũ hec fieri: sed nõdũ statim finis. Tũc dicebat illis. Surget gẽs contra gentem & regnũ aduersus regnum: et terremotus magni erunt per loca: & pestilentie / & fames / terroresq̃ de celo: & signa magna erũt. Sed ante hec oia iniciẽt vobis manus suas: & persequẽtur / tradentes in synagogas / et custodias: trahentes ad reges & presides / propter nomen meum. Continget autem vobis: in testimonium. Diuitio. Ponite ergo in cordib⁹ vestris nõ premeditari: quẽadmodũ respõdeatis. Ego eñ dabo vobis os & sapiẽtiam / cui non poterũt resistere & cõtradicere oẽs aduersarij vestri. Trademini autẽ a parẽtibus / et fratribus / & cognatis / & amicis: et morte afficient ex vobis. Et eritis odio oĩbus hominibus / p̃pter nomen meũ. Et capillus de capite vestro nõ peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras.

ℂ Secundum marcum. xiij.

In illo tpe. Egrediẽte iesu de tẽplo: ait illi vnus ex discipulis eius. Magister aspice quales lapides: & quales structure. Et respõdens iesus ait illi. Vides has magnas oẽs edificationes? Non relinquetur lapis super lapidem / q̃ non destruatur. Et cum sederet in montem olivarum contra templum: interrogabant eum seperatim petr⁹ / et iacobus / et iohannes / et ãdreas. Dic nobis quando ista fient: & quod signum erit / quando hec omnia incipiẽt consummari? Et respondens iesus: cepit dicere illis. Videte ne q̃s vos seducat. Multi enim venẽt in nomie meo: dicẽtes: quia ego sum / et multos seducent. Cum audieritis bella & opiniones bellorum: ne timueritis. Oportet enim hec fieri; sed nõdum finis. Exurget eñ gens cõtra gẽtẽ: & regnũ cõtra regnum: & terremotus erunt p loca: et fames: initiũ dolor⁹ hec. Videte aũt vosmet ipsos. Tradẽt enim vos in cõsiliis: et in synagogis vapulabitis: & ante reges & presides stabitis propter me in testimonium illis. Et in omnes gentes primum oportet predicare euangeliũ. Et cũ duxerint vos tradentes: nolite preterogitare quid loquamini. Sed quod datum vobis fuerit i illa hora: id loquamini. Nõ enim vos estis loquentes: sed spiritus sanctus. Tradet autem frater fratrem in mortem: et pater filium. Et consurgent filij in parentes: et morte eos afficient. Et eritis odio omnibus: propter nomẽ meum. Qui autẽ sustinuerit vsq̃ in finem hic salvus erit. ℂ Scom lucam. xij.

In illo tpe. Dicebat ieſus ad diſcipulos ſuos parabolã iſtã quoniã oportet ſemp orare et non deficere/dicẽs. Judex quidã erat in quadã ciuitate qui deũ non timebat ⁊ hoiem nõ reuerebatur. Vidua autem quedã erat in ciuitate illa: ⁊ veniebat ad illũ dicẽs. Vindica me de aduerſario meo. Et nolebat ꝙ multum temp⁹. Poſt hec aũt dixit intra ſe. Et ſi deũ non timeo: nec hominẽ revereor: tamẽ quia moleſta eſt mihi hec vidua / vindicabo illã: ne in nouiſſimo venẽs ſuggillet me. Ait autẽ dñs. Audite quid iudex iniquitatis dicit. Deus aũt non faciet vindictam electorũ ſuorũ clamãtiũ ad ſe die ac nocte: et patientiã habebit in illis? Dico vobis: quia cito faciet vindictam illorum. Offr. Sicut in holocauſtũ arietũ et thaurorũ: ⁊ ſicut in milib⁹ agnorũ pinguiũ/ ſic fiat ſacrificiũ noſtrũ in cõſpectu tuo hodie vt placeat tibi: quia non eſt cõfuſio cõfidẽtibus in te dñe. Secreta.

Deus qui credentes in te populos nullis finis concuti terroribus: dignare preces et hoſtias dicate tibi plebis ſuſcipere: et pax tua pietate conceſſa/chriſtianorum fines ab omni hoſte faciat eſſe ſecuros. Per dñ. Cõio. Amen dico vobis quicquid orãtes petitis credite quia accipietis et fiet vobis. Poſtcõio.

Deus auctor pacis et amator quem noſſe viuere cui ſeruire regnare eſt: protege ab omnib⁹ impugnationibus ſupplices tuos / vt qui in defenſione tua confidimus: nulli⁹ hoſtilitatis arma timeamus. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti.

Missa pro infirmis. Introitus.

Exaudi deus orationem meam: et ne despexeris deprecationem meã / intẽde in me ℣ exaudi me. ℣s. Cõtristatus sum in exercitatione mea: ℣ conturbatus sum a voce inimici / et a tribulatione peccatoris. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus salus eterna credentium exaudi nos pro famulo tuo vel famula tua pro quo vel pro qua misericordie tue imploramus auxilium: vt reddita sibi sanitate gratiarum tibi in ecclesia tua referat actionẽ. ℟. Cũ ep̃le beati Jacobi apli. v.

FRatres. Tristatur aliquis vestrum / oret equo animo ℣ psallat. Infirmatur quis in vobis inducat presbyteros ecclesie / et orent super eum: vnguentes eum oleo in nomine dñi / ℣ oratio fidei saluabit infirmum / ℣ alleviabit eum dñs / et si in peccatis sit / dimittẽtur ei. Cõfitemini alterutrũ peccata vestra: et orate pro inuicẽ: vt saluemini. ℣s. Miserere mihi dñe: quoniã infirm⁹ sum sana me domine. ℟. Conturbata sunt omnia ossa mea: ℣ anima mea turbata est valde. Alleluya. ℟. Qui sanat contritos corde: et alligat contritiones eorum. Tractus.

DOmine non secũdum peccata nostra que fecim⁹ nos: neq; secundũ iniquitates nostras retribuas nobis. ℟. Dñe ne memineris iniquitatũ nostrarũ antiquarũ cito anticipent nos misericordie tue: quia pauperes facti sumus nimis. ℟. Adiuua nos de⁹ salutaris noster: et propter gloriã nominis tui dñe libera nos: et ppiti⁹ esto pctis nostris ppter nomen tuum. ℣ Pro infirmo. Evangelium. Secundum matthеum. viij.

IN illo tpe. Cum introisset ihesus capharnaum accessit ad eũ centurio / rogãs eũ ℣ dicens. Dñe: puer meus iacet paraliticus in domo ℣ male torq̃tur. Et ait illi ihesus. Ego veniã et curabo eũ. Et respõdẽs centurio ait. Dñe nõ sum dign⁹ vt intres sub tectũ meũ: sed tantũ dic verbo ℣ sanabitur puer me⁹. Nã ℣ ego homo sum sub potestate cõstitutus habẽs sub me milites: ℣ dico huic va / et vadit / ℣ alio veni / et venit. Et seruo meo fac hoc / et facit. Audiens aũt ihesus admirat⁹ est: et sequẽtib⁹ se dixit. Amẽ dico vobis: nõ inueni tantã fidẽ in israel. Dico aũt vobis q̃ multi ab oriẽte et occidẽte venient et recũbent cum abrahã: et isaac / et iacob in regnũ celorũ. Filij autẽ regni eiciẽtur in tenebras exteriores ibi erit fletus ℣ stridor dẽtiũ. Et dixit ihesus centurioni. Vade: ℣ sicut credidisti fiat tibi. Et sanat⁹ est puer in illa hora. ℣ Pro infirma. Secundum Lucam. viij.

IN illo tpe. Surgẽs ihesus de synagoga intrauit in domũ symõis. Socer⁹ aũt symõis / tenebatur magnis febrib⁹: ℣ rogauerũt illum pro ea. Et stãs sup illã imperauit febri: ℣ statim dimisit illã. Et cõtinuo surgẽs / ministrabat illis. Cũ aũt sol occidisset: oẽs q̃ habebãt infirmos varijs lãguorib⁹ ducebãt illos ad eũ. At ille singulis man⁹ imponẽs: curabat eos. Exibãt autem demonia a multis clamãtia: et dicẽtia: quia tu es filius⁹ dei. Et increpãs nõ sinebat ea loqui: q̃a sciebãt ipsũ esse xp̃m. Facta aũt die: egressus ihesus ibat in desertũ locũ: et turbe requirebãt eũ. Et venerũt vsq; ad ipsũ et detinebãt eũ ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia ℣ aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnũ dei: quia ideo missus sũ. Erat autẽ predicãs in synagoga galilee. Offr. Miserere mihi domine: secundum magnam misericordiam tuam dele iniquitatem meam. Secreta.

DEus cuius nutibus vite nostre momenta decurrunt / suscipe preces et hostias famuli tui vel famule tue pro vel pro qua misericordie tue imploramus auxilium: vt de cuius periculo metuim⁹ de ei⁹ salute letemur. Per dñm. Cõio. Redime me deus israel ex omnibus angustijs meis. Postcommunio.

DEus infirmitatis humane singulare presidium auxilij tui super infirmum nostrum: vel famulam nostrã ostende virtutẽ: vt ope misericordie tue adiut⁹ ecclesie tue sancte incolumis representari mereatur. Per dominũ nostrum ihesum.

℣ Pro infirmo in agonia. Introi.

CIrcũdederũt me gemit⁹ mortis dolores inferni circũdederũt me: et in tribulatiõe mea inuocaui dñm: et exaudiuit de tẽplo sancto suo vocem meam. ℣s. Diligã te domine fortitudo mea: dñs firmamentum meũ ℣ refugiũ meum: ℣ liberator meus. Gloria patri et. Oro.

OMnipotens sempiterne deus cõseruator animarũ qui quos diligis corripis / ℣ quos recipis pie ad emendationem coherces: te inuocamus domine vt medelã tuã cõferre digneris in aiam famuli tui: vel famule tue: qui vel que patitur in corpore membrorũ debilitatem: vim laboris: stimulos infirmitatũ: da ei domine gratiam tuam: vt in hora exitus eius de corpore ablq; peccati macula: tibi datori proprio per man⁹ sanctorũ angelorum eius anima representari mereatur. Per. ℣ Lectio Ysaie prophete. Iv.

IN diebus illis. Locutus est ysaias propheta dicẽs. Querite dominũ dũ inueniri potest: inuocate eum dum prope est. Derelinq̃at impius viã suam: ℣ vir iniqu⁹ cogitationes suas: ℣ reuertatur ad dominum: et miserebitur eius: ad dominum deum nostrum / quoniam mult⁹ est ad ignoscendũ. Non enĩ cogitationes mee cogitationes vestre: neq; vie vestre vie mee dicit dominus⁹. Quia si exaltãtur celi a terra sic exaltate sunt vie mee a vijs vr̃is et cogitationes mee a cogitationibus vestris. Et quomodo descendit imber et nix de celo / ℣ illuc vltra nõ reuertitur: sed inebriat terrã ℣ infundit eam: et germinare eam facit / et dat semẽ serẽti: et panem comedẽti sic erit verbum meũ quod egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me vacuum: sed faciet quecunq; volui: et prosperabitur in his ad que misi illud: ait dominus⁹ omnipotẽs. ℟. Miserere mei de⁹ miserere mei: quoniã in te cõfidit anima mea. ℟. Misit de celo ℣ liberauit me dedit in opprobriũ conculcantes me. Alla. ℟. De profundis clamaui ad te domine: dñe exaudi vocẽ meam. Tract⁹.

DOmine non secũdũ peccata nostra q̃ fecimus nos: neq; secũdum iniq̃tates nostras retribuas nobis. ℟. Dñe ne memineris iniq̃tatũ nostrarũ antiquarũ: cito anticipent nos mie tue: q̃ pauperes facti sum⁹ nimis. ℟. Adiuua nos deus salutaris noster: ℣ propter gloriã nominis tui dñe libera nos: ℣ propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

℣ Secundum Johannem. xvj.

IN illo tẽpore. Dixit ihesus discipulis suis. Amẽ amen dico vobis / quia plorabilis et flebitis vos: mũdus autem gaudebit. Vos autem contristabimini: sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mulier cũ parit tristitiam habet / quia venit hora eius. Cum autem peperit puerum: iam non meminit pressure propter gaudium: quia natus est homo in mundum. Et vos igitur: nũc quidem tristitiam habetis. Iterũ autem videbo vos: et gaude-

bit cor vestrū. Et gaudiū vestrū nemo tollet a vobis. Offr. Miserere mei dñe: secundum magnam miam tuam dele iniquitatē meā. Secreta.

ADesto domine pro tua pietate supplicationibus nostris: et suscipe hostiam quam tibi offerimus p famulo tuo vel famula tua iacente in grabato: salutē non corpori sed anime sue petenti: presta illi omnipotens deus indulgentiam omniū iniquitatū suarum propter immensam misericordiā tuam/interuenientibus oim sanctorū tuorū meritis: a sanctis angelis suscep tus peruenire mereatur ad tue glorie regnum. Per dñm nostrum iesum.

Cōio Redime me de⁹ israel: ex omnibus angustijs meis. Postcōio.

GRatias agimus dñe multiplicibus largitatibus tuis/er quibus animas in te sperantium socia ee consueuisti: nā fili de tua pietate precamur: vt misereri digneris famulo tuo/vel famule tue ne valeat aduersus eum vel eam inimicus in hora exitus illius de corpore: sed trā sire mereatur ad vitam. Per dñm.

¶ Sequuntur memorie cōmunes. De sancta trinitate. De sancto spū. De angelis. De cruce. De sacramēto altaris. De beata maria. De sancto sebastiano. De sancto anthonio De sancta genouefa. De omnibus sanctis. Pro pace. Pro infirmis: predicta oia quere supra in missis suis De reliquijs oko. Propiciare. quere in fe. reliquiarū mensis decembris.

¶ Pro iter agentibus. Oratio.

ADesto dñe supplicationibus nostris: et viā famulorum tuorum in salutis tue psperitate dispone: vt inter oēs vie et vite hui⁹ varietates/tuo semp pro tegamur auxilio. Per. Secreta.

PRopiciare dñe supplicationibus nostris et has oblationes quas tibi offerim⁹ pro famulis tuis benignus assume et viam illorū precedente gratia tua dirigas et subsequente comitari digneris vt de actu atq; incolumitate corum secundum misericordie tue presidia gaudeamus. Per dominum. Postcōio.

SUmpta domine celestis sacramenti mysteria: quesumus ad prosperitatē itineris famulorū tuorum proficiant: et eos ad salutaria cuncta perducant. Per dñm nostrū.

¶ Pro rege nostro. Oratio.

QUesumus omnipotens deus: vt famulus tuus rex noster qui tua miseratiōe suscepit regni gubernacula: virtutū etiā omniū percipiat incrementa: quib⁹ decenter ornatus/et vitiorū mōstra deuitare: et hostes superare: et ad te qui via veritas et vita es gratiosus valeat peruenire. Qui vi. Secreta.

MUnera quesumus dñe oblata sanctifica vt et nobis vnigenti tui corpus et sanguis fiant/et regi nostro/ad obtinendā anime corporisq; salutē et ad peragendū iniūctum officiū: te largiente vlcq; quaq; proficiant. Per dñm. Postcōio.

HEc domine salutaris sacramēti perceptio famulum tuū regem nostrum ab omnibus tueatur aduersis: quatenus et ecclesiastice pacis obtineat tranquilitatē et post istius temporis decursum/ad eternam perueniat hereditatē. Per dominum.

¶ Pro amicis. Oratio.

DEus qui charitatis dona per gratiā sancti spiritus tuorū corditus fidelium infudisti: da famulis et famulab⁹ tuis pro quibus tuā deprecamur clementiam salutem mentis et corporis: vt te tota virtute diligant: et que tibi placita sunt/tota dilectione perficiant. Per dñm nostrū. Secreta.

MIserere quesumus domine famulis tuis et famulabus tuis pro quibus hoc sacrificium laudis tue offerimus maiestati: vt per hec sancta/superne benedictionis gratiam obtineant et gloriam eterne beatitudinis acquirant. Per dominum nostrum iesum. Postcōio.

DIuina libantes mysteria quesumus domine vt hec salutaria sacramenta illis proficiant ad prosperitatem et pacem: pro quorū quarumq; dilectione hec tue obtulimus maiestatem. Per dominum.

¶ Ad tempestatē expellendā. Oratio.

TDomo tua quesum⁹ domine spiritales nequitie repellātur: et aeree vis discedat malignitas tēpestatū. Per. Secreta.

OFferimus tibi domine preces et munera pro cōcessis beneficijs gratias referētes: et pro concedendis semper supplicites deprecātes. Per dñm nostrum. Postcōio.

OMnipotens sempiterne deus qui nos et castigando sanas et ignoscēdo conseruas: presta supplicibus tuis: vt trāquillitatibus hui⁹ optate cōsolationis letemur: et dono tue pietatis semp vtamur. Per.

¶ Pro securitate ecclesie. Oratio.

CUnctis nos dñe qs mētis et corporis defende periculis et intercedente beata et gloriosa dei genitrice maria cū beatis apostolis tuis petro et paulo et omnib⁹ sanctis: salutē nobis tribue benignus et pacem: vt destructis aduersitatibus et erroribus vniuersis ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Per eundē. Secreta.

GAudi nos dñe deus noster vt per hui⁹ virtutē sacramēti: a cūctis nos mētis et corporis hostib⁹ tuearis: gratiā tribuens in presenti et gloriā in futuro. Per. Postcōio.

MUndet et muniat quesumus domine diuini sacramēti nos munus oblatū: et intercedente beata dei genitrice maria cum beatis apostolis petro et paulo et omnib⁹ sanctis a cunctis nos reddat et peruersitatibus expiatos/et aduersitatibus expeditos. Per eundem dñm nostrum.

¶ Pro prelatis. Oratio.

OMnipotēs sempiterne deus: qui facis mirabilia magna solus: prētende super famulos tuos: et super cunctas cōgregationes illis commissas spiritum gratie salutaris: et vt in veritate tibi cōplaceāt: perpetuū eis rorē tue benedictiōis infunde. Pō. Secreta.

HOstias domine famulorū tuorum placatus intende et quas in honorem nominis tui deuota mēte pro eis celebramus: proficere sibi sentiant ad salutem. Per dominum nostrū iesum christum. Postcōio.

QUos celesti recreas munere perpetuo dñe comitare presidio: et quos fouere non desinis/dignos fieri redemptione cōcede. Per dñm nostrum iesum christum filiū.

¶ Pro tēptatione carnis. Oratio.

VRe igne sancti spūs renes nostros et cor nostrū dñe: vt tibi casto corpore seruiamus: et mundo corde placeam⁹. P dñm nostrum iesum christū. Secreta.

DIrumpe qs dñe nostrorū vincula peccatorū/vt sacrificare tibi hostiā laudis absoluta libertate possimus: et salua nos per indulgentiam/quos dignatus es saluare per gratiam. Per dñm. Postcōio.

DOmine adiutor et protector noster: adiuua nos: et refloreat caro nostra vigore pudicitie/et sanctimonie nouitate: ereptāq; de manu tartari in resurrectionis gaudium iubeas presentari. Per dñm.

¶ Pro penitentibus. Oratio.

Exaudi dñe ꝗs supplicum preces: & confitentiũ tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus et pacẽ. ℣ Per dñm nostrum iesum. Secreta.

Hostias tibi dñe placatiõis offerim⁹: vt & delicta nostra miseratus absoluas: & nutantia corda tu dirigas. ℣ Per dñm. Postcõio.

Refecta nobis eterne saluator: vt percipientes hoc munere veniã peccatorum: deinceps peccata vitemus. ℣. ¶ Pro amico. Oro.

Rege quesumus domine famulum tuũ: et gratie tue in eo dona multiplica: vt et ab omnibus liberetur offensis: & temporalibus non destituatur auxilijs: et sempiternis gaudeat institutis. ℣ Per dominum nostrum. Secreta.

Suscipe dñe munus oblatum: et conserua ꝗs famulum tuũ: atq; ab omnib⁹ aduersitatib⁹ quas meretur redde securũ: vt tranquillitate percepta: de inimicorum insidijs liberatus: deuota tibi mẽte deseruiat. ℣ Per dominum. Postcõio.

Subiectum tibi dñe famulum tuũ propiciatio celestis amplificet: vt presentis vite periculis eruatur: et perpetuis donis firmetur. ℣ Per dñm. ¶ Contra pestẽ oratio. Deus qui non mortẽ. Quere supra in missa Recordare. Folio. xxj.

¶ Pro benefactoribus Oratio.

Retende dñe famulis & famulab⁹ tuis derterã celestis auxilij: vt te toto corde perquirãt & que digne postulãt assequãtur. ℣ Per dñm nostrum. Secreta.

Propiciare dñe supplicationibus nostris & has oblationes famulorũ famularũq; tuarũ: quas pro incolumnitate eorũ offerim⁹ benigno assume: & vt nullũ sit irritũ votũ: nullius vacua postulatio: presta ꝗs: vt quod fideliter poscimus: efficaciter cõsequamur. ℣. Postcõio

Da famulis & famulabus tuis ꝗs dñe in tua fide et sinceritate constantiã: vt in charitate diuina firmati: nullis tentationibus ab ei⁹ integritate vellantur. ℣ Per dñm no. ¶ Contra hostes. Oratio.

Hostiũ nostrorũ ꝗs dñe visibiliũ & inuisibiliũ elide superbiã: eorũq; contumaciã dexterre tue virtute prosterne. ℣ dñm. Secreta.

Huius ꝗs domine virtute mysterijs: et a nostris mundemur occultis: et ab inimicorũ liberemur insidijs. ℣ dñm nostrum iesum christum filium tuum. Qui. Postcõio.

Purifice nos quesumus domine participatio tui sacrosancta mysterij: et pariter nobis expiationem tribuat et munimẽ. ℣ Per dominum nostrum iesum christum. ¶ Pro sacerdote celebrante. Oro.

Omnipotens sempiterne deus qui me peccatorem sacris altaribus astare voluisti: et sancti nominis tui laudare potentiam: cõcede quesso per huius sacramenti mysterium meorum mihi veniam peccatorum: vt tue maiestati digne ministrare merear. ℣ dñm nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit. Secreta.

Da quesso clementissime pater per hoc sacramenti mysterium meorum mihi veniam delictorũ vt non ad iudicium: sed ad indulgentiam huius presbyteratus ordo mihi proficiat sempiternam. ℣ dominum nostrũ iesum. Postcõmunio.

Sumpsimus domine deus salutis nostre sacramenta celestia presta quesumus: vt eorum participatiõe michi famulo tuo ad eternam proueniat salutem. ℣ dominũ

nostrum iesum. ¶ Ad gratiam sancti spiritus postulandam. Oratio.

Deus cui omne cor patet et omnis voluntas loquitur: & quem nullum latet secretum: purifica per infusionẽ sancti spiritus nostrorum cogitationes cordium vt te perfecte diligere & digne laudare mereamur. ℣ dominum nostrum iesum christum. Secreta.

Hec oblatio dñe quesumus cordis nostri maculas emundet: vt spiritus sancti digne efficiatur habitatio. ℣ dñm nostrum. Postcõio.

Sacrificium salutis nostre tibi offerentibus: concede domine deus purificatis tibi mentibus: sepius tue pietatis celebrare mysterium. ℣ dominum nostrum iesum. ¶ Pro subsidio terre sancte. Oro.

Omnipotẽs sempiterne deus: in cui⁹ manu sũt omniũ potestates & omnium iura regnorũ respice in auxilium christianorum: vt gentes paganorum que in sua feritate confidunt: dexterre tue potentia conterãtur. ℣ dñm nostrum iesum christum. Secreta.

Sacrificiũ dñe quod immolamus: et propugnatores tuos ab omni exuas paganorum nequitia: & in tue protectionis securitate constituas. ℣ dominum. Postcõio.

Protector noster aspice de⁹ et propugnatores tuos a paganorum defende periculis: vt ab omnibus perturbationib⁹ remoti: liberis tibi mentib⁹ deseruiant. ℣ dñm. ¶ Contra aduersarios ecclie. Oro.

Ecclesie tue dñe preces placatus admitte vt destructis aduersitatibus et erroribus vniuersis: ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. ℣. Secreta.

Protege nos domine ꝗs tuis mysterijs seruientes vt diuinis rebus & corpore tibi famulemur & mẽte. ℣ dñm nostrum. Postcõmunio.

Quesumus dñe deus noster: vt quos diuina tribuis participatione gaudere: humanis non sinas subiacere periculis. ℣ dominũ nostrum iesum. ¶ Pro papa. Oratio.

Deus omnium fidelium pastor & rector famulũ tuũ quem ecclesie tue preesse voluisti propicius respice: da ei ꝗs verbo et exẽplo quibus preest pficere: vt ad vitam vna cũ grege sibi credito perueniat eternam. ℣ dñm no. Secreta.

Munera ꝗs dñe oblata sanctifica: et vt nobis corpus et sanguis vnigeniti tui fiat & famulo tuo quẽ ecclesie tue preesse voluisti: ad obtinendã anime corporisq; sanitatem: et ad peragendũ iniunctũ sibi officium te largiente vbiq; proficiat. ℣ dñm nostrum. Postcõio.

Hec ꝗs dñe perceptio salutaris sacramẽti: famulũ tuum quẽ ecclesie tue preesse voluisti: vna cũ cõmisso sibi grege sẽper saluet & muniat. ℣. ¶ Pro cõgregatiõe ecclie. Oro.

Omnipotens sempiterne deus: edificator et custos hierusalẽ ciuitatis supne: custodi die nocte locum istũ cũ habitatorib⁹ suis: vt sit in eo domiciliũ incolumnitatis et pacis. ℣ dominũ. Secreta.

Respice dñe propitius hostiam nostre seruitutis tuo conspectui immolandã: vt per confessiõis sancte propositũ: quod te inspirãte suscepimus: te gubernãte custodiamus. ℣ Per dñm. Postcõmunio.

Familiã huius sacri cenobij ꝗs dñe intercedẽte bta dei genitrice maria cũ omnibus sanctis perpetuo guberna moderamine: vt adsit eis in securitate cautela: et inter aspera fortitudo. ℣ Per eundẽ dñm.

¶ Contra tentationē carnis. Oro.

OMnipotēs sempiterne deus: respice propitius ad preces nostras et libera cor nostrum de malarū tentatiōe cogitionū: vt sancti spiritus dignum tibi fieri habitaculum mereamur. Per dūm. Secre.

HAs tibi domine deus offerim⁹ oblationes pro salute nostra quatinus animas nostras sancti spiritus gratia illuminare digneris. Per dominum nostrum. Postcōio.

DEus qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundū: illumina ḡsum⁹ cordia nostra gratie tue splēdore: vt digna maiestati tue cogitare et diligere valeamus. Per dominum nostrum iesum christum filium. ¶ Pro impetrandis bonis operibus. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus dirige act⁹ nostros in beneplacito tuo: vt in nomine dilecti filij tui/ mereamur bonis operibus abūdare. Per eundē. Secreta.

HOstias domine quas tibi offerimus propitius respice & per hec sancta commertia vincula peccatorum nostrorum absolue. Per dominum nostrū iesum. Postcōio.

PEr huius domine operationem mysterij: et vitia nostra purgentur: et iusta desideria compleantur. Per dominum nostrum. iesum christum filium tuum. Qui.

¶ Pro inimicis. Oratio.

DEus pacis charitatisq; amator et custos: da omnibus inimicis nostris pacem charitatemq; veram: cunctorūq; eis tribue remissionē peccatorū: nosq; ab eorum insidijs potenter eripe. Per dominum nostrum iesum. Secreta.

OBlatis domine placare muneribus: et nos ab inimicis nostris clementer eripe: eisq; indulgentiam tribue delictorum. Per dominum nostrum iesum. Postcōio.

QVos refecisti domine celesti mysterio/ propijs et alienis quesumus absolue delictis: atq; a cunctis eque inimicis/ vt diuino munere satiati: purificatis tibi mentibus perfruamur. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum.

¶ Pro transeuntibus mare. Oro.

DEus qui trastulisti patres nostros per mare rubrum/ & transuexisti eos per aquam nimiam laudem tui nominis deuantes supplices deprecamur: vt intercedente beata maria cum omnibus sanctis: famulos tuos repulsis aduersitatibus/ portu optabili cursuq; tranquillo tuearis. Per dominum nostrum iesum. Secreta.

SVscipe domine preces famulorum tuorum cum oblationibus hostiarū: et tua mysteria celebrātes/ ab omnibus defende periculis. Per dominum no. Postcōio.

SAnctificato diuino mysterio maiestatē tuā dne suppliciter deprecamur ac petimus: vt quos donis celestibus facis interesse: per lignum sancte crucis a periculis cunctis mileratus eripias. Per dominū.

¶ Pro amicis in tribulatiōe. Oro.

FAstabilem misericordiam tuā domine nobis clemēter ostēde: vt simul nos & a peccatis omnib⁹ eruas: et a penis quas pro his meremur clementer eripias Per dominum nostrum. Secreta.

PVrificet nos quesumus domine muneris presentis oblatio et dignos sacra purificatione perficiat. Per dominum. Postcōio.

PResta domine quesumus vt terrenis affectib⁹ expiati: ad superni plenitudinē sacramēti cu⁹

libauimus sancta tendam⁹. P dō.

¶ Pro amico penitenti. Oratio.

DEus qui iustificas ipiū & nō vis mortē peccatorū: maiestatē tuā suppliciter deprecamur: vt famulū tuū. N. de tua misericordia confidentē/ celesti protegas benignus auxilio: et assidua protectione cōserues: vt tibi iugiter famuletur: et nullis tēptationibus a te seperetur. Per dūm no. Secreta.

SVscipe clemētissime pater hostiā placationis et laudis quā ego peccator indignus famulus tu⁹ sacerdos tibi offerre presumo ad honorem et gloriam nominis tui/ pro incolumitate famuli tui. N. vt omnium delictorū suorum veniam cōsequi mereatur. Per do. Postcōio.

PVrificent nos dne ḡs sacramenta que sumpsimus: et famulum tuum. N. ab omni hoste liberū esse concede: vt qui reatu constrictus sue cōstringitur celestis remedij plenitudine glorietur. Per.

¶ Ad pluuiā postulandā. Oratio.

DEus in quo viuim⁹ mouemur/ & sumus pluuiā nobis cōgruentē tribue & aridā terre faciē fluētis celestibus irriga: vt presentib⁹ subsidijs sufficiēter aditi/ sempiterna fiducialiter appetamus. Per dūm nostrum. Secreta.

PLatis dne placare muneribus & oportunū nobis tribue pluuie sufficiētis augmētū. P. Postcō.

VEre ḡs dne nos tua sancta sumentes: & ab omnibus propitius absolue peccatis. Per dūm.

¶ Ad serenitatē postulandā. Oro.

TE nos dne clamātes exaudi: & aeris serenitatē nobis tribue supplicātib⁹ vt qui pro peccatis nostris iuste affligimur misericordia tua preueniēte clemētiam sentiamus. Per do. Secreta.

PReueniat nos ḡs dne gratia tua semper et subsequatur et hanc oblationē quā pro peccatis nostris nomini tuo consecrandā deferimus benignus assume: vt per intercessionē sanctorū tuorū: cūctis nobis pficiat ad salutē. P. Postcōio.

PLebs tua dne capiat sacre benedictionis augmentū et copiosis beneficiorum tuorū subleuetur auxilijs: que tantis intercessorū deprecationibus cōfidit adiuuari. Per dūm. ¶ Expone belli. Oro.

DEus regnorum oim regūq; dnator: qui nos et punitendo sanas et gnoscēdo cōseruas: prestē de nobis miam tuā vt trāquillitate pacis tua potestate firmata / remedio correctionis vtamur. Per dūm nostrum iesum. Secreta.

SAcrificiū dne quod imolamus intende: & ab oi nos eruat bellorum nequicia: & in tue protectionis securitate custodiat. Per. Postcōio.

SAcrosācti corporis sanguinis dūi nostri iesu christi refectione vegetati supplices te rogam⁹ omnipotēs de⁹: vt hoc remedio singulari ab omni peccatorū nos contagione purifices: & a periculorū munias incursione cunctorum. Per dominū.

¶ Pro familiari amico. Oratio.

OMnipotēs sempiterne de⁹: misere famulo tuo. N. & dirige eū scōm clemētiā tuā in viā salutis eterne: vt te donāte tibi placita cupiat: et tota virtute proficiat. Per dūm nostrum. Secreta.

PRoficiat ḡs dne hec oblatio quam tue supplices offerim⁹ maiestati ad salutem famuli tui. N. vt tua prouidētia eius vita inter aduersa & pspera dirigat. Per. Postcōmunio. Purificent nos. vt supra.

¶ Pro episcopo. Oratio.

DEus fidelium oim pastor & rector: famulū tuū. N. quē ecclesie tue p̄esse voluisti ꝓpitius respice: da ei ꝗs verbo & exēplo quibus p̄est p̄ficere: vt ad vitam vna cum grege sibi cōmisso perueniat sempiternā. Per do. Secreta.

OBlatis dñe placare muneribꝰ & famulū tuū. N. quē pastorē populo p̄esse voluisti: assidua ꝓtectione guberna. Per. Postcō.

HEc nos ꝗs domine diuini sacramenti perceptio p̄tegat et famulū tuū. N. quē pastorem ecclesie tue p̄esse voluisti/ vna cum comꝑsillo sibi grege saluet & muniat. Per dñm. ℂ Pro vnis & defunctis. Dño. Dps sempiterne deꝰ: qui viuoꝝ. Quere post fo. xxix. ℂ Alia oratio que debet dici vltima. Dño.

PEr ierate tua ꝗs dñe nostrorum solue vincula peccatorū: & intercedente ꝓ nobis beata et gloriosa semp virgine dei genitrice maria cum omnibus sanctis nos famulos tuos/ tuncq̄ populū christianū in omni sanctitate custodi: oēsq̄ consanguinitate vel familiaritate seu beneficijs nobis iunctos/ a vicijs omnibꝰ purga: virtutibus tuis illustra: pacē et salutē nobis tribue hostes visibiles et inuisibiles remoue: pestem repelle: amicis et inimicis nostris verā charitatē & humilitatem largire: & omnibꝰ viuis et defunctis in terra viuentiū vitā & requiē eternā cōcede. Per. Secreta.

DEus qui singularis corꝑis tui hostia totius mundi sollicitū delicta: hac oblatione placatꝰ maculas scelerum nostrorū absterge/ & intercedēte beata maria semp virgine cū oibus sanctis/ oim christianoꝝ fidelium viuoꝝ ac defunctorum peccata dimitte: eisq̄ p̄mia eterna cōcede. Qui vivis & regnas deus. Per oia secula se. Postcōio.

SUmpta sacramēta ꝗs dñe omnia crimina nostra detergant omnēq̄ p̄sentaneā & hostilem impugnationē visibilē & inuisibilem/ meritis sancte dei genitricis semp̄q̄ virginis marie & oim sanctorū tuorum a nobis p̄procul repellant: & omnibus fidelibꝰ viuis & defunctis p̄sint ad veniā: ꝓ quoꝝ quarūq̄ tibi sunt oblata salute. Per eundem. ℂ Commendationes animarum.

SUbuenite sancti dei occurrite angeli domini suscipientes animā eiꝰ animas eoꝝ Offerētes eā eas in conspectu altissimi. ℣. Chorus angelorū eā/eas suscipiat & in sinu abrahe eā eas collocet. Offerentes eam. Dño.

DIbi dñe cōmendamꝰ aiam famuli tui/famule tue et alias oim fidelium defunctorū: vt defunctꝰ defuncta/defuncti seculo tibi viuat: viuāt & que per fragilitatē mundane cōuersationis peccata cōmisit/ cōmiserunt tu venia misericordissime pietatis absterge. Per do. Oratio.

MIsericordiā tuā dñe sancte pater omps eterne deus: pietatis affectu rogare p̄ alijs cogimur qui ꝓ nostris supplicare peccatis nequaq̄ sufficimus: tamē de tua cōfisi gratuita pietate & iolita bonitate/clementiā tuam deposcimus vt aiam famuli tui/ famule tue et animas oim fidelium defunctorū ad te reuertētes cum pietate suscipias adsit eis angelus testamenti tui michael: et per manus sanctorū angelorū tuorū/inter sanctos et electos tuos in sinu abrahe/ isaac/ & iacob: patriarcharū tuorū: eas collocare digneris: quatinus liberate de p̄cipitibus tenebrarū: et de locis penarū: nullis tam p̄meue natiuitatis vel ignorantie: aut ꝑprie iniquitatis seu fragilitatis cōfundant erro-

ribus: sed potius agnoscātur a tuis & sancte beatitudinis requie pfruātur atq̄ cum magni iudicij dies aduenerit: inter sanctos & electos tuos resuscitati gloria manifeste cōtēplationis perpetuo satientur. Per do. ℣n. Suscipiat te/ vos christus qui vocauit te/ vos et in sinu abrahe angeli deducant te/ vos. ℣ps. In exitu. ℣n fine oratio. ℣. Requiem.

OMps sempiterne deus: qui humano corꝑi animam ad similitudinē tuā inspirare dignatus es: dū te iubente puluis in puluerē reuertitur: tu imaginē tuā cū sanctis et electis tuis eternis sedibus p̄cipias sociari: eāq̄ ad te reuertētē de egypti partibus blande lenitereq̄ suscipias: et angelos tuos sanctos ei obuiā mittas: viamq̄ illi iustitie demonstra: & portas glorie tue a peri. Repelle ꝗs dñe ab ea oēs p̄incipes tenebrarū & agnosce depositum fidele quod tuū est. Suscipe dñe creaturam tuā: nō ex dijs alienis creatam sed a te deo solo viuo et vero: quia non est alius deus p̄ter te dñe: et nō est scōm opera tua. Letifica clemētissime deꝰ aiam famuli tui/famule tue & aias oim fidelium defunctorū et glorifica eas i multitudine mie tue. Ne memineris ꝗs iniquitatū earū antiquarū: & ebrietatū quas suscitauit furor mali desiderij: licet enim peccauerint: tamē te nō negauerūt: sed signo fidei insigniti: te q̄ oia et eos inter oia fecisti: fideliter adorauerūt. Qui vivis. ℣n. Chorus angelorū te/ vos suscipiat et in sinu abrahe te/ vos collocet: vt cū lazaro quondā paupere eternā habeas/ habeatis requiē. ℣ps. Dilexi quoniā exaudiet dñs. ℣lq̄ Ad dñm cū tribularer. ℣n fine. ℣. Requiem Oratio.

DEi vulneris nouitate percussū & quodāmodo corꝺibꝰ sanciati misericordiā tuam mun[illegible]re dempto: flebilibus vocibus implo-

ramus vt chari nostri/ charenostre & oim fidelium defunctorū animas ad tuā clementiā qui fons pietatis es reuertentes/ blande lenitereq̄ suscipias et quas ille ex carnali commoratione cōtraxerūt maculas tu deus inolita bonitate clementer dele as. Amen. Pie indulgeas. Amen. Obliuioni i perpetuā tradas. Amē. Atq̄ has laudes tibi cū ceteris reddituras & ad corpora ꝓpria quādoq̄ reuersuras sanctorū tuorū cetibus aggregari p̄cipias. Qui cum deo patre et spū sancto vivis et regnas deus. Per oia secula seculoꝝ. Amē. Pater noster. Et ne nos. Sed libe. Requiem eternā dona eis dñe. Et lux ꝑpetua luceat eis. Anime eorū in bonis demorentur. Et semen eorum hereditet terrā. Non intres in iudicium cū seruis tuis dñe. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuēs. Aporta inferi. Erue dñe aias eorū. Dñe exaudi oratione meā. Et clamor meꝰ ad te veniat Dñs vobiscū. Et cū spū tuo. Oꝝ.

PArtē beate resurrectionis obtineat obtineant aia aie famuli tui famule tue et oim fidelium defunctorū: vitāq̄ eternam habere mereantur in celis. Per te iesu christe saluator mundi. Qui vi. Dño.

DEus cui soli cōpetit medicinā p̄stare post mortem: p̄sta ꝗs: vt anima famuli tui famule tue et anime oim fidelium defunctorū terrenis erute contagijs: in tue redemptionis parte numerētur. Qui. ℂ Missa pro defunctis. Introitus.

REquiem eternā dona eis dñe: & lux perpetua luceat eis. ℣ps. Te decet hymnꝰ deꝰ in syon/ et tibi reddetur votū in hierusalem/ exaudi deꝰ orationem meam ad te omnis caro veniet. Kyrieleyson. Xpe el. Oratio.

Inclina domine aurē tuā ad preces nostras quib⁹ misericordiam tuā supplices deprecamur vt aiam famuli tui: & aias famulorum famularūq; tuarū quam quas de hoc seculo migrare iussisti in pacis ac lucis regione cōstituas: & sanctorum tuorū iubeas esse cōsortem consortes. Per dōm. ℭ Pro fratribus et benefactoribus. Oratio.

Deus venie largitor & humane salutis amator que sumus clementiam tuā: vt nostre cōgregationis fratres et benefactores nostros: q̄ ex hoc seculo trāsierūt beata maria sempervirgine intercedēte cum omnibus sanctis: ad perpetue beatitudinis consortium peruenire concedas. Per dominum. Oratio.

Fidelium deus omniū cōditor et redēptor animab⁹ famulorū famularūq; tuarū remissionem cūctorū tribue peccatorū: vt indulgētiā quam semp optauerunt piis supplicationibus consequantur. Qui vi.

ℭ Alias orationes qre post missam.

ℭ Lectio libri machabeorū. ij. xij.

In diebus illis. Vir fortissimus iudas collatione facta duodecim milia dragmas argenti misit hierosolymam offerri ea ibi pro peccatis mortuorū iuste et religiose de resurrectione cogitans. Nisi enim eos qui ceciderāt resurrecturos speraret: superfluum videretur & vanū orare pro mortuis. Et quia considerabat q̄ hi qui cum pietate dormitionem acceperant optimā haberēt repositā gratiam. Sancta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare: vt a peccatis soluantur.

ℭ Ad thessalonicenses. iiij.

Fratres. Nolumus vos ignorare de dormientibus vt non contristemini sicut et ceteri qui spē non habent. Si enim credimus q̄ ihc⁹ mortuus est et resurrexit: ita et deus qui dormierunt per ihesum adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini: quia nos qui viuimus qui residui sum⁹ in aduentu dñi nō preueniemus eos qui dormierunt. Qm̄ ipse dñs in iussu & in voce archangeli: & in tuba dei descēdet de celo: et mortui qui in christo sunt resurgent primi. Deinde nos qui viuimus qui relinquimur: simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam christo in aera: et sic semper cum domino erimus. Itaq; consolamini inuicem in verbis istis.

ℭ Lectio libri apocalipsis beati iohannis apostoli. xiiij.

In diebus illis. Audiui vocem de celo dicentem mihi. Scribe beati mortui qui in domino moriūtur. Amodo iam dicit spiritus vt requiescant a laboribus suis. Opera enim illorum sequuntur illos.

ℭ Ad Corinthios. prime. xv.

Fratres. Ecce mysterium vobis dico. Omnes quidē resurgemus: sed non oēs immutabimur In momento in ictu oculi: in nouissima tuba. Canet enim tuba: & mortui resurgent incorrupti: et nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionē et mortale hoc induere immortalitatem. Cū autē mortale hoc induerit immortalitatem: tūc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors in victoria. Ubi est mors victoria tua? Ubi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatum est. Virt⁹ vero peccati lex. Deo autem gratias q̄ dedit nobis victoriā. Per dōm nrm ihesū xpm. ℣. Si ambulem in medio vmbre mortis: non timebo mala quoniam tu mecum es domine. ℟. Virga tua et baculus tua ipsa me consolata sunt. Tractus.

Sicut cervus desiderat ad fontes aquarū ita desiderat aia mea ad te de⁹. ℟. Sitiuit anima mea

ad deū viuum quando veniā: & appa rebo ante faciē dei mei. ℣. Fuerunt mihi lachrime mee panes die ac nocte dū dicitur mihi per singulos dies vbi est deus tuus. Scōz iohānē. xj.

In illo tpe. Dixit martha ad ihesum. Domine si fuisses hic: frater meus non fuisset mortuus. Sed et nunc scio: quia quecunq; poposceris a deo dabit tibi de⁹. Dicit illi ihesus. Resurget frater tu⁹. Dicit ei martha. Scio: quia resurget in resurrectione in nouissimo die. Dicit ei ihesus. Ego sum resurrectio & vita Qui credit in me: etiam si mortuus fuerit viuet. Et omnis qui viuit et credit in me: nō morietur in eternū. credis hoc? Ait illi. Vtiq; domine ego credidi: quia tu es christus filius dei qui in hunc mundum venisti.

ℭ Secundum Johannem. vj.

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Amen amē dico vobis: nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem: nō habebitis vitā in vobis. Qui manducat meā carnem et bibit meū sanguinem habet vitam eternam. Et ego resuscitabo eū in nouissimo die. ℭ Secōm iohānē. vj.

In illo tēpore. Dixit ihesus discipulis suis. Ego sum panis viuus qui de celo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternum. Et panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Litigabant ergo iudei ad inuicem: dicētes. Quomodo potest hic carnē suā nobis dare ad manducādum? Dixit ergo eis ihesus. Amē amen dico vobis nisi manducaueritis carnē filij hominis & biberitis eius sanguinē non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meā carnē: et bibit meū sanguinem: habet vitam eternā. Et ego resuscitabo eū: in nouissimo die

ℭ Secundum Johannē. vj.

In illo tpe. Dixit ihesus discipulis suis. Omne qō dat mihi pater ad me veniet: & eū q̄ venit ad me nō eiciā foras. Quia descēdi de celo: vt nō faciā voluntatē meā sed volūtatē eius qui misit me. Hec est em volūtas ei⁹ q̄ misit me patr; vt omne qō dedit mihi pater: nō perdam ex eo sed resuscitē illud i nouissimo die. Hec est aūt volūtas pris mei qui misit me: vt oīs qui videt filiū & credit in eū: habeat vitā eternam. Et ego resuscitabo eū in nouissimo die. ℭ Secūdū iohānem. v.

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Amen amen dico vobis: quia venit hora et nunc est quando mortui audient vocem filij dei: et qui audierint viuent. Sicut enim pater habet vitā in semetipso: sic dedit et filio vitam habere in semetipso. Et potestatem dedit ei iudicium facere: quia filius hominis est. Nolite mirari hoc quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt: audient vocem filij dei. Et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vite. Qui vero mala egerunt: in resurrectionem iudicij. Offr. Domine ihesu christe rex glorie libera animas omniū fidelium defunctorū de manu inferni et de profundo lacu libera eas de ore leonis ne absorbeat eas tartar⁹: ne cadant in obscura tenebrarū loca sed si

gniker letus michael replentet eas in lucē sanctā. Quā olim abrahe promisisti et semini ei⁹. ℣. Hostias & preces tibi dñe offerim⁹. Tu suscipe pro aiab⁹ illis quarū hodie memoriā agimus: fac eas dñe de morte transire ad vitā sanctā. Quā olim. Secreta.

ANnue nobis dñe vt anime famuli tui: & animab⁹ famulorum famularumq; tuarū hec prosit oblatio quā immolando toti⁹ mūdi tribuisti relaxare pctā. Per. Secre.

DEus cuius misericordie non est numer⁹: suscipe propitius preces humilitatis nostre & aiabus fratrū nostrorum: quib⁹ tui nōis dedisti cōfessionē: per hec sacramenta salutis nostre cūctorū tribue remissionē peccatorū. Per dñz. Secreta.

HOstias quas tibi domine pro animab⁹ famulorum famularumq; tuarū offerim⁹ ppitiatus intende vt quib⁹ fidei christiane meritum cōtulisti dones & pmiū. p. Cōto. Lux eterna luceat eis dñe cū sanctis tuis in eternū quia pi⁹ es. Postcōto.

ANnue nobis domine vt aia famuli tui / et aie famulorū famularūq; tuarū. ℟. remissionem quam semper optauerūt mereātur percipere peccator. Per. Postcōto.

PResta quesum⁹ oms deus: vt anime pro quibus hoc sacrificium laudis tue obtulim⁹ maiestati per huius virtutē sacramenti a peccatis omnibus expiate: lucis perpetue te miserāte recipiant beatitudinem. Per dominū nostrū. Postcōto.

ANimabus quesumus dñe famulorū famularūq; tuarum oratio proficiat supplicātiū: vt eas et a peccatis omnibus exuas: et tue redemptiōis facias esse participes. Qui viuis et regnas deus per oia.

C Pro defuncto. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus cui nunq; sine spe misericordie supplicatur: propiciare anime famuli tui vt qui de hac vita in tui nominis confessione decessit: sanctorū tuorum numero facias aggregari. Per dominum nostrum. Secreta.

PRopitiare dñe quesum⁹ anime famuli tui p qua tibi hostias placatiōis offerimus que quia in hac luce in fide mansit catholica in futura vita ei retributio condonetur. Per dominū nostrū. Postcō.

PResta quesum⁹ oms de⁹: vt aiam famuli tui ab angelis in eis susceptā in preparata habitacula deduci facias beatorū. Per dñm.

C Pro defuncto. Oratio.

DEus cui soli cōpetit misereri dicunā prestare post mortem presta q̄s: vt anima famuli tui terrenis exuta cōtagijs: in tue redemptiōnis parte numerek. Per. Secta.

PRopitiare dñe supplicationibus nostris p aia famuli tui pro qua offerim⁹ hoc sacrificiū laudis: vt eā sanctorū tuor cetibus cōsociare digneris. Per. Postcōto.

HIs sacrificijs q̄s oms deus: purgata aia famuli tui: ad indulgentiā & remediū sempiternum peruenire mereamur. Per dominū.

C Pro sacerdote vel epo. Oratio.

DEus q̄ inter apostolicos sacerdotes famulū tuū sacerdotali pontificali fecisti dignitate vigere: presta q̄s: vt eorum quoq; perpetuo aggregetur consortio. Per dominum nostrum. Secreta.

SUscipe dñe q̄s pro aia famuli tui sacerdotis / pōtificis quas tibi offerimus hostias: vt cui sacerdotale pontificale donasti misteriū dones et premium. Per. Postcōto.

PRopitiare domine supplicationibus nostris vt animam famuli tui sacerdotis pontificis in diuorum regione eternis gaudijs tubeas sociari. Per dominum no.

C In anniuersario. Oratio.

DEus indulgētiarū domine da famulo tuo: ac famulis et famulab⁹ tuis quorū anniuersarium depositionis die cōmemoramus refrigerij sedem quietis beatitudinem: et luminis claritatem. Per dominum. Secreta.

PRopitiare domie supplicationibus nostris: pro anima famuli tui & famulorū famularumq; tuarū quorū anima hodie dies agitur: pro quibus tibi offerimus hoc sacrificiū laudis: vt eos sctorū tuorum cōsortio sociare digneris. Per dominum nostrum. Postcōmunio.

PResta q̄s dñe vt aia famuli tui & anime famulorū famulaq; tuarū: quarū anniuersariū depositionis die cōmemoramus: his purgate sacrificijs / indulgentiam pariter & requiē capiant sempiternam. Per. Pro patre & matre. Oro.

DEus qui nos patrē & matrem honorare precepisti miserere clemēter aiabus pris et matris mee eorūq; peccata dimitte: meq; cum illis in eterne claritatis gaudio fac viuere. Per. Secreta.

SUscipe domine hoc sacrificiū quod tibi offerimus pro aiab⁹ patris et matris mee: eisq; gaudiū sempiternum in regione viuorum concede: meq; cum eis felicitati sanctorū cōiunge. Per. Postcōmunio.

CElestis participatio sacramenti q̄sum⁹ dñe aiabus patris & matris mee: requiē & lucē obtineat ppetuā meq; cū illis gratia tua coronet eterna. ℣. Pro femia oro.

QUesumus dñe pro tua pietate miserere aie famule tue: a contagijs mortalitatis erutā: in eterne saluationis partem restitue. Per dñm. Secreta.

HIs sacrificijs q̄sum⁹ dñe aia famule tue a pctis oib⁹ exuatur: sine quibus a culpa nemo liber extitit vt per hec pie placationis officia / perpetuam misericordiam cōsequatur. Per dominū. Postcōto.

INueniat quesumus dñe aia famule tue lucis eterne consortium: cuius perpetue mie consecuta est sacramentum. Per dñm.

Pro recessētib⁹ in cimiterio. Oro.

DEus in cuius miseratione aie fidelium requiescūt famulis et famulabus tuis omnib⁹ hic & vbiq; in christo quiescentibus da propitius venia peccatorū: vt a cūctis reatibus absoluti: tecum sine fine letentur. Per dominū. Secreta.

PRo aiabus famulorū famularumq; tuarū hic et vbiq; in christo quiescētiū / hostiā dñe suscipe benignus oblatā: & hoc sacrificio singulari a vinculis horrende mortis exute vitam mereantur eternā. Per dominum nostrū. Postcōto.

DEus fidelium lumē aiarum ad cuius inuocationib⁹ nostris: et da famulis & famulab⁹ tuis quorū corpora in hoc cimiterio & in cūctis cimiterijs fidelium requiescūt refrigerij sedem / quietis beatitudinē: & luminis claritatē. Per. C Alia Oro.

DEus cui propriū est misereri semp et parcere: propitiare anim ab⁹ famulorū famularūq; tuarum et omnia peccata dimitte vt mortis vinculis absoluti: transire mereantur ad vitam. Per dominum nostrum. Secreta.

ABsolue q̄s domie aias famulorum famularūq; tuarū ab omni vinculo delictorū: vt in resurrectionis gr̄ia / inter sctos & electos tuos resuscitati respirēt. ℣. Postcō.

ANnue nobis domine vt anime famulorū famularumq;

tuarum remissionē quā semp optauerunt mereantur percipere delicto rum. Per dñm. ℂ Oro vivis et defunctis que debet dici vltimo. Oko.

OMps sempiterne deꝰ: q̄ viuoꝝ dñaris simul et mortuoꝝ oimq; miserēris quos tuos fidē & opere futuros esse p̄noscis te suppliciter exoramꝰ: vt p̄o quibus effundere p̄eces decreuimus: quosq; vel p̄esens seculū adhuc in carne retinet vel futurū iam exutos corpore suscepit: pietatis tue clemētia delictoꝝ suoꝝ oim veniā & gaudia cōseq̄ mereank eterna. p. Secre.

DEus cui soli cognitus est nūmerꝰ electoꝝ in superna felicitate locandꝰ: tribue q̄s vt vniuersoꝝ quos in oratiōe cōmēdatos suscepimꝰ: et oim fideliū vivoꝝ atq; mortuoꝝ nomina btē p̄destinatiōis liber ascripta retineat. P. Postcōio

PUrificēt nos q̄s omps et misericors deus: sacramēta que sumpsimꝰ & p̄sta vt hoc tuū sacramentū nō sit nobis reatꝰ ad penam sed intercessio salutaris ad veniam sit ablutio scelerū: sit fortitudo fragilium: sit cōtra mundi pericula firmamentū: sit vivoꝝ atq; mortuorum fideliū remissio oim delictoꝝ. Per do. ℂ Incipit ordo ad sponsam benedicēdam. ℂ Cum venerint ad valuas ecclesie sponsus & sponsa veniens sacerdos alba et stola & manipulo ornatꝰ annulū argenteū super scutum positum benedicat dicens.

MAnda deus virtuti tue: cōfirma deus hoc quod operatꝰ es in nobis a tē plo tuo quod est in hierusalem tibi offerent reges munera. Increpa feras arūdinis cōgregatio thauroꝝ in vaccis populoꝝ vt excludant eos qui probati sunt argento. Gloria patri & filio. &c. Kyrieleyson. Xpe eleysō. Kyrieleyson. Pater noster. Et ne nos. &c. ℣ Saluum fac seruum tuū et ancillam tuā deus meus sperantes in te. ℟ Mitte eis dñe auxiliū de sancto. Et de syon tuere eos. ℣ Dñe exaudi okonē meā. ℟ Et clamor meꝰ ad te veniat. ℣ Ds vobiscum. ℟ Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

CReator & conservator humani generis: dator gratie spiritalis: largitor eterne salutis tu dñe emitte spiritum sanctū tuum paraclitū sup hunc annulū: vt que illū gestauerit sit armata virtute celestis defensionis: et p̄ficiat illi ad eternam salutem. Per dñm nostrum.

ℂ Tunc aspergatur aqua bñdicta et thurificetur spōsus & spōsa. Quo facto sacerdos dicat. Antronez great co gueneomp ān embānou teyr/guez an tutmā: ha hoaz en greomp egupt mardeus den a gouffe ampechemant na galhe an eyl caffout equile e dimizifk: en lauaro. ℟ Et respōdent assistētes. Ne goulomp nemet mat. Quo audito accipiat sacerdos manum dexterā sponse: & ponat in dexterā manum sponsi et dicat ista verba nominando eos. Buy. ℟ ha huy. ℣ a diongan an eil de guile delchell cōpainnez leal en sacramant a p̄iadelez/pechet hac e clefuet bede an marb/euel mazeu gāt doe gourchēmēnet/ha gāt an ylis ordōnet. Tūc sacerdos tradat annulum sponso: sponsus autē permanum sacerdotis primo ponit in pollice spōse: post p̄elyterum dicens ista verba. ℣ gant en beloñ man ez demeza dit: hac am corfk ez benoraff hac am madou ez vezo queffrān hac enebarz euel mazeo cuskum an bzo. In nomine patris. Secūdo in indice dicēs: et filij. Tertio in medio dicēs & spiritussancti. Amen. Ibiq; remaneat annulus postea sacerdos extensa manu super illos dicat orationes sequentes. Oratio.

DEus abzahā et deus isaac: et deꝰ iacob: ipse vos coniūgat impleatq; bñdictionē suā in vobis. Per chzistum dñm. ℂ Alia oratio.

BEspice dñe super hanc cōuentionem: & sicut misisti angelū tuū raphaelem pacificum thobie et care filie raguelis / ita mittere digneris dñe tuam benedictionē sup hunc famulum tuū & famulā tuam vt in tua voluntate permaneant et senescant: et multiplicentur in longitudinem dierū. Per chzistū dñm. ℂ Tunc sacerdos tenens sponsum per manū dexterā: et sponsam per sinistrā: introducat eos in ecclesiam et signet eos signo sancte crucis dicens. In noie patris &c. Deinde celebzatur missa. Introitus.

